h̄nt illuminare cecos: ideo subdit̄. Et ve
ritas. Posuit balsamum quod h̄ȝ preser
uare mortuos: ideo subditur. In me om̄s
spes vite. Posuit electuaria q̄ h̄nt ꝯfor-
tare debiles ⁊ īfirmos: iō subdit̄. Et vir-
tutis. Secūdo ponit euāgelista virginei
partus felicitatem cum dicitur. Ut pare-
ret. Eius autem ꝑtus habuit tres lauda
biles cōditiones. Prima q̄ꝛ fuit multe pu
ritatis ⁊ ex ꝑte m̄ris ⁊ ex ꝑte prolis. Ma
ter enim peperit diuini splēdoris radiū:
ideo fctā est magis lucida ps. Lux orta
est iusto. s. de Marie vtero. Peperit florē
amenum. s. illum de quo dicitur Cāticoꝝ
ij. Ego flos cāpi: iō fctā est magis flori-
da. Peperit thus odoriferꝝ. Eccli.xxiiij.
Quasi liban⁹ nō īcisus vaporaui habita
tionem meā, ⁊ sic vocat̄ ibi liban⁹ thus:
ideo fctā est magis odorifera. Fuit autē
purissimus eius partus ⁊ ex parte ꝓlis.
In christo em̄ fuit diuinitas, aīa ⁊ caro.
Diuinitas est pura Sap̄.vij. Candor est
em̄ lucis eterne ⁊c. Anima pura. Sapiē.
viij. Sortitus sum animā bonā. Caro pu
ra ibidē. Ueni ad corpus coinquinatum.
Secundo eius partus fuit multe pauper
tatis: q̄ꝛ nihil habuit de his que cetere
parentes requirunt. Non em̄ habuit ser
uientium peritiam sed animaliuȝ presen
tiam. s. bouis ⁊ asini. nec pannorum co-
piam: q̄ꝛ vilibus pānis eū inuoluit. Nec
ciborum abundātiā: sed multā penuriā.
Nec camere pulchritudinem: sed stabu-
li feditatem. Nec lecti mollitiem: sed fe-
ni rigiditatem. Nec ignis presentiam. sȝ
frigoris asperitatem. Tertio fuit multe
nouitatis. Fuit em̄ nouus: q̄ꝛ fuit sine do
lore. Esa.lxvj. Antequā parturiret peperit.
⁊c. Fuit nou⁹: q̄ꝛ fuit sine peccati cōtagio
ne. Eccli.vij. Uir de mille vnū reperi: seȝ
sine peccato: scilicet christū. Fuit nouus
q̄ꝛ fuit sine corruptione. Iō Christus vo-
cat se vermen dicens. Ego autē sum ver
mis ⁊ non homo ⁊c. Uermis enim gene-
ratur de terre humore a sole: ⁊ sic h̄ȝ pa-
trē in celis ⁊ matrē ī terris: sic ⁊ xp̄s fuit
nou⁹: q̄ꝛ de femina sine viro. Fecerat de⁹
hominem ſm Anselmū: sine viro et femina
sicut Adā. De viro sine femina sicut Euā
De viro ⁊ femina sicut nos. De femina si
ne viro, sicut hodie. Fuit nou⁹: q̄ꝛ ſȝ Ber
nardū in xp̄o nouum ⁊ antiquū ⁊ eternū

conuenerunt natura suprema ac media
et infima coniuncte fuerūt. Tertio ponit
euāgelista matris veritatē: cū dicit. Pe-
perit filiū suū ⁊c. Ueritati matris attesta
tur: qꝛ totā corporis substātiam sibi mi-
nistrauit. Gal. iiij. Factū est ex muliere.
⁊c. Ueritati matri etiā attestatur ꝙ ipm
in vtero nouē mensibus, ⁊ decimum at-
tingens ſm Dam. portauit et fouit. Sa-
piētie. vij. Decem mēsium tēpore coagu
latus sum i sanguine. Ueritati matris at
testatur ꝙ ipsum nutriuit lacte virgineo
spūsancto purificato: ⁊ de celo ministra
to vnde cantat. Sola virgo lactabat vbe-
re de celo pleno. Ueritati matri attestat
ꝙ ipsa sibi materna cōpassione ꝯdoluit.
Et qꝛ naturaliter pater plus gaudet de
ꝓsperitate filij ꝙ̄ mater, ⁊ mater pl9 do-
let de aduersitate ꝙ̄ pr̄ iuxta illud Pro-
uer. x. Fili9 sapiēs letificat patrem ⁊c. et
btā maria fuit Christo loco prīs ⁊ mrīs:
idō pl9 ceterꝭ martyrib9 doluit de xp̄i pas
sione, ⁊ pl9 gauisa est de ei9 resurrectiōe.

¶ Sermo. xxvij. De eadē. Ser. vj.

Ecce euāgeli-
zo vobis gaudiū magnū
quod erit omni populo: qꝛ
nat9 est vobis hodie salua
tor ⁊c. ¶ Circa natiuitatē
saluatoris angelus tria ponit. Primo ꝙ
sit magne iocūditatis cū dī. Ecce euāge-
lizo vobis gaudiū. Fuit em̄ magnū q̄tū
ad quadruplicē dimēsionē: nā fuit altū,
qꝛ vsqꝫ ad celū ascēdit, et sic angelos le
tificauit ꝙ celos reliq̄rūt: ⁊ ad pastores
veniētes suū eis gaudiū retulerūt. Fuit
ꝓfundū: qꝛ infernū penetrauit: ⁊ sanctos
q̄ erāt in limbo letificauit Esa. ix. Habi-
tātib9 in regiōe vmbre mortꝭ, lux orta est
eis. Fuit longū: qꝛ iuit vsqꝫ in orientem ⁊
magos sic letificauit ꝙ sua regna reliq̄-
runt ⁊ ad puerum cucurrerūt. Iuit etiā in
occidentem, vbi Augustum letificauit: ꝙ
imagine visa thura obtulit. Sapiē. viij.
Attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter ⁊c.
Fuit latū: qꝛ ꝓfudit preteritos. Johan.
viij. Abrahā pr̄ vester exultauit ⁊c. Pre-
sentes vnde dixit angel9. Annuncio vo-
bis gaudiū magnū quod erit oī populo
Et extēdit ad futuros. Ambros. Hec
est gloria natalis dn̄i vt in futurum trans
seat ad predestinatos ⁊ in ꝑpetuum ma-
neat ad deuotos. Secūdo est multe di-
gnitatis qđ notat cum dicit. Nat9 est vo
bis. i. de vobis. i. de vestra ꝓgenie qđ ad
maximā dignitatē hominis cedit ex eo
ꝙ maiorē cū deo ꝙ̄ angelus parentelā
cōtraxit. Cū em̄ triplex sit cognatio. s. le-
galis q̄ est ꝑ adoptionē: spūalis q̄ est ꝑ sa-
cramēti regenerationē: ⁊ carnalis q̄ est ꝑ
propagationem: angeli tātū deo attinēt
cognitione legali: qꝛ eos per suam gra-
tiam in filios adoptauit homo autē deo
attinet ex cognatione legali: qꝛ eū ꝑ gra
tiam adoptauit. Ephe. j. Qui predestina
uit nos in adoptionem filiorū per iesū
xp̄m et spūali, quia per baptismum nos
regenerauit Joh. j. Dedit eis potestatē
filios dei fieri ⁊c. Et carnali, qꝛ de nr̄a ꝓ-
genie carnē assūpsit. Heb. j. nusq̄ em̄ an
gelos apphēdit: sꝫ semē abrahe apphē
dit Tertiū est magne vtilitatis, qđ notat
cum dicitur. Saluator mundi. Homo q̄-
dem quinqꝫ infirmitates patiebat. s. tu-
morem superbie, cecitatem ignorātie, in
sipiditatem in mente vulnerationē culpe
et fetorem consuetudinis praue. Sed ab
istis quinqꝫ infirmitatibus nos saluauit
ꝑ quinqꝫ remedia q̄ adduxit. j Portauit em̄
carnē de qua fecit emplastrū sanguinem
de quo fecit collyriū: spm̄ humanum de
quo fecit mel dulcissimū. Animam q̄ fuit
fuit vnguētariū: ⁊ diuinitatē que fuit bal-
samum preciosū. Prima igit infirmitas
erat tumor superbie: ⁊ iste primo ort9 est
in celo: deinde in terrestri paradiso. Tā-
dem sparsus est in vniuerso mūdo, ideo
xp̄s de sua carne fecit emplastrū qđ istū
tumorem maturauit ⁊ fregit. Fit aūt em
plastrū de herbis ⁊ floribus abscisis cō
tritis et coctis. Caro xp̄i fuit herba sicut
et nostra. Esa. xl. Omnis caro fenū. Fuit
flos ⁊ hoc ꝓpter innocētiā ⁊ puritatem
Fuit abscisus ꝑ mortē. Esa. liij. Qui ab
scisus est de terra viuentium. Cōtritus ꝑ
flagellationē. ibidem. Attritus est ꝓpter
scelera nostra. Et coctus per penarū ni-
miam adustionē. ps. Ossa mea sicut cre-
miū aruerūt. Ecce humilitatis exemplū:
supbie medicamētū. Secūda infirmitas
erat cecitas ignorātie: ideo christ9 de sua

paine suo fecit collyrium quo cecum il=
luminauit Apocaly.iij. Collyrio inunge
oculos tuos vt videas. Istud aũt colly=
rium factum est de saliua et terra: id est
deitate et humanitate vt habetur; Johã
nis nono. De melle et cera: id est de diui
nitate melliflua et carne incorrupta: et vt
habetur primi Regum.xiiij. de ionatha
qui gustauit fauum mellis et illuminati
sunt oculi eius. Tertia infirmitas erat
insipiditas in mente qua spiritualia sibi
desipiebant: ideo christus de spiritussan
cto mel dulcissimũ fecit: quod insipidita
tẽ hominis dulcorauit. Eccl.xxiiij. Sp̃us
meus super mel dulcis. Eius autẽ dulce
do nõ sentiebatur: quãdiu in vase corpo=
ris clausa morabatur: sz qñ inclinato capi
te tradidit spiritum: tũc sua dulcedo re=
pleuit celum et mundum. Unde cãtat ec=
clesia hodie per totum mundum: melli=
flui facti sunt celi. Nã et pater sic factus
est mellifluus, qr fuit recõciliatus. Ange
lus fit mellifluus: qr fuit pacificatus: hõ q
erat in lymbo sic mellifluus: quia immẽ
so gaudio fuit repletus. Quarta infirmi
tas erat vulnus culpe Esai. Uuln⁹ et li=
uor et plaga tua nõ sunt circumligata ꝛc.
Ideo christus de anima sua fecit vnguẽ=
tarium in quo continentur omnia vnguen=
ta omnium vulnerum et infirmitatũ. Om
nia enim vulnera anime causant aut ex
infirmitate, aut ex ignorãtia: aut ex mali
cia. Sed dicitur Joh.j. Uidimus gloriaz
eius: id est gloriosam misericordiã eius
plenam gratie et veritatis. Nã gloriosa
misericordia eius sanat vulnus causatũ
ex malicia: gratia ei⁹ sanat vuln⁹ causatũ
ex infirmitate humana: veritas eius sa=
nat vulnus causatũ ex ignorantia. Quin
ta infirmitas erat fetor ꝯsuetudinis pra
ue: ideo xp̃s attulit diuinitatem tãq̃ bal
samum preciosum: cuius odorem sensit
Lazar⁹ quatriduanus et fetid⁹ et reuixit.
Est autez prima dies mala delectatio, se
cunda malus cõsensus: tertia malũ op⁹:
quarta mala consuetudo: et tunc homo
efficitur fetidus corã deo et mundo. Qui
ergo ad odorem istius balsami non re=
surgit magis est insensibilis q̃ mortuus
fetidus et immundus.

¶ Sermo.xxviij. De eod. fer.vij.

Apparuit be=
nignitas et humanitas sal=
uatoris dei xp̃i. Et Titũ.
iij. Circa natiuitatem xp̃i
ap̃ls apparuisse testat. pri
mo benignitas dei. cum dicit. Apparuit
benignitas que quidem apparuit in be=
nigna erga nos dilectione. Cũ em̃ amor
tripliciter ꝯprobet. s. dono: passiõe et ope.
Pater amorẽ suũ nobis ostẽdit dono: qñ
nobis filiũ suũ dedit. Joh.iij. Sic de⁹ di
lexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret.
Filius ostẽdit passionẽ. Ro.v. Cũ adhuc
pctõres essem⁹ xp̃s pro nobis mortu⁹ est.
Sp̃ussctũs ostẽdit ope: qr bona sua no=
bis tribuit et incarnationẽ xp̃i operatus
fuit. Scdo appruit hũanitas dei et hoc in
nostre carnis assũptione qñ dr et hũani=
tas: de qua benigna hũanitate assũpta
dixit angelus pastorib⁹: qr inuenietis in
fantẽ pãnis inuolutũ et positũ in p̃sepio:
ecce signa sue hũanitatis. s. hũilitatꝫ ei⁹
iõ dr. Inuenietis ĩfantẽ. paupertas ei⁹:
iõ subdit. pãnis inuolutũ. Et asperitas,
iõ dixit. Positũ in p̃sepio. Solẽt reges co
rã se deferre vexilla: sic xp̃s ĩ hũc mun=
dũ veniẽs signũ et vexillũ suũ añ se por=
tauit ĩ quo picta est hũilitas, paup̃tas et
asperitas. Illi ergo q̃ hñt hũilitatẽ sũt
de familia xp̃i Phil.ij. Hoc sentite in vo
bis qđ et in xp̃o iesu ꝛc. Isti aũt q̃ hñt sup
biã sunt de familia diaboli. Joh.xlj. Ipe
est rex sup oẽs filios sup̃bie. Illi qui hñt
paup̃tatẽ de familia xp̃i sunt. Matt.xix.
Uade et vẽde oĩa q̃ habes et da paup̃ib⁹
ꝛc. Illi aũt q̃ sequunt auaritiã sunt de fa
milia diaboli. Uñ auaritia vocat idolorũ
seruitus: vt hr̃ Ephe.v. Illi q̃ hñt carnis
asperitatẽ sũt de familia xp̃i vt hr̃ Gal.
v. Qui aũt sũt xp̃i, carnẽ suã crucifixerũt
ꝛc. Illi aũt qui sectant luxuriã sũt de fa=
milia diaboli. Thob.vj. In eos q̃ libidi=
ni vacãt habẽt potestatem demonũ. Ter
tio apparuit pietas dei, quod notat cuz
dr. Sz scđm misericordiã suaz saluos
nos fecit. Et hec pietas attẽdit in nostre
salutis operatiõe. Homo autẽ infirmus
sanus non efficit: nisi ꝯtraria remedia si
bi dentur. Infirmatus fuerat homo per
superbiam per quã s̃m Damascenũ cre

propter iniquitates nostras. Usq; ad cul pā aūt descēdere nō potuit: cū deus eēt & peccatū in ipsuz cadere nō posset. Pec catū ēt nihil est, iō infra pctm̄ nihil est. Hu miliando ergo se xp̄s vsq; ad penā natu re se humiliauit q̄tum pfundius potuit. Quarto i nobis causat magna puritas. Ex quo ei xp̄s naturā nostrā assumpsit, multa puritate vigere debem⁹: als face rem⁹ iniuriā patri nostro q̄ ipsaz naturā filio suo copulauit & fratri nostro, id est xp̄o: qui ipsaz i vnitatē psone sibi assum psit: & mrī & sorori nostre: id est beate virgini q̄ est mr̄ nr̄a inquantū fratrē nostruz genuit. Et est soror nr̄a inquātū de pge nie nr̄a descēdit. Iniuriā eni facerem⁹ to ti cognationi nostre, id est curie celesti q̄ sibi iniuriā reputaret quādo aliquis na turā suā macularet. Quinto causa in iu dicio magna securitas. Ualde eni in iudi cio securi esse poterimus q̄n fratrē nostrū iudicem vniuersorū esse viderim⁹. Joh. vj. Potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Demones tūc eū timebunt tanq̄ iudicem suū. Johan. xij. Princeps huius mūdi iam iudicatus est. Angeli tanq̄ dn̄m suum. Job. xlj. Time bunt angeli & territi purgabūtur. Homi nes vero de ipsis cōfidēt: et ipsum ama bunt tanq̄ fratrem suum. Unde christus tunc dicere eis poterit illud Hester. xv. Ego sum frater tu⁹ noli timere. Demo nes eū tūc timebūt vt iudicē punientem. Angeli ipsum honorabunt vt dicit in pre sidentē. Bernard⁹. Puto q̄ iam me chri stus spernere nō poterit os ex ossib⁹ meis & caro de carne mea. Falsi tn̄ christiani valde timere poterunt quia a fratre suo nō redimenī quātūcūq; preces effude rint. ps. Frater nō redimit redimet ho mo nec redimuntur quātūcūq; sanguinē christi pro se allegarēt: ideo subdit. Nō dabit deo placationem suam et precium redemptiōis anime sue. Sexto causabi tur in regno magna felicitas: q2 tunc ho mo beatificabitur in corpore per visionē humanitatis. Et in anima, p cōtemplatio nē diuinitatis. Johā. x. Ingredietī & egre dietī & pascua inueniet. Nam ingredietī ad contemplandum deitatem & ibi inue niet pascua mire suauitatis & gredietur ad considerandum humanitatem et ibi inueniet pascua mire iocunditatis.

¶ Sermo. xxx. De eadē. sermo. ix.

Veniēs euangelizauit pacē. &c. Ephe. ij. Ante aduentuz filij dei in carne: multe q̄stiones & discordie erant quas ipse oēs dissoluit et pacifica uit. Prima questio erat in sancta trinita te: si homo deberet redimi cum angelus non redimebatur. Et diffinituz fuit q̄ sic propter quinq; rationes. Prima est, quo niam angelus peccauerat ex se nullo sug gerente: homo vero alio suggerente et decipiente. Scd̄a quia angel⁹ erat spiri tus: et ideo debebat esse fortis & prom ptus. Homo vero habebat carnem que semper est ad bonum infirma: iuxta illud Matth. xxvj. Spiritus quidem prom ptus est. &c. Tertia quia angelica natura non tota ceciderat: humana vero tota ce cidit quia in radice peccauit: et inconue niens erat q̄ tam nobilis creatura tota periret. Quarta quia adam peccauit ex quadam infirmitate humana: etiaz ideo peccauit in patrē. Eua ex quadam igno rantia feminea, & ideo peccauit in filiuz. Angelus autem peccauit ex certa mali tia: et ideo peccauit i spiritū sanctū. Qui autē peccat in patrem et filium remittit ei: qui vero peccat in spiritum sanctum nō remittetur ei nec i hoc seculo, nec in fu turo. Quinta q2 casus angeli ē mors an geli. Et ideo quādo angelus cecidit ex tra statū merēdi erat, homo vero q̄n pec cauit extra statum merēdi non exiuit. Et ideo ad misericordiā cōsequendā dispo nere se potuit. Secūda questio erat i san cta trinitate quis ad istā redemptionem iturus erat. Utrum scz pater vel fili⁹ vel spiritussanctus. Et diffinitum est q̄ fili⁹. Si quidez patri attribuitur dei potētia: filio sapiētia: spiritu sancto bonitas. Lu cifer autē appetijt dei potentiam: & ideo iniuriā fecit patri. Homo appetijt dei sa piētiā. Gene. iij. Eritis sicut dij scientes bonū & malum: & ideo iniuriaz fecit filio. Antichristus vsurpabit sibi bonitatē spi ritussancti simulatā religionē ostendens

do ⁊ simulata miracula: ⁊ ideo iniuriã faciet spiritui sancto. Ad illũ autẽ spectat dare indulgentiã qui recipit iniuriã. Si igit̃ diabolus fuisset redimendus spectaret ad patrẽ: antichristus ad spm̃ sctm̃. Qꝛ igit̃ homo redimendus erat eius redemptio ad filium ptinebat. Tertia questio adhuc in sancta trinitate erat ꝑ quẽ modũ homo redimẽdus erat. Et diffinitum est ꝙ non ꝑ potẽtiam: sed ꝑ sanctificationem condignam. Homo quidã peccauerat ꝑ supbiam: inobedientiam ⁊ delectationẽ prauam. Ideo christus satisfacere voluit ꝑ humilitatem verã: obedientiã promptitudinem: ⁊ penarũ afflictionem. Ad Philip. ij. Humiliauit semet ipsũ: ecce humilitas vera. Fact⁹ obediẽs ecce obediẽtia prompta vsq; ad mortẽ: ecce afflictio magna. Quarta q̃stio erat inter deũ ⁊ hominẽ. Deus enim conquerebat̃ de homine ꝙ ipsũ offenderat: homo vero cõquerebat̃ de deo ꝙ creaturam suã reliquerat. Istam questionem christus soluit q̃ mediatorẽ se fecit. Mediator autẽ debet hr̃e cõmunitatem ⁊ auctoritatẽ ⁊ strẽnuitatẽ. Unde hũanũ genus conquerebat̃ se non habere mediatorẽ q̃ haberet cõmunitatẽ dicẽs. Job. ix. Neq; enim viro q̃ similis mihi est respondebo nec auctoritatẽ que scꝫ ptes vtrasq; possit arguere: ideo subdit. Nõ est q̃ possit vtrũq; arguere nec strẽnuitatẽ que scꝫ ptes possit diuidere ⁊ separe: ideo subdit ⁊ ponere manũ i ambobus. Christ⁹ ergo fuit verus mediator: qꝛ habuit verã cõmunitatẽ cum deo inquantũ de⁹, ⁊ cũ homine inquatũ homo. Ad Gal. iij. Mediator vni⁹ nõ est, scꝫ nature sed duplicis scꝫ hũane ⁊ diuine. Habuit auctoritatẽ i arguẽdo. Esa. ix. Arguet in eq̃tate pro mãsuetis terre. Esa. j. Arguite me dicit dñs. Habuit strẽnuitatẽ i diuidẽdo. Nã cũ inter deũ ⁊ hoẽm esset discordia: xp̃s mediũ se posuit ⁊ pacificauit. Coll. j. Pacificãs ꝑ sanguinẽ suũ, siue que i celis, siue que in terris sunt. Contingit autẽ sepe vt mediator ab vtraq; pte vulneret̃: sic christ⁹ vulnerat⁹ erat a pr̃e. Esa. liij. Propter scel⁹ populi mei ꝑcussi eum. Et ab hoĩe Zach. xiij. His plagatus sum in domo eorũ q̃ diligebãt me. Quinta q̃stio erat inter hominem ⁊ diabolum. Diabolus enim contra hoĩez quatuor allegabat. Primo instrumentũ autenticũ. Gene. ij. Quacunq; hora cõederis ex eo morte morieris. Repulsus est a nr̃o aduocato: qꝛ ipm̃ instrumentũ falsificauit dicens. Nequaq̃ moriemini. Scd̃o allegabat prescriptionẽ: qꝛ ꝑ multa milia annorũ ipm̃ possederat. Sed repulsus est ꝑꝑ interruptionẽ: tum quia ratio sepe cõtradixit: tũ qꝛ de⁹ ꝑ ꝓphetas suos sepe destiauit. Tertio allegabat emptionẽ: qꝛ hominẽ ꝓ comestiõe pomi se emisse dicebat sed repulsus est: qꝛ hoĩem deceperat vltra dimidiũ iusti p̃cij. Esaie. lij. Gratis venundati estis ⁊ sine argento redimemini. Quarto allegabat peccati ꝓprietatẽ, que est deorsũ trahere cũ sit põderosum sed repulsus est: qꝛ pena xp̃i oĩbus peccatis plus põderabit. Job. vj. Quasi arena maris hec grauior appareret. Sexta questio erat inter virũ ⁊ mulierẽ. vir ei dicebat ꝙ mulier sue ꝑditiõis cã extiterat: mulier vero dicebat ꝙ non debebat sibi cõsentire sed eã corrigere. Sed xp̃s sciẽs vtrosq; cãꝫ fuisse sue ꝑditiõis. Utrosq; fecit pticipes sue redẽptionis. Suscepit em̃ carnẽ de femina non de viro: nec ipsa se exclusaꝫ putaret: sed naturã suscepit in forma vir: non femine: ne vir ab ipsa se redẽptione crederet esse alienũ. Sꝫ suscepit de hũano gñe corpus ⁊ nõ angelico vel deifico: qꝛ aliter ad humanũ gen⁹ redẽptio nõ ptinet. Septima q̃stio erat inter diuites et paupes. Diuites em̃ paupes decipiebãt. Eccli. xiij. execratio diuitum paup. Paupes vero regnũ celorum suum esse dicebãt. Math. v. Beati paupes spiritu: quoniã ipsorũ est regnũ celorũ. Sed istã questionem christus dissoluit q̃ diues et pauper esse voluit. ps. Diues ⁊ paup simul in vnum. Fuit enim diues inquantũ de⁹. ad Rom. x. Idem dñs omniũ diues i omnes qui inuocant eũ. Sed paup inquantum homo. ps. persecutus est hoĩez inopem ⁊ mendicum. Christus ergo voluit esse diues ⁊ paup vt ostẽderet ꝙ vtriq; possunt ꝑuenire ad regnũ. Sꝫ tamẽ magis est vsus paupertate q̃ diuitijs vt ostẽderet ꝙ tutior via veniẽdi ad regnum est via paupertatis. Octaua questio erat inter

mulieres

mulieres scz inter virgines, nuptas seu maritatas et viduas. Uirgines enim dicebant se tm̄ esse in statu salutis. Sapie. iij. Felix sterilis et incoinquinata habebit fructū in respectione alarū sanctarū. Nupte dicebant se implere dei preceptum. qđ dicitur Gene.j. Crescite et multiplicamini rc. Uidue dicebant q cum multas tribulationes patiant sunt ī via qua itur ad regnū. Juxta illud Act.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Istā questionē dissoluit btā virgo q̄ fuit in statu virginali, matrimoniali, et viduali: qz ioseph eius sponsus añ christi passionē credit fuisse defunctus. Nona questio erat inter iustos et peccatores: nā iusti pctōres despiciebāt: et peccatores de dei misericordia desperabant. Istā questionē christ⁹ dissoluit: qui cum vtrisqz cōuenit. Ipse enim fuit innocens et iustus. Esa.xlv. Nubes pluant iustū: sz tñ accepit carnē peccatrici similē. ad Rom. viij. Deus filiū suū misit in similitudinez carnis peccati. In sua genealogia iustos cū pctōrib⁹ habere voluit: remedia pctī suscepit qñ cum peccatorib⁹ mādūcauit et cū eis ꝯuersationē habuit vt sic iustos ad cōpassionē iduceret: et peccatores ad spem. Luc.v. Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam.

¶ Sermo.xxxj. De sctō stephano. Ser.j.

STephan⁹ plenus gratia et fortitudine faciebat pdigia et signa magna in populo. Act. sexto Describit hic Lucas beati stephani passionem. Circa quam passionem notandū q mundus persequit sanctos: modo p prosperavt alliciat: modo per astutiā vt decipiat: modo per aduersa vt frangat: sed nullo istorum modorū beatus stephanus potuit superari. Primum namqz prospera ipsum nō poterāt allicere. Fuit enim archidiaconus ordinatus. Fuit temporalium administrationibus prefectus. Fuit feminis prelatus: et tamen in tanto honore seruauit humilitatem: in tanta rerū administratione seruauit paupertatem. In tanta feminaruz multitudine seruauit integerrimam virginitatem. Ideo dicitur fuisse plenus spū sancto fide et boni testimonij: in eo q fuit plenus spiritu sancto datur intelligi q habuit verā humilitatem quia sicut dicit Jaco.iiij. De⁹ superbis resistit, dat gratiam humilibus: in eo enim q erat plen⁹ fide datur intelligi q habuit paupertatem. Augu. Qui verā fidē habent de deo non cupiunt in his miserijs diuites fieri: in eo q erat boni testimonij datur intelligi q habuit sincerissimaz castitatē. Aug. In hoc q stephanus prelat⁹ est feminis testimonium habuisse dicit sincerissime castitatis. Secundo astutie malorū ipsuz non poterant decipere. Surrexerunt enim quidā de synagoga disputantes cum stephano: sed tamen ipse eos superauit. Qz triplex adiutorium contra eos habuit: scz adiutorium dei seu spiritum dei angelum dei et sapictiā dei. Et sic fuit homo diuinus: homo angel⁹: et hō oculatus: et ideo decipi nō potuit: tres enim sunt qui decipi nō possunt: scz deus: angel⁹: et homo oculatus. Habuit quidē spm̄ dei q̄ ei facundiā ministrabat. vñ dicit Nō poterāt resistere sapiētie et spiritui q̄ loqbat. Habuit angelū dei q̄ sibi diuinas illuminatiōes infundebat. Ideo quidē fuit diuinis irradiationib⁹ illustrat⁹ q similis angelo est effect⁹. Act.vj. Uiderūt faciē ei⁹ tanq̄ angeli stātis inter illos habuit sapiētiam dei: p quā tanq̄ homo oculat⁹ eoruz fallacias puidebat. Act.vj. Considerate ex vobis viros plenos sapia rc. Prouer. j. Frustra iacitur rhete añ oculos pēnatorū. Tertio aduersa non poterāt ipm̄ vincere. Habuit enim ī suo martyrio quinqz adiutoria ppter q̄ tanq̄ miles strēnuus fortissime dimicauit. Primo habuit grāde exēplū velut similes ante se videret regē fortiter dimicātē. Unde vidit iesum stātē a dexteris dei. Glo. ibidē. Ne lapidād⁹ hō dubitet in terra: de⁹ homo crucifixus appet in gloria. ad Heb.xij. Recogitate eū q̄ talē sustinuit a pctōrib⁹ aduersus semetipsum contradictionē vt non fatigemini animis vestris deficientes. Scđo habuit grāde spectaculum qđ notatur per hoc q vidit celos apertos. Apertum enim fuit celuz vt rex et tota curia celestis viderent militē dimicātem. Ualde autez strēn

Tertio videbat auxiliũ suum qd̃ notaẽ cũ dicitur. Et filiũ hominis stãtẽ a dextris dei. ij. paral. xx. Cũ ignoram⁹ qd agere debem⁹ hoc solũ habem⁹ residui vt oculos dirigam⁹ ad te. Glos. sup illud. ps. Firmabo sup te oculos meos. Nõ auferã oculos meos a te, qꝛ tu semp leuas oculos tuos a me. Quarto videbat ibi palatiũ suũ quod notaẽ cũ dicitur. Uideo celos aptos de quo palatio dicit pphe ta Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ. Sicut em̃ peregrini terram suã a lõge aspiciũt ꝛ quodãmodo salutant: sic ꝛ nos patriam celestẽ aspicere debem⁹ p fidẽ ꝛ salutare p deuotionẽ. Hier. lj. Recordamini pcul dñi ꝛ hierusalẽ ascẽdat sup corda vestra. Tertio necessariũ ẽ anime ꝙ videat qd̃ notaẽ cũ dicitur. Uidit celos aptos. Uidit enim aut oculo corporali aut mẽtali. Si corporali: tũc tria mirabilia secuta sunt. Unũ ex eo ꝙ vidit celos aptos cũ ꝟm naturam impossibile sit celum aperiri diuidi vel secari Secũdũ ex eo ꝙ vidit iesum in gloria patris cũ ꝟm naturã impossibile sit ꝙ corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria possit videri. Tertiũ est: quia cũ corpus saluatoris nostri sit in celo empireo vidẽdo ipm vidit vltra aereũ: sydereũ cristallinũ vsqꝫ ad empireum celũ. Impossibile est aũt ꝟm naturã vt ocul⁹ corporalis in tanta distantia possit videre. Nec tamẽ ista incredibilia videantur cũ i scriptura similia leganẽ Sol em̃ per spaciũ vni⁹ diei immobilis stetit vt habeẽ Josue. x. decẽ lineis retrouersus fuit vt habetur Esa. xxxviij. In passione xp̄i obscuratus fuit cũ luna tũc esset in perfecta distantia a sole Si autẽ vidit oculo mẽtali: quod cõmuniter creditur tũc dicẽdũ est ꝙ vidit ex eo ꝙ habuit oculum mẽtis purificatum: quia fuit plen⁹ fide q̃ habet purificare. Act. xv. Fide purificãs corda eorũ. Illuminatum quia fuit plenus sapiẽtia ꝛc. Reuela oculos meos ꝛc. Sanctificatũ: qꝛ fuit plen⁹ gratia. Mat. v. Beati mundo corde: quoniam ipsi deũ videbũt Irreuerberatum: quia fuit plenus fortitudine. Unde dicitur de aquila. Job. xxxix. Oculi eius de longe pspiciũt Deificatum: qꝛ fuit plenus spiritusancto Alias enim videre non potuisset nisi vitalem deificam habuisset.

¶ Sermo. xxxiiij. De eodẽ Sermo. ij.

Elegerunt stephanum virum plenum fide ꝛ spiritusancto Actuũ. vj. Beatus stephanus multas ꝛ magnas prerogatiuas habuit propter quas ab apostolis electus fuit. Prima: quia multe dignitatis fuit: que dignitas apparet ex eo ꝙ inter apostolos prior quondammodo est effectus Aug. Licet stephanus ab apostolis diaconus ordinatus sit: ipsos tamen triumphali morte precessit: ꝛ qui inferior erat ordine primus factus est passione: ꝛ qui discipul⁹ est gradu magister cepit esse martyrio ab apostolis est ordinatus sed prior est coronatus. Inter i septem diaconos fuit prim⁹ August. Inter diaconos stephanus nominatus est primus: sicut primus inter apostolos nominatus est petrus. Inter martyres est signifer ꝛ primicerius. Aug. Adhuc laic⁹ diaconũ meruit electionẽ: ꝛ martyriũ lenita obtinuit principatum Inter confessores fuit precipu⁹. Confessus est em̃ veram in christo humanitatẽ: cũ dixit filiũ hominis eiusdem cum patre equalitatẽ cum ait Stantem a dextris virtutis dei. Inter virgines mẽte ꝛ corpore fuit incorrupt⁹. Cuius signũ est sincerissima castitas: quia ꝛ feminis fuit prelatus ꝛ in vultu angelico demonstratus. Secunda est qꝛ similis angelo elect⁹ fuit: ꝛ apparuit ꝛ hoc propter angelicãpuritatẽ quaꝫ habuit: propter angelicã claritatẽ qua resplenduit propter angelicam charitatẽ qua contra persecutores efferbuit. Tertia est qꝛ celorũ secreta penetrauit. Uidit ioãnes baptista celũ apertuꝫ. Uidit paulus dei gloriam raptus in paradisum. Uidit petrus ꝛ quidã aliĳ discipuli christuꝫ transfiguratum. Stephanus autem ꝛ celũ apertum vidit ꝛ gloriam dei conspexit: ꝛ iesum glorificatũ intuit⁹ fuit. Quarta est quia pro inimicis suis orauit. Orauit autem cum genuflectione: cũ clamore: ꝛ cũ allegatione dicens prout addit ecclesia. Quia nesciũt q̃d faciũ. Pro se

antē orādo: nec genua flexit nec clama uit nec allegauit. Beda. p se stans orauit pro inimicis genua flexit quia maior ini quitas maiꝰ supplicādi remediū flagi tabat. Quinta est quia eius passio passiōi christi multū similis fuit. Istud assignat glo. dicēs. Sicut christus sic iste falsis te stibus accusat. Christus extra portā pa titur stephanus extra portā lapidatur. xp̄s ait tanq̄ filius patri. In manꝰ tuas domine cōmēdo spiritū meū. stephanus tanq̄ seruus dixit. Dn̄e iesu xp̄e accipe spiritum meū. Et xp̄s ait. Pater ignosce illis peccatū. Stephanꝰ autē. Dn̄e ne sta tuas illis hoc peccatū. Sexta est: qr paulum cōuertit. vt dicit. Augu. Si stephanꝰ nō sic orasset: hodie paulū ecclesia nō haberet. de istis duobꝰ discipulis sic ait idē in istis duobus discipulis geminū nobis monstratur salutis indiciū. vt si quis bonus est: imitetur ꝑseuerantiā charitatis in stephano. qui autem malus est sequat exemplū cōuersionis in paulo: nec bonū hominē presumptio iustitie faciat negli gentē, nec malum iniquitatis ꝯsideratio faciat desperantē. Sed ille bonū fortiter teneat ⁊ iste malū celeriter deserat. Septi ma qr quatuor coronas habuit: ideo me rito corona interꝑtatur. habuit enim co ronam roseā inq̄tum fuit sanguine pur puratus Apoc. vij. Lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni. Ec cli. iij. Esto fidelis vsq̄ ad mortē: ⁊ dabo tibi coronā vite. Habuit coronā aureā: inq̄tum fuit ꝟgo incorruptus Eccl. xlv. Corona aurea sup mitrā eius. Sicut eīm aurū est incorruptū: sic ⁊ ipsa virginitas. Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta ḡnatio cū claritate: ⁊ subdit. Immortalis est eīm memoria illiꝰ. Habuit coronā stellatā inq̄ tū fuit ꝑdicator lucidꝰ. Dan. xij. Qui ad iustitiā erudiūt multos quasi stelle fulge būt in perpetuas eternitates. Habuit co ronā gēmatam inq̄tum fuit vir perfectꝰ ꝟs. Posuisti in capite eius coronā de lapi de ꝑcioso Lapis ꝑciosꝰ habet claritatē, virtuositatē ⁊ soliditatē. Et sic̄ visionē dei q̄ sanctos facit claros in aperta visio ne ꝟtuosos inuirtuolos de dilectiōe. soli dos atq̄ securos in vtroq̄. Octaua quia multa miracula fecit quorum quedā at testātur sue potentie. Ostēdit enim se ha bere posse sup creaturas superiores: qr celum suis meritis aperuit. Sup creatu ras inferiores sicut super quatuor elemē ta nā in sui inuentione ⁊ translatione ter ra cōtremuit pluuiam destinauit: tempe statē mari sedauit. Ignem quē demones ex: tauerunt in eos retorsit. Quedam sue misericordie attestantur. Quosdā eīm sa nauit in corpore. Nam sicut dicit Aug. in lib. de ciuita. dei septē mortuos suscita uit fratrē ⁊ sororē a cōcussione mēbrorū sanauit septuaginta infirmos a diuersis infirmitatibꝰ in sua inuētione liberauit. Quosdā sanauit in anima sicut paulū qui patiebatur duplicē infirmitatē in anima s. culpe ⁊ ignorātie sicut ipse ostēdit. i. ad Thi. j. Qui priꝰ fuit blasphemꝰ ⁊c. Aug. quo precessit stepha. lapidibꝰ trucidatꝰ illuc paulus secutꝰ est. orōnibus stepha ni adiutus. Quosdā sanauit simul in cor pore ⁊ in anima sicut refert. Aug. i lib. de ciui. dei de marciani infirmo ⁊ infideli. Quedā ostēdit q̄te sit reuerentie nā eius in reuerētia habuit deus qui in loco de specto ipsum manere noluit sed in mōte syon ad locū honorabilē ipsū trāsferri voluit. Sap. xij. Cum multa reuerētia dis positionis nos. habuerūt angeli quorū voces in aere sunt audite. O felix roma q̄ corpꝰ Stephani hierosolymitani ⁊ Lau rētij hyspani: gl̄osa pignora vno clau dis mausoleo habuerūt apostoli q̄ ipsum secū rome morari voluerūt. Vn̄ demō ꝑ filiū theodosij clamabat. Nō exibo nisi Stephanꝰ romā veniat: qr sic est volun tas apostolorū. Habuerunt ⁊ mortui: qr corpus Laurentij ibi cessit ⁊ medietatē sepulchri vacuam dereliquit.

¶ Sermo. xxxiij. De eodē. Ser. iiij.

Ruben primo genitꝰ meꝰ principiū do loris mei: prior in donis maior in imperio. Gen. xlix. inter ceteros sctōs beatꝰ stephanꝰ q̄nq̄ pri uilegia habuit: q̄ in verbis premissis no tantur. Primum est quia filium dei a dex tris patris vidit: quod notatur cum di xit Rubē. qui interpretatur videns filiū.

Sunt autem quatuor que requiruntur ad videndum. Unum ex parte videntis: sicut dicit Anselm⁹. s. vt oculos sanos habeat. Secundum ex parte medij deferentis vt scilicet lux clara refulgeat. Tertiū ē ex parte re. vidende ne nimis remota existat. Quartum ex parte medij non impedientis. vt scilicet nullum obstaculum se interponat. ista quatuor beatus Stephanus habuit. Et ideo merito filium dei vidit scilicet oculum purum presentem deum: splendorem diuinum: et nullum obstaculum. Et propter ista quatuor dicitur fuisse plen⁹ gratia spiritusancto et sapientia ac fide. Habuit enim oculū mundū: qz fuit plen⁹ gratia et veritate: q̄ habet mūdare. Iuxta illō Ezech. xxxvj. Effundā sup vos aquā mundā et mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. Habuit deū p̄sentē: qz fuit plen⁹ spūsancto. Spūs eīm sctūs est de⁹ et iō q̄ hz spiritūsanctū hz deū. habuit splēdorē diuinū: qz fuit plen⁹ sapiētia q̄ est lux diuina. Sap̄. vij. Proposui pro luce habere illā. Nullum habuit obstaculum: qz plen⁹ fide: q̄ peccata habet purgare. Prouerb xv. Per fidē et mīam purgātur peccata. Et qz ista quatuor habuit ideo cū apostolo dicere potuit. ij. ad Corin. iij. Nos autem reuelata facie gloriā dei speculantes zc. Secundum eius priuilegium est q̄ inter christi discipulos primus in celo natus fuit: ideo dicit̄ primogenitus me⁹. Aug. Nat⁹ est xp̄s ī terris: vt Stephan⁹ nasceret̄ in celis. Jō obit⁹ sanctorū nō mors s; natale vocat̄. Puer eīm de vtero mr̄is exire cupit: vt recipiat ampliorē locū ad manendū vberiorē cibū ad vescendū, liberiorē aerē ad respirandū: et maiorē lucē ad vidēdū. Sancti quoq̄ q̄diu sunt in vtero ecclesie habent locū arctū: qz terra exigua est et punctus. Sapiē. xj. Tanq̄ momētū statere, sic ante te est orbis terrax: ideo exire appetūt vt locū amplū habeant. De q̄ dr̄ Bar. iij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei zc. Habent etiā paruū cibū: qz sunt in ꝯtinua esurie: ideo exire appetunt vt sint in plena satietate. ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nō habent etiā libertatē aeris. id est diuine refrigerationis vt respirare possint: et ideo exire appetūt vt ī deleterniiate respirēt. Ūn cantat ecclesia. Absolue dn̄e animas eorum: vt inter sanctos et electos tuos resuscitati respirēt. Sūt autem in tenebris multiplicis ignorātie: iō exire appetūt vt veniant ad lucē claritatis, eterne. Apo. xxj. Claritas dei illuminabit illā Ista quatuor beat⁹ Stephan⁹ in celo sibi reseruata vidit: et ideo de vtero ecclesie exire optauit vidit eīm celū apertum, tanq̄ locum amplum ad manendum vidit Jesum tanq̄ dulcē cibū ad vescendum. Uidit dei dexteram tanq̄ beatā requiem ad respirādum. Uidit gloriā dei tanq̄ eternā lucem ad videndū. Tertiū priuilegiū est: quia principatum martyrū obtinere promeruit cum dicitur. Principium doloris mei. i. martyrum cuius dolores reputo meos: et qz primus ideo merito honorādus. Maxime honoramus martyres dei. s. vt fidei p̄ncipes: intercessores mundi p̄cones regni et coheredes dei. Ipse fuit princeps fidei inq̄tū p fide passus est prim⁹. Fulgentius. Heri celebrauimus tēporalem sempiterni christi natalem: hodie celebramus triūphalem primi militis passionem. fuit intercessor mundi: quia primus post christū pro inimicis orauit. Fulgētius. plus illorū dolebat peccata q̄ sua vulnera. Fuit prim⁹ preco regni. homo quidē amiserat habitationē celi: gloriā paradisi: et visionem dei: Sed Stephan⁹ p̄conizatus est restitutionē factā esse homini restitutam habitationem celi, visionem dei, et gloriam paradisi cū dicit. Ecce video celos apertos, visionē dei. cum addit. Et filiū hominis zc. et gloriam paradisi: cū dicit. Gloriam dei zc. Fuit etiam primus coheres christi: qz primus hereditauit regnum p tollerātiam passionū. Tales enim possunt deū conuenire sicut dicit. Ambro. super beati immaculati. Uult deus conueniri vt si quis bene certauerit fructum remuneratiōis expectet. Seruus sum expecto a domino alimentū. Miles sum expecto ab imperatore stipendium. Uocatus sum postulo ab inuitāte p̄missum. Quartum priuilegiū est quia spiritusancto plenus fuit: cū dicitur. Prior in donis scilicet spiritusancti, q̄ eīm donis spiritusancti plenus fuit patet ex multis signis et le

facem virtutũ induit Ad rom.xiij. Abijciamus opera tenebrarũ ⁊ induamur ⁊c. Judei ipm polluerunt qñ lapidibus rubiginẽ corporis abiecerunt. Prouer.xxv. Aufer rubiginem ab argẽto ⁊c. Quarto fuerũt lapides materiales q: ibi ad quatuor fuerunt boni pmo in instrumentum destructiuũ carceris. ps. Educ de carcere animã meam ⁊c. Secundo in oblectamentũ dulcedinis. Unde cantaṫ. lapides torrentes illi dulces fuerũt. Deute.xxxij. vt sugeret mel de petra. Tertio in ornamentũ diadematis. Omnes eñi lapides iacti fuerunt in eius corona lapides preciosi. ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso ⁊c. ps. Supra dorsuꝫ meũ fabricauerũt peccatores. Sicut eñi faber super incudẽ fabricat coronã regalem: sic iudei super stephanũ fabricauerunt sibi coronaꝫ triumphalẽ que tot hꝫ distinctiones gemmarũ quot sunt ictus lapidũ. Chri. Sicut ex corona regali vndiqꝫ fulgores emittunṫ: ita martyrum corone christi vulnerib⁹ distincte: ſime omni regum diademate reddunṫ delectabiliores. Quarto fuerunt sibi in materia pontis. Ex illis enim lapid:b⁹ factus est põs quo stephanus transiuit in celum. Olim deus posuerat Adam in naui innocentie que fracta naui preparauerat homini tabulam penitentie. quibusdã tamen dedit pontem martyrij ⁊ passionis pro christo assumpte. Beatus autẽ stephanus p mare huius seculi ad portũ paradisi peruenit per nauem: q: innocentiam seruauit. Et per tabulam: quia duram penitentiã non deseruit. Et per ponteꝫ quia martyrium passus fuit.

¶ Sermo.xxxvj. De sancto Joãne euãgelista. Ser.j.

Quartum animal simile aquile. Apocalypsis quarto. Cum per quattuor animalia quatuor euangeliste figurentur. Johannes tamen per aquilam designatur: et hoc propter quatuor commẽdabilia que in ipsa aquila reperiuntur. Primo namqꝫ in volatu. habet sublimitatem: sic etiam Joannes tam sublimiter volauit, ꝙ omnia visibilia deserens vsqꝫ ad ipsum ascendit. Augustinus sup Joannem. Transcendit Joannes omnia cacumina terrarum omnes cãpos: omnes altitudines syderum omnes choros et legiones angelorum. Nisi eniꝫ transisset omnia ista que creata sunt nõ perueniret ad deũ p quẽ oia facta sunt. Idem etiam dicit super Joannẽ ꝙ nisi esset super oia eleuatus ⁊ totus sanctus nõ ascenderet in deum. Distinguit auteꝫ Richardus in lib. de trinita. tres spiritus. s. spiritũ humanum, angelicum, ⁊ diuinuꝫ. Joannes autem transcendit spiritum humanum ⁊ angelicum ⁊ peruenit vsqꝫ ad diuinum. Esa.lij. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur ⁊ eleuabitur ⁊ sublimis erit valde. Fuit eñi exaltat⁹ super spm humanũ, eleuatus super angelicũ, sublimatus in deum. Dicit auteꝫ Ambrosius in libro sermonum. Uolare nõ potest nisi qđ purum, leue, ac subtile est. Joãnes igitur tã sublimiter volauit: q: pur⁹ fuit sine admixtione eterne auaritie. Fuit leuis sine põderositate carnalis cõcupiscẽtie: fuit subtilis sine grossicie supbie. Scđo aquila habet in venando generositateṁ: cuius generositas est: q: vicinis auibus parcit non enim circa nidũ suũ venatur: sꝫ longe a nido. Ceteri euãgeliste in locis vicinis sunt venati. Uenat⁹ est enim marcus in locis vicinis, id est i euãgelio matthei quia dicta sua collegit ⁊ in euãgelio suo reposuit. Uenat⁹ est matheus in locis vicinis quia carnalem christi generositateṁ texuit. Uenatus est lucas in locis vicinis q: infantiã xpi disseruit. Uenati sunt oẽs in locis vicinis: q: conati sunt oẽs ea dicere q̃ christ⁹ gessit in mũdo. Joãnes aũt in locis vicinis venari noluit: q: nec dicta aliorum replicauit nec texuit xpi natiuitatẽ carnalẽ sed celesteꝫ: nec xpi infantiã sꝫ gloriã sempiternã: nec tantũ ea q̃ xps fecit in mundo: sꝫ etiã in celum ascẽdens ipm verbum eduxit de celo ⁊ in suo posuit euangelio. Eze.xvij. Aq̃la grãdis ⁊c. Et seqṫ Uenit ad libanũ, id est ad celũ ⁊ tulit medullã cedri, id est xpi q̃ est alta p potentiã maiestatis que habet corticem id est humanitateṁ: ⁊ medullaꝫ, id est deitateṁ. Ceteri euangeliste tulerunt corticeꝫ

in remuneratiōe. Luc.viij. Aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū cētuplum. Scḋo3 priuilegiū est sincera dilecti: cū dr. Amātissimꝰ dñi. dilexit aūt ipse triplicē dilectionē. s. sermonis, opis, ⁊ cordis dicēs. i. Joā.iij. Diligamꝰ vbo neq3 lingua tm̄: s3 ope ⁊ vitate ē ei triplex amor. s. or3 opis, ⁊ cordis. iō bñ dr. diligamꝰ vbo ⁊c. dilexit xp̄s aplos dilectiōe sermonis qr eos diligēter instruxit: iō fuerūt amati dilectione opis, qr oīa charismata grarum infudit iō fuerunt amātiores Joānē dilexit dilectiōe pcordi: aliꝫ iō fuit amātissimꝰ. Hoc voluit vt supra pectꝰ suū vbi ē sedes cordis recūbere: ad innuēdū q ip3 pcordiali amore dilexit. Tertiu3 priuilegiū est mors secura: cū dr habitau t ꝯfidēter cū eo. Cōfidēter eñ in xp̄o mori potuit qui habuit conscientia3 letificantem. i. Cor. i. Glīa nr̄a hec est testimoniū ꝯsciētie nr̄e bonoꝝ opeꝝ afluētiā cūcomitātē. Job. v. Ingredieris i abūdātia sepulchrū. ⁊c. Xp̄m associātē. Apparuit nā sibi dñs Jesus xp̄s dicēs. Ueni dilecte mi: tēpꝰ est vt epuleris mecū i ꝯuiuio meo cū fratribus tuis aploꝝ turbā ꝯuenictē: qr oēs ad eiꝰ trāsitū ꝯuenerūt. dr Gen.xlij. Duodecim fratres sumꝰ minimꝰ domi remāsit: aliꝰ nō est sup. Apostoli qdē duodecim fres fuerūt: vnꝰ. s. iudas nō erat sup minimꝰ. s. Joānes q ceteris erat iunior adhuc in domo remāserat: ⁊ iō ad ip̄m deducēdū oēs ꝯuenerūt. Quartū priuilegiū est mr̄is dei venerāda custodia: cū dr. Quasi i thalamo tota die morabit. Ipse eñ factꝰ est paranymphꝰ spōse regis: ⁊ iō tota die in thalamo habitabat, qr spōsam regis custodiebat. Qualis aūt ⁊ quātꝰ fuit ille thesaurꝰ: talis ⁊ tantꝰ fuit iste thesaurꝰ. Credēdū est eñ q si xp̄s inuenisset meliore3 thesaurū sibi ꝯmēdasset. Secure ergo iusti ad Joānē deberēt accedere q h3 i ptā te matrē grē. Secure ⁊ pctōres: qr h3 in potestate matrē mie. Secure ⁊ morientes: qr h3 in ptāte illā q in morte ab hoste nos ptegit. Secure ⁊ aīe decedētes: qr habet in potestate illā q in hora mortis animas suscipit. Unde cantat ecclesia Maria mater gratie ⁊c. Quintum priuilegiū est honoris magnificētia: cū dr. Inter humeros eiꝰ requiescit. Magnus honor ⁊ magni amoris indiciū fuit qñ Ioannes in xp̄i pectore requieuit. Debemꝰ ergo nos ip̄m honorare: qr ipsum honorauit xp̄s angelꝰ: totꝰ cetꝰ apostolicꝰ oīm sanctoꝝ laudabilis numerus: xp̄s nāq3 ipsum honorauit qñ eū sup pectꝰ suū requiescere fecit. Uñ cātat. Ualde honorādus est beatꝰ ioānes q supra pectꝰ dñi i cena recubuit. Angelꝰ ipsum adorauit: qr ab eo adorari recusauit, ⁊ se conseruū suū vocauit. Apoc.xix. permisit āūt3 se adorari a Josue, qr erat calciatꝰ: ideo dicit. Solue calciamētū ⁊c. Joānes aūt pedes affectuum suoꝝ ab omni amore mūdi discalciauerat. Apostoli quoq3 ipsum honorauerūt quando ipsum ⁊ petrū columnas ecclesie ad samaritanos miserūt: vt habetur. Act.viij. Oēs etiā sancti ip3 honorauerunt: quia ad eius transitū cōuenerūt, ⁊ ideo totus mundus debet eu3 honorare, ⁊ honore generali inquātum fuit apostolus, ⁊ speciali inquātū christi amicus, ⁊ singulari inquantū recubuit supra xp̄i pectꝰ ⁊ custos ē virgini deputatꝰ.

¶ Sermo.xxxviij. De eodem ser.iij.

Dilectꝰ meus mihi ⁊ ego illi. Cant.ij. Istud vbū nō pōt alicui meliꝰ ꝯuenire q̄ Joāni q fuit a xp̄o dilectꝰ, ⁊ qui christū speciali amore dilexit. Circa ipsam aūt dilectionem quinq3 per ordinē sunt videnda. primo quid fuit huius dilectiōis causa. Circa q sciēdum q prima causa fuit Joānis puritas ⁊ incorruptio. Tales eñ christꝰ amat. Prouer.xxij. Qui diligit cordis mūdiciam ppter puritatem ⁊ gratiam labiorū, habebit amicu3 regem. Et quia adeo purus fuit: iō christꝰ cū eo familiaritatē habuit. Eccli.xxij. Uolatilia ad sibi similia ꝯueniūt. vñ vnū volatile fuit xp̄s. ps. Ascēdit christus sup cherubin ⁊ volauit. Secundū fuit beata virgo. Eccli.xi. Breuis in volatilibꝰ est apis. Tertiū fuit Joānes qui in forma aquile est demonstratꝰ. Ista aūt tria volatilia cōuenerūt: qr specialē familiaritatē habuerūt. Scḋa cā ē festina ꝯuersio: qr in iuuētute ad xp̄m cōuersus fuit. Tales eñ xp̄s multū diligit sicut innuitur Mat.x. vbi dicit q christus

paruulos amplexatus fuit: manus eis imposuit bñdixit ipsis nunq̃ alicui seni tales amicitias ostendit. Sufficit nãq̃ senibus q̃ a xp̃o regant: iuxta illó. Senex puerum portabat puer aũt senẽ regebat q̃ ab ipso nõ piiciant. ps. Ne piicias me in tẽpore senectutis q̃ ab ipso nõ derelinquant. Et vsq̃ in senectã & seniũ ne derelinquasme. Tertia causa est ipsius Joannis feruens dilectio. Deus eñ diligit diligẽtes se. prouerbiorũ. viij. Ego diligentes me diligo. Ipse eñ Joãnes dilexit xp̃m viuẽtẽ cuius signũ est: q2 ob sui amorẽ oia dereliquerit, Cant. viij. Si dederit homo oẽm substantiã domus sue p̃ dilectione &c. Dilexit moriẽtẽ. cuius signũ est: q2 iuxta crucẽ ipse stetit. Dilexit mortuũ cuius signũ est: q2 ad monumentũ ipse cucurrit. Bern. Qui amat ardẽtius cucurrit velocius, & puenit citius. Scđo vidẽdũ est q̃ sunt signa huius dilectiõis. Primũ qđẽ signũ est: q2 sua secreta sibi reuelauit & ea q̃ faciũt ad instructionem fidei pfecte sicut in euangelio, et vite pficiẽde sicut i ep̃lis, & glie ↄsummãde sicut in apocalypsi. Scđm est: q2 magnis gratiis ipsum dotauit. Magnã eñ grãm deputauit sibi Esaias qñ deus fecit ipsũ prophetã suũ Jacobus. q2 fecit ipsum ap̃lm suũ. Lucas qñ fecit ipsum euangelistã suũ. Aug. qñ fecit eũ ↄfessorẽ & doctorem suũ. Agnes quãdo fecit eã v̄ginẽ et sponsam suã. In Joãne aũt hec oia repe riunt. Tertium signũ est: q2 multũ sibi familiarẽ: ideo vocat discipulus quẽ diligebat Jesus Eccle. vij. Amicus in domesticis fiducialiter aget Fecit eũ camerariũ q2 in thalamo sui sinus requieuit. Deut. xxxiij. Quasi in thalamo tota die morabit. Fecit eũ secretariũ: q2 secreta sua sibi reuelauit. Esa. xlv. Dabo tibi thesauros abscõditos et arcana secretorũ. Fecit eũ thesaurariũ suũ: q2 matrẽ suã reliquit, qđ ad magnã iocũditatẽ & exultationẽ sibi fuit. Eccle. xvj. Jocũditatẽ & exultationẽ thesaurizauit sup eũ. per q̃ oñdit q̃ xp̃s nõ tm̃ dilexit ipsum dilectione gñali qua diligit sua precepta seruãtes: iuxta illud Job. xv. Uos amici mei estis si feceritis q̃ precipio vobis. Nõ tm̃ dilectione speciali qua diligit sua secreta scientes: iuxta illđ Joã. xv. Uos aũt dixi amicos: q2 que cũq̃ audiui a p̃re meo nota feci vobis. Sz et dilectiõe singulari qua diligit amicos intimos & p̄cordiales. Tertio vidẽdũ est q̃ sit ista dilectio. Dilectio mũdi nõ est vera: q2 & in vita fallit & in morte deserit, & post mortẽ amicũ obliuioni tradit Dilectio aũt q̃ xp̃s Joãnẽ dilexit ẽ vera: q̃ ipm dilexit in vita. vñ vocat discipulus quẽ diligebat iesus. dilexit i morte: q2 cũ ceteris ap̃lis ad ipm moriẽtem accessit. Dilexit post mortẽ: q2 ipsum ad suũ ↄuiuiũ ītroduxit. ps. Tenuisti manũ dexterã meã: me. s. i vita i tui amore ↄseruãdo, & i volũtate tua deduxisti me. s. i morte diligẽdo, & cũ gl'ia suscepisti me. s. post mortẽ deducẽdo me ad ↄuiuiũ tuũ. Quarto ẽ vidẽdũ q̃ fuit differẽtia dilectiõis petri & ioãnis ad xp̃z. Circa q̃ sciẽdũ sicut dt Ber. xp̃s diligẽdus est fortiter, dulciter, & sapiẽter. petrus ergo dilexit fortiter: q2 secũ & i mortẽ & i carcerẽ ire p̄misit. Joãnes dilexit dulcit: q2 i sinu suo recubuit. Uterq̃ dilexit sapiẽt: q2 nullis tẽtatiõibus diaboli: nullis pturbatiõibus mũdi: nullis voluptatibus carnis a xp̃i amore poterat euelli. Quito vidẽdũ ẽ q̃ sit v̄ra dilectiõis xp̃i ad petrũ & ad Joãnẽ. Uidet eñ q̃ plus dilexerit Joãnẽ q̃ petrũ: & tñ petrus plus v̄ dilexisse xp̃m q̃ Joãnes. Circa qđ sciẽdũ q̃ triplex est dilectio. Una q̃ ↄsistit i familiaritatis oñsiõe: & ista magis dilexit xp̃s Joãnẽ q̃ petrũ: q2 magna signa familiaritatis Joãni oñdit. ex eo q̃ supra pectus suũ recubuit. & matrẽ suã sibi recõmẽdauit. Scđa dilectio est q̃ ↄsistit in donorũ exhibitiõe & ista magis dilexit petrũ: q2 maiora dona sibi cõcessit: q2 fecit eũ principẽ apostolorũ, & suũ vicariũ dereliquit, & claues regni celorũ sibi dedit. Tertia dilectio est que cõsistit in precordiali amore: & ista vtrũ equaliter dilexit. Ambos eñ dilexit aqualr̄ affectione animi: q2 ambo apud deum erant equalis meriti.

¶ Sermo. xxxix. De eodẽ sermo. iiij.

TIngredieris in abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici in tempore suo Job. xv. Joannes euãgelista nõ fuit positus in sepulchro sed spõte ingressus est:

Postq̄ consummati sunt dies octo vt circumcideret̄ puer. ⁊c. Luc.ij. Humana natura in Adā adeo fuit corrupta q̄ oēs ab ipo ꝓpagati corruptionem traxerūt: quia si massa corrupta fuerit ⁊ delibatio viciata. Et q̄uis de⁹ animam purā infundat: tamen ex vase.i.corpore corrumpit̄ ⁊ viciat̄. Ideo de⁹ a principio posuit remedia: ⁊ cōtra ipm peccatū instituit, q̄ etiā christ⁹ humilitatis causa assumpsit. q̄ q̄dem sunt q̄nq3: sicut Hugo de sancto victore dicit. Primū fuit oblatio. ⁊ istud incepit in Abel, ⁊ durauit vsq3 ad diluuiū. Et istud remediū christus assumpsit: qui quatuor pro nobis deo obtulit. s. carnē in satisfactionē. Adam enī debebat satisfacere ⁊ penā portare. Christ⁹ aūt penā sustinuit, ⁊ sic satisfecit. ps. Que nō rapui tūc exoluebam. Esa.liij. Disciplina pacis nostre super eū. Leo enī timet quādo catulus flagellatur: quanto magis catulus timeret si leonem flagellari videret? Sic ⁊ nos debem⁹ timere qñ xp̄m videmus sic flagellatū esse. Scđo obtulit sanguinē i redēptionē nostram. j. pet. j. Nō corruptibilib⁹ auro vel argēto redēpti estis de vana vestra cōuersatione: s3 precioso sanguine agni immaculati christi. Solēt nāq3 q̄ precium persoluūt ipsum preciū numerare vel appēdere vel mēsurare: xp̄s aūt sanguinē suū dedit in precium numero pondere ⁊ mēsura. Tertio obtulit animā suam in reconciliationē. ij. Coꝝ. v. Oīa aūt ex deo q̄ reconciliauit nos sibi per christū. Et q2 reconciliator dū se interponit aliquā do a partib⁹ vulneratur. sic christ⁹ vulnerat⁹ fuit a deo. Esa.liij. Propter scel⁹ populi mei percussi eū. Ab homine fuit vulnerat⁹. zach.xiij. His plagatus sum in domo eoꝝ q̄ diligebant me. Quarto obtulit diuinitatē in fruitionē. ⁊ ista est beatitudo cōis nobis ⁊ angelis. Joā.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solū veꝝ deū ⁊c. In xp̄i tñ humanitate homo in quinq3 sensib⁹ beatificat̄ pre angelis. s. in visu: q2 videbit xp̄i humanitatē. In auditu: q2 audiet christi dulcissimā vocē. In olfactu: q2 sentiet de corpe christi mirū odorē. In ore: q2 loquetur ore ad os cū xp̄o. In tactu: q2 amplexabit̄ ipm xp̄m. Scđm remediū fuit sacrificiū. ⁊ istud incepit i Noe, ⁊ durauit vsq3 ad Abrahā. Istud aūt xp̄s obtulit qñ in ara crucis patri se sacrificiū immolauit. Dicit̄ aūt Leuit.vj. Oē sacrificiū sacerdotū igni cōsumet̄. Et ideo xp̄s vt acceptabile sacrificiū fieret: fuit igne duplici inflammat⁹. s. igne diuinitatis. hebre.x. De⁹ noster ignis ꝯsumēs est. Igne amoris. Luc.xij. Ignē veni mittere in terra3. Igne doloris. Matt.xxvj. Tristis est aīa mea vsq3 ad mortē. Igne passionis. ps. Ossa mea sicut cremiū aruerūt. Et igne ꝯpassionis. Uidens enī matrē sic angustiā ⁊ sic apostolos dispergi magno cepit in corde ꝯpassionis igne cremari. ps. Concaluit cor meū intra me. ⁊c. Et q2 ista duplici igne fuit circūdat⁹. Ideo a plāta pedis vsq3 ad verticē capitis fuit inflammatus. Ezech.xxviij. Ab aspectu lūboꝝ eius ⁊ deorsum ignis ⁊ a lūbis eius sursum quasi aspectus splendoris visio electri. Tertium remediu3 fuit decimatio: et istud incepit i abraham ⁊ melchisedech: ⁊ durauit vsq3 ad Christum. Sed tamen notandū q sunt decime rerum: istas christus nō soluit q2 nihil habuit. Matt.viij. Uulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos ⁊c. Et sunt decime dierum. Istas christus soluit quando quadraginta diebus ⁊ noctib⁹ ieiunauit. Sunt decime p̄ceptoꝝ. Deus enim multa precepta homini dedit. Decē autē sibi retinuit: istas ēt christ⁹ seruauit ⁊ soluit: q2 legem perfecte adimpleuit. Matth.v. Non veni soluere legem sed adimplere. Sunt decime ordinum. De⁹ enim fecit nouē ordines angeloꝝ, ⁊ decimū hoim: xp̄s autē nouē oues. i. nouē ordines. dimisit in deserto. i. i celo. ⁊ decimū. i. hoiē venit q̄rere i mundo, ⁊ ip3 tāq3 decimā representauit patri suo. Quartū remediū fuit circuncisio. ⁊ istđ xp̄s hodie accepit cum tñ nō indigeret. In peccō nāq3 originali quatuor sunt. s. culpa. fomes priuatio grē. ⁊ carentia visionis diuine. In circuncisione enim auferebatur culpa nostra: debilitabatur concupiscentia conferebat̄ gra

tia: tollebatur diuine visionis carētia. Sz
quia ianua nondū erat aperta: ideo ipse
nō poterat frui visione diuina. Christus
nō indigebat circuncisione: quia in ipso
nulla fuit originalis culpa: nec in carne
sua aliqs fomes, vel aliq̄ cōcupiscētia,
nec habuit ꝑuationē sz plenitudinē grē.
Et in terra degēs fruebatur diuina visione.
Uoluit tn̄ circūcidi vt verū corpus hūa-
nū se assumpsisse osideret. Cū ei xp̄s fue
rit verus deus ⁊ verus hō. Quidā tn̄ dixerūt
ipsuz nō fuisse deū: sicut Arriani. Quidā
ipsum nō habuisse verū corpus hūanū sz
fantasticū: sicut Manichei. Jō Johānes
vtrūqz errorē excludens dicit .j. Joh. v.
Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo pa-
ter, verbū, ⁊ spiritussanctus: quia ei xp̄s
fuerit nature celestis .i. diuine testimoniū
dat pater: cū dixit: hic est filius meus dile-
ctus ⁊c. Testimonium dat filius: cuz ait.
Ego ⁊ pater vnū sumus. Testimoniū dat
spiritussanctus qui sup ipsum in specie co-
lūbe apparuit: q̄ autē fuerit verus homo
testimoniū dat spiritus aqua et sanguis.
Ad compositionē enim hominis duo re-
quirūtur .s. anima rationalis ⁊ corpus hu
manū: q̄ autem habuit animam rationa
lez. ptz ex eo q̄ inclinato capite tradidit
spiritū. Quod videns cēturio ait: dicēs.
Uere filius dei erat iste ⁊ q̄ vero habuit
verū corpus humanū: ptz ex eo q̄ ex cor
pore eius exiuit sanguis et aqua: et ideo
postq̄ Johānes dixit. Spiritus subdit:
aqua et sanguis. Cū enī ad cōpositionez
corporis humani quatuor elemēta ꝯcur
rant .s. terra, aqua, aer, ⁊ ignis. Et ad ve
getationē eiusdē quatuor humores cōsi
miles illis ꝯueniāt: videlicet sanguis, co
lera, flegma, melācolia. Jdeo vt verita-
tē humani corporis Johānes demōstra
ret. vnū ex elemētis .s. aquā: ⁊ vnū ex hu
moribus .s. sanguinē a pte posuit vt ex hoc
osideret corpus xp̄i ex quatuor elemētis
componi, ⁊ ex quatuor humoribus vege
tari. Quintū remediū fuit baptismus. Est
autem triplex baptismus quem xp̄s as-
sumpsit .s. fluminis, sanguinis, ⁊ flaminis.
Baptismum fluminis accepit vt aquas
sanctificaret. Omnia enī elemēta erāt im
munda: sed ipse sanctificauit. Terrā scili
cet per ipsam gradiendo. Aquā: in ipsaz
se baptizari faciēdo. Aerē nō sub tecto:
sed in aere patiendo. Ignem spiritum san
ctum in specie ignis mittēdo. Scd̄o ba-
ptizari voluit baptismo sanguinis: vt sci
licet nos a peccatis nr̄is lauaret. Apoc.
j. Lauit nos a peccatis nostris in sangui
ne suo. Et ibidem. Lauerunt stolas suas:
⁊ dealbauerūt eas in sanguine agni. Ex
quo patet q̄ sanguis xp̄i habet dealba-
re ad istar lactis. Lac enī dr̄ sanguis du
pliciter: coctus, scz igne amoris ⁊ doloris
Uere igitur sanguis xp̄i est ad istar lactis:
qui non dupliciter sz quadrupliciter fuit
excoctus .s. igne amoris, doloris, passio-
nis et cōpassiōis: de quibus supra dictum
est. Tertio fuit baptizatus baptismo flami
nis. Luce quarto. Jesus autē spiritu san
cto plenus regressus est a iordane vt de ple
nitudine sua nobis effunderet. Joh. j. De
plenitudine eius oēs accepimus. Jn aliis
enī sanctis fuit plenitudo ad instar vasis:
quia habuerunt gratiam sufficiētem. Jn
beata virgine plenitudo ad instar fon-
tis: qz habuit gratiam iugiter emanātē.
Jn xp̄o plenitudo ad instar fluminis: qz
habuit gratiam omnibus affluentem.

¶ Sermo. liij. De eodē festo Ser. iij.

Vocabitur no-
mē eius emanuel. Esa. vij. Cir
cūcisio (scd̄m Ber.) pertinet ad
veritatē humanitatis nomen
vero gloriā indicat maiestatis habuit au
tē xp̄s q̄tuor nomina ꝓpria ⁊ q̄tuor co-
gnomina. Propria noīa sunt Christus, Je
sus filius dei, ⁊ Emanuel. Pmū ergo no-
mē eius est Jesus: quod interpretatur salus.
Jpse enī saluauit nos a peccato origina-
li, mortali ⁊ veniali: vñ dr̄ Mat. j. Jpse enī
saluū faciet populū suū a peccatis eorum.
Ad ista tria petā sanāda xp̄s triplex vul
nus accepit scz vulnus lateris vt sanaret
originale peccatū: qz eua de latere viri
est formata aqua originale peccatū ince
pit. Uulnus manuū vt sanaret actuale: qz
in manibus operatio designatur. Uulnus
pedū vt sanaret veniale: qz p pedes desi
gnantur effectus. Secūdū nomen est xp̄s
qui interpretatur vnctus. Fuit enim vnctus a
patre vnctione charismatis. ps. Unxit te
deus ⁊c. A matre vnctione lachrymatio

nis. s. in morte. Tho. x. Flebat igit eius mater irremediabilibus lachrymis atq dicebat. Heu me fili mi vt qd te misimus peregrinari lumē oculorū nostrorū. zc. A magdalena vnctiōe deuotiōis. Joh. xij. Maria accepit librā vnguēti nardi pistici zc. A iudeis vnctiōe sanguinis. Genesis. xxxvij. Tulerūt tunicā e9 z i sanguine hedi quem occiderāt tinxerunt. Tertium nomē est fili9 dei. Et q hoc nomen sibi conueniat multis modis ostenditur: vt dicit Hylarius de triplici nomine. Luce. j. altissimi vocabit. Natiuitate: quia ex deo non potest nasci nisi deus. Ps. Ex vtero ante luciferum genui te. Natura: quia eādē cū patre habuit naturā. Joh. x. Ego z pater vnū sum9. potestate. Joh. quinto. Quecūq pater fecerit: hec z fili9 similiter faciet. Professiōe: qr professio sine ptestatio facta est a prē de celo. Marci. j. Tu es fili9 me9 dilectus. Ab apostolo in mundo. Mat. xvj. Tu es Christ9 fili9 dei viui. Ab angelis de paradiso. Luce. j. Hic erit magnus et fil.9 altissimi vocabitur. A demonibus de inferno. Luce octauo. Quid mihi et tibi Jesu fili dei summi? Quartum nomē est emanuel: qd interpretatur nobiscū deus. Ipse eīn est nobiscū generaliter per potentiā Heb. j. Portans omnia verbo virtutis sue: specialiter per gratiā. Matt. xviij. Ubi sunt duo vel tres cōgregati in nole meo zc. Singulariter p nature vnionē. Joh. j. Uerbū caro factum est z habitauit in nobis. Sacramētaliter per sui corporis dimissionē Matthei vlti. Ecce ego vobiscū sum omnib9 diebus zc. Secūdo habuit quatuor cognomina: quarū primum traxit a patria Et sic deus cum Jesus nazaranus q interpretatur flos. Ipse eīn floridus fuit et odorifer9 Juxta illō Genes. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. zc. Ipse eīn tanq in agro liliū cādens in natiuitate Cāticorū. ij. Ego flos cāpi et liliū cōuallium. Fuit viola liuida in flagellatiōe. Esa. liij. Liuore ei9 sanati sumus. Fuit rosa rubēs in passiōe. Eccle. xxiiij. Quasi plantatio rose in hierico. Secundū cognomē traxit a puincia. Et dict9 est Jesus galileus a galilea. Galilea nanq interpretat trāsmigratio. Christ9 assumpserat mortalitatē quo ad corp9, passibilitatē quo ad animam: multiplicem miseriam quo ad vtrunq: s3 in resurrectione transmigrauit de ipsa mortalitate ad immortalitatē quo ad corpus: de passibilitate ad impassibilitatē: quo ad animā: de miseria ad gloriā quo ad vtrūq. Leo papa post passionē infirmitas in virtutē: mortalitas in eternitatem: contumelia in gloriā. Tertium cognomen traxit a parentela et progenie sua: z sic dict9 est iesus fili9 dauid. Inter ceteras virtutes habuit humilitatē et pietatem ac gratie plenitudinem. Fuit fili9 dauid non tantū carne: sed morum similitudine habuit eīn humilitatem. Matthei vndecimo. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Pietatem. Luce decimonono. Uidēs ciuitatem fleuit super illam zc. Gratie abūdātiam ps. Unxit te deus deus tuus oleo leticie. Quartum cognomē traxit ab ipso euentu. Et sic dictus est iesus crucifixus. Marci decimosexto. Jesum queritis nazarenū crucifixum. Pulchrum eīn est cognomen qd ostēdit eis victoriam z triumphum: qr per passionem de demonibus triumphauit. Collossenses scdo. Expolians principat9 z ptātes zc. quod ostendit eius meritū qr merito passionis gloriam resurrectionis meruit. Philippēses scdo. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq ad mortē: quod nobis prebet exemplū: vt si volumus cū eo regnare in celo: studeam9 pro ipso pati in mūdo. prime petri. secūdo. Christ9 passus est pro nobis nobis relinquēs exemplū.

¶ Sermo. liiij. Eodē die Sermo. iiij.

Vocabitur nomē eius magni cōsilij angelus sumptum est. Esaie nono. Angelus enim nomen officij, nō creature est. Christus ergo dicitur angelus non q̄tum ad naturam sed quantum ad officium. Notandum autem q christus habuit quatuor nomina officialia: et quatuor nomina cōmunia. Primum est angel9 quod sibi competit ab officio nunciandi: Hō quidem afficiebatur circa vana: circa carnalia z terrena. Et venit xps z nobis cōtra

feretur pater filiorũ, ꝓpter ista tria dicit
in psal. Excelsus dñs ⁊ humilia respicit.
Licet eñ sit excelsus per potẽtiã sapien-
tiã ⁊ misericordiã: respicit tñ hũilia: scꝫ
infirmitatẽ hũanã, ignorãtiã ⁊ miseriaꝫ.

¶ Sermo.lv. De eodẽ fes. Ser.v.

Vocatũ est nomen eius. Jesus.
Luce.ij. Jstud nomẽ
Jesus est gloriosum
sua sublimitate vir-
tuosum sua potesta-
te: ⁊ deliciosum sua
suauitate. Sublimi-
tas eñ ei⁹ ostendit ꝑ phil.ij. De⁹ illũ exal
tauit: et dedit illi nomen qḋ est sup omne
nomẽ ⁊c. Jpsum ḋdẽ nomẽ hꝫ in reueren
tia: deus iõ dr: qꝛ de⁹ exaltat illũ. Hꝫ in
reuerẽtia angel⁹ vñ dicit vt in nomine ie
su oẽ genu flectat: celestiũ. Hꝫ in reueren
tia et timore diabol⁹: iõ dicit infernorũ.
Habet in reuerẽtia creatura irrationalis,
iõ dicit Terrestriũ. Hꝫ in reuerẽtia crea-
tura rõnalis, iõ dicit. Et ols lingua cõfi-
teat, qꝛ dñs iesus xp̃s in gloria est dei pa
tris. Scdo est virtuosum sua ptãte: cui⁹
virt⁹ notat Marci vltio. Jn nomine meo
demonia eijciẽt ⁊c. De⁹ quidẽ volẽs in-
firmitatẽ nostrã sanare. Primo radices
hui⁹ infirmitatis ꝑ hoc nomẽ euellit. Au
fert et radiceꝫ superbie: ideo dicitur. Jn
nomine meo demonia eijciẽt. Demõ eñ
est rex super oẽs filios superbie: vt dici-
tur Job.xlj. Aufert etiã radiceꝫ auaritie
ideo serpentes tollent. Auarus eñ adin
star serpẽtis terrã comedit. Aufert radi
cem luxurie: ideo dicit. Et si mortiferum
ḋd biberint nõ eis nocebit. Luxuria eñ
totũ hominem venenat. Juxta illud Pro
uerb.xxiij. Sicut regul⁹ venena diffũdet.
Ablatis radicib⁹ infirmitatis sanant ac
cidentia ḋ consueuerunt remanere post
infirmitatẽ sicut languor et põderositas
ad bonũ, ideo subdit. Super egros ma
nus imponẽt et bene habebũt, deinde to
tus homo renouatur ⁊ ad statũ pristinũ
producit: ideo sequitur linguis loquent
nouis. Tertio est delitiosum sua suauita
te. Delectat nãq; gustũ sua dulcedine: si
ḋs bolũ in ore suo haberet ḋ ex ol parte
melle circũdatũ esset multã dulcedinem
sentiret. Jstud nomen Jesus triplici dul-
cedine est inuolutũ. s. dulcedine diuinita
tis, carnis ⁊ anime. Jste anime tres subñã
tie dulcissime sunt in xp̃o, quib⁹ nomẽ ie
sus est inuolutũ: ⁊ ideo suaue est atq; dul
cissimũ. Secũdo delectat auditũ ꝑ me-
lodie suauitatẽ. Son⁹ nanq; melodie cõ
surgit ex flatu in vas musicum. Flatus
est diuinitas vas musicũ est corp⁹ domi
nicũ. Et ex hac duplici natura diuina scꝫ
et humana: consurgit tanq; sonus musi-
cus hoc nomẽ Jesus, quod spiritualem
auditũ delectat. Bern. Jesus in ore mel,
in ore melos ⁊ in corde iubil⁹. Tertio de
lectat visum per speciei amenitatẽ. Ocu
culus nõ dlectat circa colores extremos
scꝫ albũ vel nigrũ: sed circa medios co-
lores. Color albus ḋ est visus disgrega-
tiuus, ipa diuinitas, ad cui⁹ aspectũ ocu
lus cordis non põt assurgere: pre sue lu-
cis immensitate. Color niger est humani
tas eius in passione eius nimiũ denigra
ta. Ad cuius aspectum oculus nõ põt as
surgere pre nimia confusiõe. Ideoq; xp̃s
quoddã temperamentũ fecit ⁊ nomen ie
sus sibi imponi voluit quod est quasi co
lor medi⁹ ex albo diuinitatis ⁊ nigro hu
manitatis causat⁹ cũ sibi cõpetat ratiõe
vtriusq; nature. Quarto delectat olfactũ
pre odoris magnitudine. Jn Christo nã
q; fuerũt tres species aromatice. s. balsa
mũ nature diuine, cynamomũ deuote ani
me et myrrha carnis mortificate. Eccle.
vicesimoquarto. Sicut cynamomũ ⁊ bal
samũ aromatizans. Ex his cõsurgit aro
maticus: scꝫ hoc nomẽ iesus, est conditũ
balsamo diuinitatis preciose cynamo-
mo deuote anime, et myrrha carnis mor
tificate. Quinto delectat tactum pre sui
mollicie lenitate. Tactus nõ delectatur
circa dura, sꝫ mollia. Nec circa aspera:
sꝫ mãsueta. Neq; circa rigida: sꝫ flexibi-
lia. Olim de⁹ erat dur⁹ ad inferẽdũ iusti
tiã. Sapiẽtie vndecimo. Jllos tãq; dur⁹
rex interrogãs cõdẽnasti. Erat rigid⁹ et
inflexibilis ad veniã. Habebat asperita
tẽ ꝑ seueritatem nimiaꝫ. Job. tricesimo.
Mutatus est mihi in crudelem, sꝫ modo
Christus est vnctus. Psalm. Unxit te de⁹

deus tuus oleo letitie pre cõsort:b⁹ tuis
rc. Et ideo fact⁹ est mollis ad misericor=
diã, flexibilis ad veniam: mitis ad grãz.

Sermo.lvj. De Epyphania dñi.
Sermo primus.

Ecce magi ab oriente venerũt rc. Matt. ij. Christus in hunc mundum venit vt regnũ suum recuperaret, r diabolum inuasorẽ eijceret. Joã.xij. Nũc iudiciũ est mũdi, nũc princeps hu=ius mũdi eijcief foras: rñõ milites sue cu rie scz angeli ad se venerũt vt sibi grãs agerẽt, dicẽtes. Gloria in altissimis deo. Deinde visitauerũt eũ populares: .i. est pastores: vt eius dominũ recognoscerẽt. Hodie visitauerunt eũt principes et barones vt sibi fidelitatem facerent r mu= nera offerrent: ideo dicif. Ecce magi ve= nerunt rc. Circa istos magos tria ponũ= tur. Primo eorũ sapiẽtia. Dicũtur enim magi a sapia: nã grece philosophus, he braice scriba, latine sapiẽs, per se mag⁹ vocaf. Eorũ autem sapientia in hoc ap= paret q̃ Christũ sapienter quesiuerũt ex eo scilicet q̃ habuerũt desiderium in q̃= rendo, studiũ in interrogando, r mansue tuz aim i acquiescẽdo: r quia ista habue runt: ideo Christũ inuenire meruerunt. Magnũ eni desiderium habuerũt: quia singulis annis super montẽ victorialem ascendebant r deũ stellam a balaam: p= pheta predictã eis ostẽderet exorabãt. Sapiẽtie.vj. Preoccupat qui se concupi scunt vt sese prior illis ostẽdat. Secũdo habuerũt studium in interrogando dicẽ tes. Ubi est q̃ natus est rc. Interrogaue= rũt enim a sapiẽtibus: scilicet legisdocto ribus. Thobie.iiij. Consilium semper a sapiẽtie perquire: ideo magi vt sapiẽtes interrogauerũt in hierusalẽ vbi erãt scri be. r legisdoctores: de re vtili r necessa= ria nõ curiosa. Eccli.vij. Ne dicas quid putas cause est q̃ priora tẽpora meliora fuerũt q̃ nunc sunt rc. Interrogauerunt animo inueniẽdi r ad.scẽdi, non tentan= di. Unde dicitur Matthei.xxij. Interro= gauit eum vnus legisdoctor tentãs eum rc. Tertio habuerunt quietuz animũ ac= quiescendo. Triplex enim instructio fa= cta est eis. Una a celo per stellam: alia ab homine per prophetiam: tertia a deo p̃ reuelationem internam. Acquieuerũt er go stelle eius duca ũ se quẽtes: prophe= tie locum querentes: r inspirationi diui= ne ad herodem non reuertentes. Sed multi sunt qui instructionibus, creatura= rum non acquiescũt: cum tamen dicatur Romanorũ primo. Inuisibilia dei a crea tura mundi per ea que facta sunt intelle= cta conspiciũtur r verba dei contemnũt. Prouerbiorum primo. Sapientiam atq̃ doctrinam stulti despiciunt. r diuinam in spirationem extingunt.i. Thessalonif.v. Spiritum nolite extinguere. Secũdo po nitur eorum sollicitudo r diligentia: cum dicif. Ab oriente venerũt hierosoly. Uo luit autẽ deus primitias gentiũ vocare potius ab oriente q̃ ab alia regione. Ex eo q̃ regio orientalis erat odiosa ac im munda r maledicta, Odiosa quidã erat, ex eo q̃ ibi orta erat prima puaricatio. Uoluit ergo de⁹, vt vbi fuerat principiũ nostre puaricationis: inde prodiret in gẽ tibus principium nostre viuificationis. Hinc est q̃ domin⁹ in cruce positus dor= sum habuit versus oriẽtẽ. vt ait Dama= scenus libro quarto. Ad significandũ q̃ culpam ibi contractã post dorsuz posue rat nec vlteri⁹ ipsi⁹ recordari volebat. Secũdo erat immũda: quia fuit pria ef= fusione sanguinis: scz Abel, fedata: r per fumu incẽsorum idololatrarũ maculata. Et ideo voluit de⁹ vt que immunda fue= rat, per effusionem sanguinis mũdaref per apparitionẽ noui syderis, hinc est q̃ domin⁹ in celum ascẽdẽs ad oriẽtẽ ascẽ dit. Iuxta illud ps. Qui ascendit sup ce= lum celi ad oriẽtem, vt per sacram ascẽ= sionẽ sui corporis mũdaref infectio ae= ris. Tertio erat maledicta, qz prima ma ledictio ibi fuit data quando dixit. Gen. iij. Maledicta terra in opere tuo. Uoluit igif de⁹ vt ibi ortũ hũit maledictio pri= ma: ibi oriretur gẽtib⁹ prima bñdictio, Hinc est q̃ licet iudei ad occidẽtem. Sa= raceni ad meridiẽ. Christiani ad oriẽtẽ ex eo q̃ prima benedictio gratie inde ve nit. Sapiẽtie.xvj. Oportet preuenire so= lem ad bñdictionẽ tuam rc. Tertio po= nitur

nitur aduentus ipsorū causa motiua: cū dicitur. Uidimus eni stellam eius in oriē te. Circa q̄ notādum q̄ per quatuor ad ueniendum moti sunt. Primo per stellā apparentē. Uidebāt enī ipsam ab alijs differte situ: quia non erat i firmamento cum fixis. Nec i et here cū ceteris planetis: sz i aere vicina terre. In motu: qr fm Damasce. Qn̄qꝫ moueba ab oriēte i occidētē: qn̄qꝫ ex aqlone i austrū: q̄ quādoqꝫ ab oriēte i meridiē, z a meridie i aquilonē. Sicut fm Chrysostomum. Jacet palestina respectu persidis i luce: qr lucem suā non poterat solis claritas obumbrare: in illuminationis tēpore: qr non solū in nocte, sed etiā i die lucebat. In illuminationis interp̄tatiōne qr quandoqꝫ occultabat z quādoqꝫ apparebat, cū alie stelle non occultentur nisi per extrinsecum impedimentū. Secundo moti sunt ad veniendū per angelum imperantem, Aug. in sermo. Si dicitur⁹ es, a quib⁹ magi audierunt q̄ talis stella puerum tantū significaret, p̄fecto ab angelis aliq̄ monitione reuelatiōis. Et subdit. Potuerūt illis angeli dicere. Ite z adorate eū vbi nat⁹ est, z simul iudicate qualis quātusqꝫ est q̄ natus sit. Tertio moti sunt ad veniēdum per puerū alloquentem. Nam sicut refert Chrysostomus. Magis supra mōtem existentib⁹ stella hn̄s formā pueri puuli in cui⁹ capite erat crux, ad eos descendit: eisqꝫ dixit vt in iudeā pergerent, z ibi natū puerū inuenirent. Quarto moti sunt ad veniēdum per diuinā inspirationem reuelantem. Unde dicit Leo. Preter istā stelle speciē que corporeum incitauit o[illegible]tū cum fulgentior veritatis radius, eorū corda perdocuit. Bern. Profecto q̄ magos adduxit z istruxit q̄ p stellā foris amonuit ipse in occulto corda edocuit. Isti sunt q̄tuor nuncij p quos christus nos ad se vocat. s. per p̄dicatorū instructionem: isti sunt angeli dei per sue gratie oblationē: ista est stella dei. Per interiorem admonitionē: ista est inspiratio dei sue passionis memorationē: ista signi ficatur per puerū dei q̄ in capite crucem gerebat. Sz tamē multi sunt adeo obstinati q̄ ad ip̄m venire contemnunt, vnde ait Prou. j. Uocaui eos p nūcios ammonendo z renuistis. Extendi manum meā, scilicet in cruce z non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliū meū id est inspirationem meam: z increpationē meā uel christi id est gratiam que vestra vitia arguebat.

¶ Sermo.lvij. Eodem die Sermo.ij.

Ecce magi ab oriente zc. Aduent⁹ magorū describitur q̄tum ad tria. Primo q̄tum ad locum: cū dicitur Ab oriente venerūt zc. In oriente quidem ortum habuit peccatum inuidie: quia Cayn ex inuidia occidit Abel fratrem suum. Peccatum auaritie quia cum Cayn deberet offerre munera spicas corrosas sibi obtulit. Ibi etiam ortū habuit confusio lingue, sz isti beati magi in oriente geniti contra vitiū inuidie, habuerunt mutuā charitatem: quia concorditer z amicabiliter venerūt fm tamen ecclesie rep̄sentationem vnus erat adolescens, alius vir, tertius senex. Adolescētes enim consueuerunt esse temerarij z p̄sumptuosi. Uiri vero superbi z ambitiosi. Senes iracūdi z auari ac suspitiosi. Fuit ergo mirum q̄ isti in quibus erat tanta morum diuersitas, sic pacifice venerunt. Esa. vndecimo. Uitulus leo z ouis simul morabuntur, z puer paruulus minabit eos. Per vitulū significat adolescens lasciu⁹. Per leonē vir superbus. Per ouē qui habet anhelitū fetidū z paucitatem dentium senex intelligitur. Isti concorditer morati fuerunt, z puer paruulus in cunabulis existēs eos ad se benigne minauit. Secundo contra peccatū auaritie habuerunt libertatē. Unde dicitur. Apertis thesauris suis zc. Non enī eos aperuerunt herodi diuiti, sz christo pauperi: nec in via: sed cū ad Christū peruenerunt: qr non sunt aliqua danda propter apparētiā, sed propter laudem dei seu diuinā. Nec dederunt vilia, sz p̄ciosa: qr thesauros. Tertio contra cōfusionē lingue habuerūt lingue vniformitatē. Non enī variauerunt, sed vna z cōcordi lingua dixerunt. Uenim⁹ adorare eū Et tn̄ multa impedimēta retrahentia eis occurrerunt, ne ipsum quererent vel

adorarēt, scilicet difficultas itineris, amissio syderis, timor regis, vilitas nascētis, paupertas et penuria matris. Secūdo describit aduent⁹ magorum, quantū ad ducatū cum dicit. Uidimus enī stellā ei⁹. Uoluit autem domin⁹ natiuitatē suā potius per stellā q̄ per aliaz creaturā reuelare. Et hoc ex triplici ratiōe. Primo vt incarnationis mysterium ostēderet. Stella enī corpus celeste a luce solis irradiatum. Lux solis est diuinitas q̄ tunc corp⁹ irradiauit quādo se carni vniuit. Et quoniam solem non possumus in se respicere videmus eius lucē in sydere: in nube et in monte. Lux igitur diuinitatis corpori veniēs a nobis videtur tā quā in sydere. Apocalypsis vicesimosecūdo. Ego sum radix dauid, stella candida et matutina tanq̄ in nube. Esaie decimono. Ascendit dominus super leuem nubem, scilicet super carnem a peccati pondere immunem tāq̄ in monte. Esa. ij. Erit in nouissimis dieb⁹ preparat⁹ mons domus dñi. Secūda ratio est vt lingua celi sibi testimonium perhiberet. Est enī quadruplex lingua scilicet diuina angelica humana et celestis. Locuta igitur fuit lingua diuina dicens. Psalmista. F. li⁹ meus est tu, ego hodie genui te. Lingua aūt angelica, cū dixit Luce. ij. Natus est nobis hodie saluator et lingua humana dicens. Augustinus. Quid erat illa stella nisi mirifica lingua celi que narraret gloriā dei. Tertia ratio est vt magos per sensibilia ad diuina manuduceret. Nā secundū Dionysiū triplex est ordo ascendēdi in deū: scilicet per sensibilium manuductionem: per intellectualiū operationē: et per immediatā vnionem. Magi ergo primo vsi sunt sensibili stella deinde intellectuali Et spirituali pphetia. Tādem immediate xp̄i presentia. Tertio describitur eorum aduentus q̄tū ad finem intentum cum dicitur. Et venimus adorare. Adorauerunt ipm corde: qr verā de ipso fidē habuerūt. Ore: qr ipm regē deū et hominē confessi fuerunt. Corpore: qr ante ipsum se prostrauerunt. Et opere: qr preciosa munera sibi obtulerunt.

¶ Sermo. lviij. De eodem festo Sermo tertius.

Vidim⁹ stellam eius in oriēte et venimus etc. De ista stella quinq̄ leguntur. Primum est eius apparitio: qr magis in oriēte apparuit. Notandū aūt q̄ in Christi natiuitate quedā stella apparuit in aere: sicut ista de qua dicit hic. Que nō erat in firmamēto cū fixis: nec in ethere cum planetis: sed in aere proxima terre. Quedam apparuit in monte, qr f̄m narrationem. Chrysostomi. Magis in monte existentibus, quedā stella in forma pueri ad eos descēdit quedā apparuit in circulo aureo f̄m narrationem Horologij et Innocentij. Quedā apparuit in celo: qr sicut refert Albumasar: quedā puella i celo apparuit que puerū in vlnis tenebat et senex iuxta eā erat qui eā non tāgebat: quē puerum xp̄iani (vt idē ait) deum suū esse dicunt. Per stellā ergo gratia dei significatur que apparuit in aere: in monte: in circulo et in celo. Aer enī est medius inter celū et terrā per quē significāt illi q̄ nec ascēdunt per superbiam et presumptionē neq̄ descēdūt in infernū p nimiū inordinatum timorem: sed stāt in medio per spem et per amorē. Et in talibus gr̄a dei apparet. Ezechiel. viij. Eleuauit me spiritus inter celum et terrā. Et ad hoc significādum homo factus est medi⁹ fecerat deus creaturā corporalem et ipsam in terrā prostrauit. Fecerat pure spūalem q̄ se nimis eleuauit: ideo fecit hominē ex vtraq̄ natura cōpositū, scz corporalē et spiritualē: ne aut nimis eleuet per p̄sumptionem: aut nimis se deijciat per timorē: sz in medio maneat p spem et dei amorem. Scdo apparuit stella id est diuina gr̄a in monte, id est multis sctis qui sunt eleuati p vite pfectionē. Prouer. xiiij. Iustitia eleuat gētē. Magni p iustificationē. Rom. viij. Quos aūt iustificauit hos et magnificauit. Et cōspicui p exēpli exhibitionem. Matt. v. Non potest ciuitas abscōdi supra montē posita. tertio apparet in circulo: forma circularis ē pulchra, simpla et ampla. Illi ergo sūt forma circulari q̄

sunt pulchri p puritatē: simplices per re-
ctā intētionē ꝛ lati per charitatē. Quar
to apparuit in celo, id est in his q̇ sunt ce
lestes p conuersationē. de quorū numero
erat apostol⁹ q̇ dicebat. Phil. iij. Nostra
cōuersatio i celis est. Scdm qđ de ista stel
la legit̄ est ei⁹ occultatio. Fuit em̄ ad tem
pus occultata ex diuina puidētia vt ipsi
hierusalē cogerent̄ itrare a doctorib⁹ in
quirere vt sic in ore duorū vel triū staret
omne verbū. Prim⁹ testis fuit apparens
stella. Secūd⁹ isinuata pphetia. Terti⁹
reuelatio diuina cū dicit̄ Responso acce-
pto in somnis. Isti aūt tres nō potuerūt
fallere neq₃ falli scz nec stella: qꝛ ad hoc
a deo fuerat missa: nec pphetia: qꝛ ab in-
cōmutabili veritate fuerat inspirata: nec
reuelatio diuina: qꝛ imediate a deo fue-
rat infusa. Notādū ēt q̄ hec stella i oriē
te ꝛ occidēte, id est rome fuerat visa: i me
dio occultata, id est hierusalē que in me
dio terre habitabilis dr̄ esse sita. Oriens
ꝛ occidēs signāt natiuitatē ꝛ mortem: me
diū aūt v. tā. Cōsideratio aūt natiuitatis
est cā humilitatis. Humilitas aūt est intro
ductiua grē. j. pet. v. Humilib⁹ aūt dat
gratiā cōsideratio autē mortis est cā ti-
moris. Timor aūt est expulsiuus culpe.
Eccli. j. Timor dñi expellit pctm̄. Cōside
ratio aūt longioris vite est cā superbie ꝛ
vane fiducie: Job. xv. Cūctis dieb⁹ suis
impi⁹ superbit: ꝛ numer⁹ annorū ꝛc. Et
sic p₃ q̄ in oriente ꝛ occidente, id est in
consideratione natiuitatis ꝛ mortis stel-
la, id est dei grā infunditur in cōsidera-
tiōe medij occultat̄. Tertiū q̄ de ista stel
la legit̄ est ei⁹ ascessio. Uñ dr̄ Antecede-
bat eos. Habuerūt em̄ magi tres ducto-
res scz stellā: virtutē angelicā: ꝛ spūssctī
phtiā. Uñ ēt vt narrat Remigi⁹. Quidā
dixerūt ipā₃ stellā fuisse angelū. Alij spi
ritum scm̄ qui in specie stelle apparuit.
Qui ergo vult ad xp̄m ire op₃ q̄ ducat̄
a discretione bñ illumināte: ꝛ iste est do-
ctor sydere⁹. Prouer. iiij. Palpebre tue p̄
cedant gressus tuos. A timore filiali bñ
humiliāte, ꝛ iste est doctor angelic⁹. Si-
cut ei angel⁹ dat⁹ est hoī ad custodiā: sic
timor custodit. Eccl. xxvij. Si nō in timo-
re dñi tenueris te: statim subuertet̄ dom⁹
tua ꝛ ab amore dei bñ inflāmāte: ꝛ iste est
doctor diuin⁹, scz ipsa charitas. j. Corin.
xij. Adhuc excellētiorē viā vobis demō-
stro ꝛc. Mali aūt ducunt̄ ab errore male
excecāte. Sap. ij. Excecauit eos malitia
eorū. A timore seruili male hūiliāte. Ps.
Ibi trepidauerūt timore vbi nō erat ti-
mor. ab amore carnali male īflāmāte. Ps
Supcecidit ignis: ꝛ nō viderūt solē. Quar
tū qđ de ista stella legit̄ est motio: cū dr̄
Usq₃ dū veniēs. Cetere stelle mouent̄ mo
tu circulari veloci pprio ꝛ violēto. Mot⁹
aūt hui⁹ stelle nō fuit circularis vel speri
cus: sz q̄si linealis ꝛ rect⁹ fz Dama. Nec
fuit velox nec rapid⁹: sz dulcis ꝛ tēpera
tus. Aug. Ut xp̄o stelle plenū reddat ob
sequiū tēperat gradū. donec magos du-
cat ad puerū. Nec fuit violēt⁹ vel ppri⁹
sz a diuia puidētia ordiat⁹. Chryso. cū
oportebat ire magos ibat qñ aūt stare
oportebat stabat. Nos etiā debem⁹ mo-
ueri motu circulari p amorē mūdanū: qꝛ
in circuitu impij ambulāt: sz motu recto p
amorē diuinum. Cañ. j. Recti diligūt te.
Nec motu rapido p idiscretū fauorē: sz
cū tēperamēto p discretionē. Prouē. xiij.
Substātia festiat a minuet̄ ꝛc. Nec motu
pprio sz a deo ordiato: qꝛ nō debem⁹ seq̄ p
priū sensū: sz dei bñplacitū. Eccli. xviij.
Post cōcupiscētias tuas ne eas. Quintū
qđ d ista stella legit̄ ē ei⁹ statio cū dr̄ Sta
ret supra. Grā em̄ dei p stellā significa-
ta aiam stabilē facit. Prio qꝛ cōiugit ea₃
vni nō diuiso scz deo. Esa. lj. Unū voca-
ui eū. Ps. Unā petij a dño hāc reqrā. Se
cūdo stabili ꝛ eterno. Aug. i li. cōfes. Red
dite puaricatores ad cor ꝛ inherete illi q̄
fecit vos: state cū eo ꝛ stabitis. Requiescite
cū eo: ꝛ securi eritis. Tertio vniuersaliter
pfecto. Matt. v. Estote pfecti sicut ꝛ pr̄ ve
ster celestis pfect⁹ est. Quarto fini vltio.
Aug. de ciuitate dei. Ipse est finis deside
riorū nostrorū q̄ sine fine videbit̄ sine fa
stidio amabit̄ sine fatigatione laudabit̄.

¶ Sermo. lix. Eodem die. fer. iiij.

Ecce stella quā vide
rant magi in oriēte ante-
cedebat eos ꝛc. Stella
ista ad tria fuit a deo mis-
sa, scz vt esset xp̄o in obse
quiū vt eēt magis iducatū

del. vt Luc. xv. Epulari ꝛ gaudere oportebat ꝛc. Et angel⁹ gaudet ibidē. Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore penitētiā agente. Quarto qñ post illud exiliū iesuz inuenire se sperāt. Abachuc. iij. Exultabo in deo iesu meo. ps. Adimplebis me letitia cum vultu tuo.

¶ Sermo. lx. De eodē. Sermo. v.

Et intrantes domū inuenerūt puerū cū maria mr̄e eius ꝛc. Isti beati magi quatuor fecisse legunt: ipsi eīm xp̄m inuenerūt, inuentū adorauerunt, adoratū honorauerūt. honoratū custodierūt. Inuenerūt. igit: vñ dicit. Intrātes domū inuenerūt puerū. Ideo aūt inuenerunt: qꝛ ipsum quesierūt eo studio eo modo eo ordine ꝛ eo fine quo debuerūt. Studium autē ipsoꝛū fuit in perscrutando: quia scripturas Balaam q̄ de hac stella prophetauerat diligēter scrutati fuerūt. Joannis. v. Scrutamini scripturas ꝛc. in vigilādo: qꝛ super montem victorialē vigilabāt. Prouerbioꝛū. viij. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. In orādo: qꝛ pro illius stelle apparitione semper deū orabāt. Mat. xj. Omnia quecūqꝫ orātes petitis ꝛc. Scdo quesierūt eo modo quo debuerūt scilicet fortiter vt nec labore itineris nec turbatiōe regis: nec amissiōe syderis frangerent. Sapiēter vt. Herodis astutia nō deciperentur. Dulciter vt eius promissionibus blādis non allicerētur. Tertio querūt eo ordine eum: quo ordine querere debuerūt. Quia primo quesierūt eum p rem sensibilem, id est stellam. Deinde per rē rationalē, id est prophetam. Tandē per rem superintellectualez id est reuelationē diuinā. Si igitur ꝛ nos ipsum querere volum⁹ incipiamus ab infimo: humilitatis. Deinde pergamus ad mediū vtutis. Ultimo pueniam⁹ ad summum contēplatiōis. vt possimus dicere. ij. Corint. iij. Nos autem reuelata facie gloriā dei speculātes ꝛc. Quarto q̄sierūt eum eo fine quo debuerūt, vt scilicet ipm honorarēt pstratiōe corporis adorarēt deuotione mētis dotarēt largitione muneris: ꝛ sic patet ꝙ sibi obtulerūt quicq̄d habuerūt: scilicet corpus cū dicitur. Procidentes. Animam. cum dicitur adorauerunt. Res etiā temporales cum dicitur. ꝛ apertis thesauris suis ꝛc. Secūdo inuētum adorauerunt quod notat cum dicit et procidētes adorauerūt eum, adorauerunt ergo ipsum adoratione latrie: q̄ est cult⁹ soli deo debit⁹. Que habet fieri quinque modis. s. mentaliter que secūdū Augustinum consistit in dei cognitione, dilectione, ꝛ debita subiectione. et istam beati magi cognouerunt ꝛ habuerūt, qꝛ deū cognouerūt ꝛ dulciter amauerunt et se sibi humiliter subiecerūt. Secūdo habet fieri vocaliter scilicet orādo: laudādo: ꝛ gratias agēdo. et isto modo beati magi adorasse credēdi sūt. Tertio hꝫ fieri realiter in nr̄aꝝ rerū oblatione ꝛ isti thesauros suos obtulerūt. Quarto habet fieri personaliter sicut in genuflexione ꝛ prostratione. ꝛ isti in terram prostrauerunt. Quinto habet fieri sacramētaliter vt in sacrificij immolatiōe, ꝛ isti sibi munera obtulerūt. Tertio adoratuz honorauerūt: ꝛ hoc per munera que sibi obtulerūt. Nā quadruplex munus sibi obtulerunt scilicet mun⁹ a corde: qꝛ in eū fideliter crediderūt. Munus ab ore quia ipsum verum deum ꝛ hominē confessi fuerunt. Munus a manu: qꝛ sibi munera obtulerūt. Munus ab obsequio: quia ante eū se prostrauerūt. Illud quadruplex mun⁹ ꝛ nos debemus offerre deo ꝛ proximo. Deo debemus offerre munus cordis quod est munus orationis. ij. Regū. vij. Inuenit seruus tuus cor suū: vt adoraret te oratiōe hac. Munus ab ore qđ est munus laudationis. ps. Sacrificiū laudis honorificabit me. Mun⁹ a manu quod est mun⁹ bone operatiōis Ecclesia. ix. Quodcūqꝫ potest manus tua instāter operare ꝛc. Munus ab obsequio: qđ est exhibitio seruitij personaliter. Ecclesiast. xlv. Bonū est obsequi sancto deo. Istud etiā quadruplex mun⁹ debem⁹ offerre proximo: scilicet munus a corde per cōpassionē. Esa. lviij. Cū effuderis esurienti animā tuam. Munus ab ore per correctionē. Matthei decimo octauo. Si peccauerit in te frater tuus ꝛc. Munus a manu per subministrationem. Ecclesi. septimo. Pauperi porri

ge manū tuam. Manus ab obsequio per corporalis obsequij exhibitionē. Galat. vj. Alter alteri⁹ onera portate ꝛc. Quarto magi honoratū custodierunt qꝛ herodi ipsum non ꝑdiderūt. Herodes nanqꝫ habebat turbationē in corde. Unde dicitur. Iratus est valde astutiā in opere: qꝛ a iudeis locū ꝛ a magis didicit, ꝛ per religionē simulatā in ore vnde dixit. Ut et ego veniens adorem eum. Magi autem ista non cognouerūt ꝓpter tres causas. vt dicit Chrisostomus scilicet propter eorum bonitatē et simplicitatē. secundum quā ceteros existimabant propter regiā dignitatē quia non poterant suspicari ꝙ tantus rex contra vnū puerum talia cogitaret et propter pueri maiestatē: quia nō poterāt opinari ꝙ tā admirabili puero insidias moliri auderet. Cōtra tamē eius malitiam astutiam ꝛ religionem simulatā triplex remedium habuerūt. Primum est ipsum suffragiū orationis deuote. vnde dicitur. Responso accepto in somnis. Glossa. Sicut ipse moyses tacēs clamabat sic ꝛ isti. Secundū est beneficium inspirationis diuine qꝛ ipse de⁹ malitiā herodis eis intimauit. Et qd ipsi facere debeāt reuelauit scilicet ne redirent ad herodē. Tertium est promptitudo obedientie: qꝛ mox diuine inspirationi obedierunt: quia per aliā viam reuersi sunt in regionem suam.

¶ Sermo. lxi. De eodem. Sermo. vi.

Apertis thesauris suis obtulerūt ei munera. ista munera fuerunt mystice significatiua. Quia per aurum intelligitur diuina dilectio: per thus deuota oratio: per myrrhā carnis mortificatio: que omnia deo offerre debemus. Significatur autem dilectio per aurum quia aurum est preciosum cuius preciositas causatur ex tribus scilicet ex charitate: durabilitate et vtilitate. est enim rarum: ideo preciosum. Rhet. Omne quod rarum est magis appetitur. Pulegiū apud indos preciosius est ꝙ aurum est igitur charitas preciosa: quia rara dicit. Phil. ij. Omnes que sua sunt querunt: ꝛ dicitur. i. Corint. xiij. Charitas non q̄rit que sua sunt. Ex quo sequitur ꝙ nullus, id est valde pauci charitatem habent. Secundo aurum est durabile: sic et ipsa dilectio est durabilis et immortalis. prime Corint. xiij. Charitas nunquam excidit. Excidit lingua ꝛ succedit cordium perfecta cognitio. Excidit spes ꝛ succedit presentialis possessio. Charitas non autem excidit: quia ea nihil meli⁹ quod succedere sibi possit. Tertio aurum est vtile quia cor cōfortat: letificat: in iuuentute cōseruat. Sic charitas habet cor confortare: conseruare: ꝛ fortificare. Cāticorū. viij. Fortis est vt mors dilectio habet letificare. Unde ipse apostolus vocat eā solatiū dicens. ad Phil. ij. Si qua cōsolatio in xp̄o: si quod solatium charitatis ꝛc. Habet vero in iuuentute conseruare et facit de se iuuenem. Ps. Renouabitur vt aquile iuuent⁹ tua ꝛ de vetulo nouū. Johānis. xiij. Mādatum nouū do vobis: vt diligatis inuicē. De mortuo viuū. ij. Johānis. iij. In hoc scim⁹ quoniam trāslati sumus de morte ad vitam: quoniā diligimus fratres. Secundo debem⁹ offerre deo thus deuote orationis. Ps. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. Thus redolens ex carbonibus viuis ꝓcedit in altū ascēdit ꝛ odorem reddit. Sic oratio debet ꝓcedere ex corde ignito ꝑ amorē. Ecclesia. l. Thus ardēs in igne. Talis oratio sic ignita tria bona facit. Primū est quia diabolum expellit. Thobie. vi. Cordis ei⁹ particulā si sup carbones ponas fumus eius extricat omne genus demoniorum. Secundo deum ad nos accedere facit. Unde psalm. Sagitte potētis acute cū carbonibus desolatorijs. Sicut enī stimulus aliquē prouocat ad currendū. Sic et oratio ignita deum ꝓuocat ad subueniendum. Tertio vitia incendit ꝛ consumit. ideo subditur: cum carbonib⁹ desolatorijs. Scdo thus id est fumus thuris in altum ascendit. sic oratio ascendit in celū. maxime si est lachrymosa. Ecclesia. xxxv. Lachryma vidue a maxilla ascēdit vsqꝫ ad celū: quando est humilitate ꝓdita. ꝛ ibidē. Oratio humiliātis se penetrat nubes: quādo est a peccati pōdere aliena ideo dixit dominus malis. Isaie. i. Cū multiplicaueritis ora

tionem nō exaudiam: manus vestre sanguine plene sunt. Tertio thus odorē dedit. Sic oratio est odorifera maxime quādo funditur a corpore mortificato a corde dilatato et a corde per spiritualem letitiam renato. De primis duobus dicitur Apoc. quinto. Habentes singuli citharas. Glosa. i. corpora mortificata et phialas. i. corda lata per amorem plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. De tertio ecclesiast. l. Quasi thus redolēs in diebus estatis. In estate enim odor thuris latius sentitur: quia tūc puritas aeris et serenitas maior habetur. Tertio debemus offerre myrrhā mortificatiōis. Myrrha habet triplicem virtutē scilicet expulsiuā: quia expellit vermes et serpētes. Sic mortificatio carnis expellit omnes diabolicas tētationes. Ecclesiastici. xj. Malitia vnius hore facit obliuionē luxurie magne. Scdo habet vitam cōfortatiuam quia confortat membra tenera et debilia. Sic mortificatio carnis animū infirmum et debilem constantem facit. secunde ad Corinthios duodecimo. Cum enim infirmor tunc fortior sum et potēs. Tertio hz virtutem conseruatiuā: quia quātum dissoluit tantum cōsumit. Sic mortificatio carnis gratias et virtutes conseruat. secunde Corinthiorum duodecimo. Uirtus in infirmitate pficit. Sicut em̄ sal pseruat a putrefactione vermium: sic mortifictio a corruptione. Ideo necesse est vt omnes isto sale saliantur. Marci nono. Omnis enim hostia igne cremabitur: et omnis victima sale salietur.

¶ Sermo. lxiij. De sancto Fabiano et Sebastiano. Sermo primus.

Gladium euaginauerunt peccatores intenderunt arcū suū vt decipiant pauperē et inopē: vt trucidēt rectos corde. Hodie celebratur festiuitas fabiani pontificis et sebastiani militis. Pulchra cōiūctio pontificis et militis. Siue vt ostēdat quod deus fecit nos deo patri regnū et sacerdotiū. Siue ostēdat quod ad regnū celorum nō solū pueniūt deuoti clerici. sz etiā fideles laici. Siue vt ostēdatur quod illi ad deū pueniūt q sibi assistūt p ocīū ōtemplatiōis et q sibi militāt p laborē actiōis. In verbis ergo premissis duo tāguntur. Primo psecutorum crudelis seuicia cū dr. Gladiū euaginauerūt pctōres etc. Scdo sanctorū innocens pena: cum subditur. Ut decipiāt pauperē etc. Seuicia aūt pctōrum in duobus apparet. s. in euaginando gladiū. s. quo ad fabianū quē decapitauerūt et i tenendo arcū q ad sebastianū quem sagittauerūt. Circa primū notādū quod mali habent gladios quos euaginānt cōtra bonos: et boni habēt gladios quos euaginānt cōtra malos: habēt quidē mali vnū gladium in corde q est malicie. vn̄. ps. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Hūc euaginauerūt cum malitiā acuerūt ad persequendum. ps. Concepit dolorem et peperit iniquitatē. Aliū habēt in ore qui est gladius male lingue. ps. Gladius in linguis eorum: hunc euaginānt cum linguam laxant ad detrahēdū. ps. Exacuerūt vt gladiū linguas eorū. Aliū habent in manu q est malignitatis inique: ps. De gladio maligno eripe me. Hūc euaginānt cū manus extendūt ad persequēdum. Exod. xv. Euaginabo gladiū meum: interficiet eos manus mea. Primū gladium euaginauit decius cōtra Fabianum. qui et ecclesie magnam persecutionē cōmouit. Secundum euaginauit diocletianus cōtra sebastianū quē suum proditorem vocauit: et multas blasphemias sibi dixit. Tertiū vterque cōtra vtrūque euaginauit: dū ille fabianum fecit occidi, et iste sebastianū fecit sagittari. scdo boni habēt gladios cōtra malos. Primus est doctrine Heb. iiij. Uiuus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. hūc euaginānt in eruditione proximi. Eph. vj. Gladiū spiritus quod est verbū dei. secundus est iusticie. Exo. xxxij. Ponat vir gladiū suum cōtra femur suum hunc euaginānt in peccati vltione. ps. Gladij ancipites in manibus eorum. Tertius est fortitudinis et ōstantie. Cant. iij. In lectulum salomonis sexaginta ambiunt omnes tenētes gladiū hunc euaginant in gregis domini defensione. Macha. iij. iudas i gladio suo ptegebat castra. gladiū ergo doctrine euaginauit Sebastianus qui ydolatras et infideles

conuertit: et gladium iustitie euaginauit fabianus quādo deciū imperatorē dure corripuit. Gladiū fortitudinis vterqꝫ euaginauit quando vterqꝫ instāter martyriū tollerauit. Secūdo apparet seuicia cōtra beatum sebastianum cum dicitur. Intenderunt arcum suum quia ad instar ericij fuit sagittis repletus Intenderunt arcuꝫ rem amaram: illa enim sagittatio amara pena fuit propter intraneitatem viscerū quia saggitte non tm̄ vulnerant membra exteriora sed etiā viscera interiora Job. xxx. Interiora mea efferbuerūt absqꝫ vlla requie. Magna etiam pena fuit propter generalitatē vulnerū: quia nō tantum in vno vel duobus locis: sed in toto corpore vulneratus erat et sagittis repletus Job. xvi. Cōcidit me vulnere super vulnus. Esa i. A planta pedis vsqꝫ ad verticē nō est in eo sanitas et magna pena erat ꝓpter maliciā irrisionum: quia ipsum quasi signuꝫ in derisione posuerunt Job. xij. Deridetur simplicitas iusti etc. ps. In me psallebant qui bibebant vinum. Fuit etiā magna pena propter totius populi spectaculū. Fuit enim in campo iuxta palatium cesaris sagittatus: vt illic omnis populus conueniret euꝫ sagittari videre. vt hꝫ. i. Cor. iiij. Spectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus Scdo ex parte sanctorū ponitur pena innocens cuꝫ dicitur. Ut decipiant pauperē et inopē. Sed primo ponitur innocens pena sebastiani: cū dicit. Ut decipiant pauperem. Pauper igitur et inops fuit sebastianus quē oibus bonis spoliauerunt: et a principatu deposuerūt. Istum decipere conati sunt modo falsis allegationibus volētes xp̄m ostēdere nō esse deum modo vanis ꝓmissionibus promittentes sibi restituere suū principatum modo diuersis cruciatibus et diuersis passionibus quia ipsum fecerunt sagittari: et vsqꝫ ad mortē fustigari: sꝫ nō potuit decipi: nec falsis allegatiōibus adduci: qr hēbat christū qui sapiētia est Luc. xxi. Ego enim dabo vobis os et sapiētiam etc. Nec vanis promissionibus: qr habebat xp̄m qui est vera merces et summū bonū. Gen. xv. Noli timere ego protector tuus sum: et merces tua magna nimis Exo. xxxiij. Ego ostendam tibi omne bonū. Nec vanis cruciatibus et passionibus: qr habebat christum qui virtus est et fortitudo. ps. Dominus protector vite mee a quo trepidabo? Itē ibidē. Cū ipso sum in tribulatiōe eripiā eū et glorificabo eū. Scdo ponitur innocēs pena fabiani: cū dicit vt trucidēt rectos corde: ipse eī rectū cor habuit. qd patet ex multis. Primo qr ipse p columbam fuit miraculose electus nequaqꝫ eīm deus ipsum miraculose eligeret. nisi ipsum habere rectū cor et sanctū cognosceret. Nu. xvi. Quēcunqꝫ elegerit dn̄s ipse sanctus erit. Scdo qr in potentum reprehensiōe fuit constans et firmus. Nā sicut dicit haymo imperator. Philippo volēti interesse pasche solennitatibus et diuinis cōicare mysterijs fabianus constanter restitit, nec ibidem ip̄m esse permisit: donec inter publice penitentes stetit, et peccata sua cōfessus fuit. Ecclesiast. xlviij. In diebus suis nō pertimuit principem etc. Tertio quia circa diuinū cultum fuit valde diligens et deuotus. Nam sicut dicit Damasce. papa ipse fabianus p oēs regiones septē diaconos misit, et eisdē tot subdiaconos assignauit vt gesta martyrū colligerēt: et sibi romā deportarent quod factum est. Istū ergo sic rectum corde trucidauerūt et decapitauerūt. Etsi carnē trucidarēt: aiaꝫ tn̄ ledere non poterāt. Matt. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam enim occidere non possunt. Ratio quare animas sctōrū mali occidere nō possunt est quia ipsorum anime in manu dei sunt. Sap. iij. Iustorū anime in manu dei sunt. Sunt etiam in sinu dei. Esay. xl. Manu subleuabit agnos et in sinu suo portabit. sunt etiā in cord. dei: ad Phil. i. Testis est mihi deus quō vos cupiam omnes in visceribus iesu xp̄i. Quia igit sunt in manu dei nō possunt ab aliquo auferri. Joā. x. Non rapiet eos quisqꝫ de manu mea qr q̄ sunt i sinu dei nō pn̄t amitti. Aug. Quid times hoiem hō in sinu dei positus? Tu de sinu illius noli cadere: et quicquid patieris ad salutē valebit nō ad ꝑniciē: qr q̄ sunt in corde dei nō pn̄t obliuiōi tradi. ps. centesimo tricesimo sexto. Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuiōi detur dextera mea etc.

¶ Sermo. lxiij. De sancto Sebastiano martyre. Sermo secundus.

Tetendit arcū suum ⁊ posuit me quasi signum ad sagittā. Threñ.iij. Istud verbum conuenienter de sancto sebastiano exponi potest qui fuit ad signum positus ⁊ ab infidelibus sagittat⁹. Fuit em̄ posit⁹ ad multiplex signū. primo in signum prudētie ex eo ꝙ se sub militari habitu occultabat vt christianos martyres ꝯfortaret bonum quidē fuerat si statim se christianū ꝯfitens coronā martyrij recepisset, sꝫ melius erat ꝙ ꝓ tali vtilitate ad temp⁹ sub militari habitu se occultaret. postmodū aūt libere se xp̄ianū cōfessus fuit ⁊ sic primo habuit fidē tāꝙ loricā.j. Thessal.v. Induti lorica fidei postmodū habuit eā tāꝙ scutū. Ephe.vj. In oībus sumentes scutū fidei. Ap̄ls esset de hoc loquēs dī. ij. Cor.xj. per fenestrā i sporta dimissus sum ⁊c. Bonū erat si apostolus nō fugiēdo martyriū fuisset ꝯpressus sꝫ meli⁹ fuit ꝙ ꝓ vtilitate primoꝝ ad tps fuit reseruatus. Scd̄o fuit posit⁹ in signū constantie cuius constātia etiā apparuit in corroborādo qñ dixit. O fortissimi milites xp̄i ⁊c. Job.xiiij. Uacillātes ꝯfirmauerūt sermones tui In arguēdo, qꝛ imperatores ꝯstāter redarguit. Et tūc maxie postꝙ ab eis flagellat⁹ fuit tales em̄ ꝯstātes erāt ap̄li. De qb⁹ dī Act.v. Cesis dñūciauerūt apostolis: ne ampli⁹ loq̄rent ⁊c. In sufferēdo qꝛ multa martyria ptulit: sꝫ vinci nō potuit. Ro.viij. Cert⁹ sum em̄ ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita ⁊c. Tertio fuit posit⁹ in signū doctrine. Docuit em̄ tres vtiles lectiones. Prima fuit circa ꝯtēptū tēporaliū qñ dixit. Uita hec in se credētes fefellit sꝫ expectātes irrisit ⁊c. Jaco.iiij. Que est em̄ vita nr̄a vapor ad modicū parens. Scd̄o fuit circa appetitum celestiū. Uñ dixit Nō separabuntur a vobis sꝫ vadūt parare vobis sydereas mãsiones. Heb.xiij. Nō em̄ habemus hic ciuitatē permanētē: sed futurā inquirim⁹ Tertia fuit circa tollerantiā aduersorum. vnde ait. In amorē martyrij nostros sustinem⁹ effect⁹ ⁊ Matthei x. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹ ⁊c. Quarto erat positus in signum patiētie: qꝛ patienter supplicia tollerauit. Magna patientia qꝛ martyres non in supplicijs cesserūt sꝫ potius eis nocumēta cesserūt. Cyprian⁹. Torquētib⁹ fortiores steterunt: ac laniātes vngulas laniata mēbra vicerunt. maior ꝙ nō maledixerunt. Luce.vj. Benedicite maledicentib⁹ vobis maxima quod aduersus deū nō murmurauerunt. vnde dicitur. Non murmur resonat nō querimonia. per maxima ꝙ in tot supplicijs coꝛ pacificū habuerunt. vñ subdit. Sꝫ corde tacito mēs bñ ꝯscia seruat patiētiā. Sup maxima ꝙ ꝓ persequentib⁹ orauerunt Luce.vj. Orate pro ꝯsequentib⁹ ⁊ calūniantib⁹ vos. Quinto fuit in signū posit⁹ operatiōis bone. habuit em̄ opatiōnē bonā.i. vtilē delectabilē ⁊ honestā. Utilē q̄tum ad alioꝝ ꝯuersionē qꝛ multos ꝯuertit ⁊ saluos fecit.j. Cor.x. Nō querēs qd̄ mihi vtile est sꝫ ꝙ multis vt salui fiāt. Honestā q̄tū ad pacificā ꝯuersationē. vñ dī. Erat em̄ vir totius prudētie. In sermone verax in opere fidelis. in bonitate cōspicu⁹ in vniuersa moꝝ honestate preclar⁹ ⁊c.j. Thessa.iiij. Honeste ābuletis ad eos ꝗ foris sūt. Delectabilē aūt q̄tum ad celestiū contēplationē. Ecclesiast.xj. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solē.i. xp̄m per contemplationem. Sexto positus fuit in signum pene eterne reprobis inferende. Si em̄ de⁹ tm̄ punit illos qui habēt vitā sanctā: q̄tū magis punit ⁊ illos qui habent vitam iniquā. prouer.xj. Si iustus in terra recipit mala: q̄to magis impius ⁊ peccator. Si tm̄ punit illos in quibus benedicitur: q̄tum puniet ⁊ illos in quibus blasphema[illegible]. Hiere.xxv. Ecce ego in ciuitate in qua inuocatū est nomen meū incipio te affligere et vos quasi innocētes eritis nō eritis immunes. Si tm̄ punit illos ꝗ sunt virides in conscientia ⁊ in vita quantum puniet illos qui habent conscientiam aridā: ⁊ vitā corruptā. Luce.xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt: in arido ꝗd fiet ⁊c.

Sermo.lxiiij. De eodem sermo.iij.

Ecce docuisti plurimos ⁊ manus lassas roborasti Uacillantes confirmauerunt sermones tui ⁊ genua debilia cōfortasti.

Job.iiij. In verbis istis tria tãguntur. Nã sanctus sebastianus fuit doctor ignorantiũ: ideo dicit Ecce docuisti plurimos. Fuit roborator debilium. ideo subditur. Manus lassas roborasti: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Fuit consolator afflictorũ. ideo subdit. et genua debilia. Circa primum notandum quod quidam ignorabant veritatẽ dei sicut idololatre. ideo sctũs. Sebastianus docuit fidei veritatem. Unde vna die plusquam trecenta idola confregit: et prefectum vrbis et mille quadrigentos viros de eius familia baptizauit. j. Joã. iij. In hoc apparuit dei filius vt dissoluat opera diaboli. Quidã ignorabãt vanitatẽ mũdi vt cupidi et auari: ideo docuit vite labilitatẽ dicens. Ab initio mundi etc. hec vita in se credẽtes fefellit et post se expectãtes irrisit etc. Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuẽs tẽpore etc. Quidã ignorabãt leuitatẽ presentis supplicij vt timidi et delitiosi: ideo docuit pene presentis et future differentiam. Unde ait. Hec persecutio quã hic patimur hodie excãdescit et cras cum nescit dolor autẽ eternus renouatur vt seuiat augmẽtatur vt exurat: inflãmatur vt puniat. Tanta est enim differẽtia ad illã: quãta stilla aquã ad fluuiũ: sibuli ad tonitruũ. Job. xxvj. Cũ vix vnã paruã stillã sermonis eius audiuerimus: quis poterit tonitruũ magnitudnis eius intueri? Quidã ignorabãt astutiã dyaboli: vt neophiti et inexperti. ideo docuit diaboli astutiã supandã dicẽs. In amorẽ martyrij: iã nostros sustinemus affectus. Ibi enim diabolus se vincere extimat qui dum capit captus est: dum tenet tentus est Job. xl. An extrahere poteris leuiathã hamo. Esca est exterior caro martyrio afflicta, hamus est interior patiẽtia. Diabolus credit se capere martyrem per escam carnis exterius mortue: et captus est ab hamo interioris patientie. Secũdo fuit debiliũ corroborator. cũ dicit. Manus lapsas roborasti. Sunt enim quidam debiles ad bonũ incipiendũ. Prouer. ix. Abscondit piger manum suam sub asella. De quorum numero erat Cromatius prefectus qui cum ydola oĩa se confringere promisisset vnũ tñ abscondit sed sanari nõ potuit quousque confractum fuit, Similes sunt qui penitẽtiã volentes inchoare pctã sua deserunt vnũ tamen retinere volunt. Quidam sunt debiles ad bonũ inceptũ prosequendum. Tales sunt sicut statue que pedes habent. sed in ambulando non pficiũt. de quorũ numero erant multi christiani qui fidẽ defendere incipiebãt: sed protinus deficiebãt. Ideo sebastianus clam deum deferebat et eos confortabat. Quidã enim sunt debiles ad bonum psecutũ consummandum. In quorum psona dicit apłs. Rom. vij. Perfectum autẽ bonum non inuenio. De quorum numero erãt. Marcellianus et Marcus qui fortiter inceperant constanter psecuti fuerant sed parentum blanditijs mollliti nõ consummabant. Ad quos sebastianus clamãs dixit. O fortissimi milites xp̃i, nolite per misera blandimenta coronã deponere sempiternã. Quidã vero erãt debiles ad aduersa sustinendũ. De quibus dicit Luc. viij. Ad tempus credunt: et in tẽpore tẽtationis recedũt de quorum numero erãt multi christiani qui timore penarũ martyria fugiebant. Istos ad amorẽ martyrij incitabat dicens. In amorem martyrij nostros sustinemus affectus. Tertio fuit consolator afflictorum. cum dicit. Genua debilia roborasti. Erãt enim quidã afflicti: propter penã inflictã a tyrãno. de quorum numero erant marcellianus et marcus. Istos sebastianus cõsolatus est per salubrem exhortationem Esa. l. Dominus dedit mihi linguam eruditã vt scirẽ sustentare eum qui lapsus est verbo. Quidã erant afflicti propter penam cõtractã a morbo. De quorum numero erat zoe vxor Nicostrati et trãquilinus et cromatius qui morbo grauissimo laborabãt et infirmabantur. Istos consolatus est beatus sebastianus sanãdo eos per efficacẽ orationẽ. Nã sicut dicit Jaco. v. Multum valet depcatio iusti assidua. Quidã erant afflicti: propter penã immissam a deo. De quorũ numero erãt Romani et papiẽses Cõtra quos vt legitur in hystorijs lõgobardorũ. Tãta pestis a deo fuit missa: vt vix vnus alterũ sufficeret sepelire. Istos consolatus est sanando per suarũ reliquiarũ deuotã venerationem. Mox enim sicut ibidẽ legitur vt in papiã sue reliquie sunt delate pestilẽtia illa cessauit. Quidã enim erant afflicti per penam immissam a diabolo: de quorũ numero erat quedã mu

lier in tuscia: vt refert Greg. in dyalogo q̄ duz ad dedicationē ecclie sancti sebastiani ire deberet nocte illa a cōcupiscētia simulata a viro suo noluit abstinere: q̄ mox vt sancti sebastiani oratoriū est igressa a diabolo est vexata Istam ꝯsolatus est sanādo ꝑ suā ⁊ sancti fortunati intercessionem. Uoluit ipsa tñ prius vexari: vt ostēdat ꝙ diligat mundiciam. Uoluit ⁊ sacerdotem qui pallio altaris eā operuit similiter vexari: vt ostēdat ꝙ odit ꝑsumptuosam audaciam. Uoluit ad incantationez eam amplius vexari: ita ꝙ legio demonū in eam intrauit vt ostēdat ꝙ odit superstitionem fallacem ⁊ vanam.

¶ Sermo.lxv. De sancta Agnete fer. j.

Mulierem fortez quis inueniet. Prouerbio. vlti. Inuētū est hodie de sancta agnete qđ salomon aut ꝑ impassibilitatē, aut ꝑ difficultatez, aut per ammirationem se non posse inuenire dicebat fortem mulierem. Sancta quidem agnes adeo fortis extitit ꝙ triplex certamen maximum superauit. Primum nāꝙ certamen habuit contra prefecti filiuz qui volebat sibi subripere virginitatem inducendo ipsam ad suum coniugium. Secundum habuit contra ipsum prefectum qui volebat polluere sue fame honestatem trahendo ipsam ad prostibulum. Tertium contra prefecti vicariū habuit qui volebat in ipsa corrumpere fidei integritatem: multiplex inferendo ei certamen. Sed in quodlibet certamine habuit adiutorium. Nam in primo habuit angelum: vnde ipsa dixit. Mecum enim habeo custodem corporis mei angelum domini. In secundo habuit christum. Unde ait Unigenitus dei filius mur⁹ michi est impenetrabilis ⁊ mei custos nūquā dormiens: et defensor nunquam deficiens In tertio habuit spiritum sanctuz. Unde dicit. Ecce nūc ꝑ spiritum sanctum rore celesti perfusa focus iuxta me moritur. Circa primum notandum ꝙ ipsa quinque habuit que in alijs mulieribus sunt ad impedimentum castitatis: in sue autem sunt instrumentum virtutis. Primus est etas iuuenilis quia. xiij. etatis sue anno mortem perdidit ⁊ vitam inuenit: ⁊ sic dr̄ Eccl. xij. Adolescentia enim ⁊ voluptas vana sunt sed etatē iuuenilē mētis canicie tēperauit. Uñ dr̄ de ea. Infantia computabatur in annis sꝫ erat senect⁹ mētis imensa: corpore iuuēcula. sꝫ alo cana. Sap. iiij. Cani sunt sensus hominis ⁊c. Secundū est pulchritudo corporis. Ipsa enī sicut dr̄ de ea fuit pulchra facie: sꝫ pulchrior fide ⁊ sic dr̄ Prouerb. xxxj. Fallax grā ⁊ vana est pulchritudo. Sꝫ ipsa pulchritudinē suā corporis maceratione turbauit Unde poterat dicere illud Cāti. j. Nigra suz sed formosa. Nigra exteri⁹ ꝑ macerationē: formosa interi⁹ ꝑ ꝟtutū decorē. Uñ dt Greg. i dyalogo de galla nobilissima femina q̄ ad instar, sez viri habitura erat barbā si nō nuberet. Illa exterius nihil timuit de formitatis: q̄ interiorē speciē amauit. Nec mirū ē si hoc illa fedarē ꝙ a celesti spōso nō amarē. Tertiū ē multiplex oblatio muneris Unde dr̄ ꝙ cepit offerre plurima ⁊ plurima ꝓmittere. Multe enī sunt quas nō decepit iuuētus nec pulchritudo sꝫ induxit munerꝝ oblatio Ozee. iiij. Munera dederūt amatorib⁹ suis. Ipsa aūt munera oblata despexit. Uñ dr̄ i legēda detulit secū ꝑciosa ornamēta q̄ ab ea sunt tāꝗ stercora reputata. Sciebat enī ꝙ huiusmodi munera nō danē spōsis sed ꝯcubinis. Geñ. xxv. Filijs aūt concubinarū largitus est munera. Quartū est nobilitas amatoris. Nā nobilitas viroꝝ facilius inclinat animos puellarū. Ille autē erat filius prefecti vrbis rome: ⁊ ideo nobilitas ⁊ sublimis. Sꝫ ipsa eius nobilitatem comparatione spōsi celestis vilipendit Uñ ait. Discedite a me pabulū mortis q꞉ iam ab alio amatore preuēta sum q̄ longe te nobilior est: ⁊ genere ⁊ dignitate. Quintū est terror: suppliciū q꞉ ꝑfectus multa supplicia est minat⁹ ei. Multe aūt sunt q̄ respuūt munera: ⁊ cōsentiunt propter supplicia Dañ. xiij. Sic faciebatis filiabus israel: ⁊ ille timentes loquebanē vobis. Sꝫ ipsa terrores ⁊ minas derisit Une dicitur ea ꝙ terrentem sicut ⁊ blandientem animo deridebat. Amb. Cetere puelle toruos vultus parentum ferre nō

de sancta agnete exponi possunt que fuit robusta decora & leta. Fuit sic robusta quia etiam hostes vicit. Fuit sic decora: quia omnibus placuit. Et modo leta: quia ad letitiam sempiternam peruenit. Primo igitur fuit robusta & fortis ideo premittitur fortitudo. Fuit enim fortis: quia vicit fortiorem se. i. diabolum. Unde dicit beata agnes spurcitias diaboli imaculato calle trãsiui. Johan. ij. Scribo vobis adolescentes quia vicistis malignum. Fuit fortior quia a nemine potuit vinci nec a prefecti filio promissis donis, nec etiam ab ipso prefecto irrogatis iniurijs nec ab ipso vicario illatis supplicijs Eccli. xlviij. Potentia nemo vicit illum. Fuit fortissima: quia vicit semetipsam: scilicet corporis seruando munditiam & animã seruãdo patientiã. Prouer. xvj. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo expugnatore vrbiũ. Fuit super fortissima, quia vicit deũ: & hoc quando resuscitando filium prefecti oratiõibus deuotis induxit. Eccl. xvj. Mulier fortis oblectat virũ suũ. i. deũ. Geñ. xxxij. Si cõtra deũ fortis fuisti: quãtomagis cõtra homines preualebis? Scdo fuit decora: ideo subditur. Et decor. Deus enim ipsam in presenti decorauit: quia ipsam multiplici gloria illustrauit: fecit namque miracula in triplici machina rerum: quia & de celo chorusçatio & fulgur descendit: & terremotus magnus extitit, & prefecti filiũ de inferno suscitauit. Fecit enim miracula in quadruplici substãtia elementorũ: quia ignis extinctus est aqua: quia tẽpestas super paganos exorta est terra mota: aer dum esset in carcere illustratus est diuina luce. Fecit miracula in quintuplici differẽtia creaturarum: scilicet in illis que habent tantum esse sicut in imagine anuli que recepit, & tẽtationem fugauit. In illis que habent viuere sicut in capillis qui ad instar plantarũ viuunt et crescunt. Et in illis que habẽt sentire: sicut patet in agno niue candidiore quam iuxta eã stare visus est. In illis que habẽt discernere: sicut patet in constantia quã corpore & mẽte sanauit. In illis que habent intelligere sicut in angelis qui sibi vestem in prostibulo preparauerunt. Tertio est modo leta: ideo dicitur. Et ridebit in die nouissimo: non dixit in die primo, quia ille est dies ploratus. Sapien. vij. Primum vocem similem omnibus emisi plorãs: nec dixit die medio: quia ille dies est incolatus. ps. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Sed dixit in die nouissimo: quia ille est dies iocũditatis & risus. Job. viij. Donec impleatur risu os tuum. In hoc ergo die nouissimo ipsa ridet: quia preter gloriam communem quatuor speciales habet. Primam habet in capite quã est aureola. Exod. xxv. Super coronã facies alteram coronam aureolam. Secundam habet in ore que est suauis melodia. Apocalyp. xiiij. Cantabãt quasi canticũ nouum. Tertiam habet in corpore que est vestis candida. Apocalyp. iij. Ambulabunt mecum in albis: quoniã digni sũt. Quartam habet in prosecutione que est associatio diuina. Apocalyp. xiiij. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Propter primam coronam quam habet in capite dixit. Quasi sponsam decorauit me corona. Propter secundam quam habet in ore dixit. Cuius mihi organa modulatis vocibus sonant. Propter tertiam quam habet in corpore dixit. Induit me dominus cigla de auro contexta. Propter quartã quã habet in christi associetate. ait. Ipsi sum iũcta in celis quẽ in terris posita tota anime deuotione dilexi. &c.

Sermo lxvij. De eodẽ festo ser. iij.

Dilectus meus mihi & ego illi. Cant. ij. Cõsuetudo est inter sponsum & sponsam: quod sponsus spõsam copulat sibi per amorem: et quod sponsa sponsum multipliciter commendat. Beata igitur agnes primo gloriatur quod christus eam in sponsam accepit: & sibi eam per amorem copulauit cum dixit. Dilectus meus mihi. Secundo eum multipliciter commendauit: cum subdit. Et ego illi. Est igitur sensus. Dilectus meus mihi. i. intẽdit me sibi in spõsam accipiendo. Et ego illi scilicet intendo ipsum multipliciter cõmẽdando. Circa primũ notãdũ est quod triplex est desponsatio. Prima est carnalis. Jhãnis. ij. Uocat spõsum architriclinus. &c. Alia est spi

ritualis: et ista est triplex. Una que fit per fidei signaculum que cōtrahitur in baptismate. Ozee. ij. Spōsabo te mihi in fide: alia que fit per passionis sacramētū. Et ista cōtracta fuit in christi passione. Ibidē. Sponsabo te mihi in iustitia et iudicio. Tunc enī diabolus est iudicatus. Iohā. xij. Nunc iudiciū est mundi etc. Alia que fit per virginitatis votū. Et ista cōtrahitur in thalamo conscientie. Ibidē. Sponsabo te mihi in misericordia et miserationibus. Uirginitatē enim seruare nō est virtutis humane: sed miserationis diuine. ij. Cor. xj. Despondi enī vos vni viro. etc. Tertia est desponsatio celestis. Ozee. ij. Spōsabo enī te mihi in sempiternū. Apo. xxj. Uidi ciuitatē sanctā hierusalē nouam descēdentē de celo sicut sponsam ornatā viro suo. Primā despōsationē scz carnalē beata agnes respuit: qz in luctū cōuertit: vñ ait. Discede a me pabulū mortis: qz iam ab alio amatore pueuta sum. Sap. iij. Felix sterilis et icoinquinata etc. Scdam scz spiritualē habuit tā per fidei signaculū: vñ ait. Anulo suo subarrauit me: qȝ per passionis sacramentū: vñ ait. Sanguis eius ornauit genas meas: qȝ per virginitatis votū: vñ dicit. Quē cū accepero virgo sum: cū amauero casta sum: cū tetigero mūda sum. Tertiā scz celestē hodie assecuta fuit: qz hodie celestem curiā. i. thalamū introiuit. Cant. ij. Introduxit me rex in cellam vinariam. Ubi quidem est inter sponsum et spōsam felix amplexatio. Unde ait. Iam amplexibus eius castis astricta sum. Cant. ij. Dextera illius amplexabitur me. Beata cōiunctio: vnde ait. Iam corpus eius corpori meo sociatū est. Ioh. xvij. Omnes vnum sint: sicut pater in me et ego in te. Gloriosa prolis generatio: vñ ait. Nec deerūt post nuptias filij vbi partus sine dolore succedit: et fecūditas quotidiana cumulatur. Cant. iiij. Oēs gemellis fetibus: et sterilis non est inter eas. Ex tali enī cōiūctiōe resultat geminus fetus. s. glorificatio corporis et aīe vel glorificatio in cōtemplatiōe diuinitatis et visiōe humanitatis. Scdo spōsum suū multipliciter cōmēdauit: et maxime a tribus scz a pulchritudine, nobilitate, diuitiarū fertilitate. De pulchritudinē eius dicit. Cuius pulchritudinē sol et luna mirant. Pulchritudo aūt maxime attendit in facie. De pulchritudine autem faciei istius sponsi. dicit Hester. xv. Facies tua plena est gratiarū. Dicit autem Aug. de trini. Pulchra facies est dimēsa pariliter affecta hilariter, et colorata luculenter. Habuit igit iste spōsus pulchrā faciem: scz bene proportionatā. Ante incarnatiōnē nō erat bñ proportionatus: qz erat altus nimis: profundus nimis: nimis latus et nimis longus. Tā altus: vt nō possit attingi. Tam profundus: vt nō possit videri. Tā latus: vt nō possit cōprehendi. Tam longus: vt nō possit mēsurari. Iob. xj. Excelsior celo est etc. Sed post incarnationē est proportionata altitudo sue maiestatis vsqȝ ad nostrā substātiā. Philip. ij. Exinaniuit semetipsū formā serui accipiēs. Profunditas sue sapiētie vsqȝ ad humanam stultitiā. j. Cor. j. Placuit deo per stultitiam predicatiōis saluos facere credētes. Latitudo sue potētie: vsqȝ ad nr̄am miseriā. Esa. liij. desiderauimus eū despectum et nouissimum virorum etc. Lōgitudo eternitatis diuine vsqȝ ad nostre tēporalitatis mensuram: ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tēporis etc. Scdo eius facies fuit hilariter effecta: nō enī erat litigiosus in ore. partialis in opere: nō impatiēs in sermone: nō durus in cōpassione: nō tristis in mente: nō turbulentus in facie. De his omnibus dicit Esa. xlij. Nō clamabit neqȝ accipiet personam etc. Tertio eius facies fuit luculēter colorata. Fuit enī candidus propter virginitatem: que maxime resultat in carne. Rubicūdus propter charitatem: que maxime seruabat in mente. Fulgidus et electus ex milibus propter maiestatē: que maxime resultabat ex diuinitate. Cant. v. Dilectus meus cādidus et rubicundus. Secūdo cōmēdat eū ex nobilitate: cū dicit. Qui lōge nobilior est re: et genere et dignitate. Est autem secundum Gre. nazā. etriplex nobilitas. Una causatur ex imaginis diuine impressiōe: alia ex carnis propagatione: tertia ex animi virtute. Quātū igitur ad diuinitatem in christo fuit nobilitas imaginis. Colossē. j. Qui est imago dei inuisibilis. Quātum ad carnē fuit in xp̄o nobilitas originis.

Romano.j. Qui factꝰ est ex semine dauid ſm carnē, quantum ad animam fuit in eo nobilitas virtutis. Joh.j. plenū gratia ⁊ veritate. Tertio cōmendat ipsum a diuitiarū plenitudine: cū dicit: cuius opes nunqꝫ deficiunt: cuius diuitie nūqꝫ decrescunt. Prouer. viij. Mecū sunt diuitie et gloria.i. diuitie gloriose. Ille eñ sunt mi sere iste gloriose: qꝛ iste sunt perpetue ille trāsitorie. Ista differentia ponitꝰ Mat. vj. Nolite thesaurizare vobꝭ thesauros in terra: sed in celis. Ubi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolitꝰ. Iste faciunt hominē satiatum: ille famelicū. Ista differentia ponitꝰ Joh.iiij. Omnis q̄ biberit ex hac aqua sitiet iterum. Iste faciunt hominem locupletum ⁊ gloriosum: ille indigentē et miserum. Ista differentia ponitur Apo.iij. Dicis quia diues sum ⁊ locuples ⁊ nullius egeo, ⁊ nescis q̄a miser es ⁊ miserabilis: ⁊ ideo suadeo tibi emere a me aurū ignitum ⁊ probatū vt locuples fias.

¶ Sermo.lxviij. De eadē. Serm̄.iij.

Gaudeamus ⁊ exultemꝰ ⁊ demꝰ gloriam deo qm̄ venerūt nuptie agni, ⁊ vxor agni p̄parauit se, ⁊ datū est sibi vt cooperiat se bysso splendenti ⁊ candido. Apo. xix. Tres persone principales reperiuntur in nuptijs: scꝫ paranymphi: spōsus ⁊ sponsa. Ad paranymphos autem pertinet dupliciter cantare epithalamiū. Ad sponsum ptinet p̄parare dulce ⁊ nuptiale conuiuiū. Ad sponsam pertinet se preparare per decētem ornatū. Ad vtrosqꝫ pertinet se preparare per coniugalē affectum. Et quoniam inter christum et beatā agnetam spiritualē est contractū matrimoniū: ideo ipso spirituali matrimonio ista quatuor reperiuntꝰ q̄ in predictis vbis denotantꝰ. Primo eñ ex parte paranymphoꝝ ponitꝰ epithalamiū laudis cū dicitꝰ. Gaudeamus ⁊ exultemꝰ ⁊c. Est autem epithalamiū canticum qđ in honore sponsi et sponse in nuptijs decantatur: ⁊ dicitꝰ ab epy quod est supra et thalamꝰ, eo qꝫ supra thalamū decātetur. Epythalamiū ergo vḡis ṽginis agnetꝭ ē duplex. Unū est in via: aliud in p̄ria de eiꝰ epithalamio in vita dt Amb. hāc senes, hāc iuuenes, hāc pueri in via decantāt. Nemo ē laudabilior: qꝫ q̄ ab oībꝰ laudari pōt. Quot hoīes tot precones q̄ martyrē p̄dicant dū loquuntur. Ipsa igitur puella fuit nō tm̄ p etatē sed maxime per puritatē: iuuenis p fortitudinē ⁊ alacritatē: senex p sensus ac moꝝ maturitatē. Ipsā ergo debēt laudare pueri tanqꝫ purā in mēte et in intētione. Iuuenes tanqꝫ fortē ⁊ alacrē in passione. Senes tanqꝫ maturā in sensu ⁊ in conuersatione. Epythalamiū eius in patria canūt paranymphi.i. angeli et alij b̄ndicētes. Sapien.iij. Hec est q̄ nesciuit thorū i delicto habebit fructū in respectiōe animarū sanctarū. De isto epithalamio quod sibi decātatꝰ ipsa dicit. Amo xp̄m in cuius thalamū introiui cuiꝰ mihi organa modulatis vocibꝰ cantant. Secūdo ex parte sponsi ponitꝰ preparatio cōuiuij nuptialis, cū dicitur. Uenerunt nuptie agni. De hoc nuptiali cōuiuio dicitur Apoc.xix. Beati q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. Ex q̄bus ṽbis habetꝰ qꝫ ibi erit plena satietas, dulcis suauitas, et eterna securitas. In presenti q̄dē satietas hꝫ fastidiū: fames hꝫ molestiā: timor ne scꝫ alimēta ōficiāt hꝫ penā. Ideoqꝫ preuidit deus vt in illo celesti conuiuio sit plena satietas: ne ibi sit molestia famis: ideo dr̄ nuptiarū. In nuptijs eñ cōsueuerūt oīa abundare. ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua: sit dulcis suauitas ne sit mentis fastidiū: idō dicitꝰ agni qui habet carnales, delectabiles, et suaues. Job.xxxj. Si nō dixerūt viri tabernaculi mei q̄s det carnibꝰ eiꝰ vt saturemur: sit eterna securitas vt tollatꝰ timor defectionis: vñ dr. Cena qꝛ nullum aliud ꝯuiuiū sibi succedit. Prouer.j. Qui me audierit sine timore requiescet. Tertio ponitꝰ ex parte spōse preparatio ornamēti singularis cum dr. Datum est ei vt cooperiat se bysso fulgido ⁊ cādido ⁊ vestibus ornatissimis. Habuit q̄dē spōsa quatuor gn̄a vestiū scꝫ vestē deauratam. ps. Astitit regina a dextrꝭ tuis i vestitu deaurato.i. xp̄i aīa q̄ corpꝰ suū rexit in vestitu deaurato.i. i corpe gl'ificato. Habuit vestē variā. Un̄ seq̄tꝰ. Circūamicta varietate. Uestē albā. Apoc.iij. Ambulabūt mecū

cum I albis. Et habuit veste rubeã. Esa.
lxiij. Quare rubrũ est idumẽ: tuũ? Istas
vestes xp̃s agneti sue spõse cõicauit, scz
deauratã vestẽ ifundẽdo charitatẽ. vnde
ipsa ait. Induit me dñs ciclade auro te=
xta. ps. Oĩs gloria ei⁹ filie regis abint⁹
in fimbrijs aureis. Uariã ornãdo p vir=
tutũ varietatẽ. Uñ ait ipa btã agnes. Cir
cundedit me venãtib⁹ atq corruscãtib⁹
gẽmis. Eze. xvj. Uestiui te discoloribus.
Uestẽ cãd dã decorãdo p puritatẽ. In cu
ius figuratiõe angel⁹ i carcere vestẽ cãdidã
ei dedit z dedit sibi vestẽ rubeã: eã ru=
bicãdo p sanguinis effusionẽ z sue paf=
sionis meditationem. Uñ btã agnes ait.
Sãguis ei⁹ ornauit genas meas. De hac
duplici veste dicit. prouer. vltimo. Byf=
sus z purpura indumentũ ei⁹. Sz qm mo
biles sponse consueuerũt vestes suas etiã
gẽmis ornare. iõ z ipsa gemmis virtutũ
erat ornata. quas gẽmas habuit in ma=
nu dext̃a p rectã intẽtionẽ. vñ ait. Dexte
ram meã cinxit lapib⁹ preciosis. Qui em
facit opera q̃ videnť esse virtuosa sed in
tentione corrupta, gẽmas hz in sinistra.
Qui vero intentione recta hz in dextera.
Matthei. v. Nesciat sinistra tua quid fa=
ciat dextera tua. Secundo ipsas hũit in
collo vñ ait. Collũ meum cinxit lapidib⁹
preciosis. Collum xp̃i sunt predicatores
quia christo capite influentiã recipiunt
z in cetera mẽbra ifundũt. Illi ergo sunt
collum q̃ tantum predicãt verbum. Illi
sunt collũ lapidib⁹ preciosis ornatũ qui
verbũ predicãt: z verba predicationis
operib⁹ virtuosis exornant. Cant. j. Col
lum tuũ sicut monilia. tertio ipsas hũit I
aurib⁹ per obediẽtiã. vnde ait. Tradi=
dit aurib⁹ meis inextimabiles margari
tas. Ille simpliciter est aureis q̃ coactus
obedit. Qui ṽo spõtane⁹ est obediẽs au=
reis est margaritis ornata. prouer. xxv.
In auris aurea z margarita fulgẽs: que
arguit sapiẽtẽ z aure obediẽtẽ. Quarto
eas hũit I toto corpore. vñ ait Induit me
dñs ciclade auro texta, z immẽsis moni=
lib⁹ ornauit me. Ipsa em btã agnes hũit
cicladẽ aureã. i. ↄuersationẽ lucidã: z im
mẽsa monilia. i. lucida z ṽtuosa exẽpla.
Dañ. x. Corp⁹ ei⁹ q̃si crisolit⁹. Quarto
poniť ex pte vtriusq affect⁹ coniugalis.
cum dicit. Uxor agni. In duob⁹ quidem
mutuo partic pãt. scz in cõiũctione cum
dr. Uxor in nõie cũ dr. Agni Est aũt I om
ni mrĩmonio triplex cõiũctio. Una est per
cõsensum aĩorũ. Alia per cõiũctionẽ cor
porũ. Tertia per indiuisibilẽ habitatio=
nẽ amborũ. Ista triplici cõiũctiõe est cõ=
iũct⁹ xp̃s agneti: z ipsa sibi p mutuã cha
ritatẽ. Uñ ait. Nõ ego potero ad cõtume
liã prioris amatoris aliũ aspicere: cũ q̃
sũz charitate cõiũcta. Cant. vj. Ego dile
cto meo z dilect⁹ me⁹ mihi. Per nature
cõformitatẽ quia sicut dr. Heb. ij. Nusq̃
em angelos apprehẽdit: sz semẽ abrahe
apprehẽdit. Uñ ipsa dicit. Jam amplexi
bus ei⁹ castis astricta sum. Jam corpus
ei⁹ corpori meo sociatũ est. Per insepa=
rabilitatem: qr Christus eam sibi eterna
liter copulauit. Hier. xxxj. In charitate
perpetua dilexi te. Secũdo conueniũt in
nõie qr ille agn⁹ z ista agna. Agn⁹ autẽ
dicit ab agnoscẽdo: qr pre ceteris aian=
tib⁹ matrẽ agnoscit. Sic xp̃s mrẽ agno
uit: ab infantia p hũilẽ obedientie subie=
ctionẽ. Luc. ij. Erat subdit⁹ illis. In iuuẽ
tute p sue petitionis adimpletionem: qr
ad preces matris aquã I vinũ in nuptijs
cõmutauit: in morte per curã z ↄpassionẽ
qr ipsam ioãni commendauit post mor
tem per sui apparitionem: qr vt creditur
sibi apparuit. Sic btã agnes spõsũz suũ
cognouit in vita per fidẽ z deuotionem.
Uñ ait. Ipsi soli seruo fidẽ: ipsi me tota
deuotione committo. In morte per cõstã
tem confessionẽ. Unde in igne posita di=
xit. Te confiteor labijs z corde: te totis
visceribus concupisco. Post mortem nunc
cognoscit p apertã visionẽ. Unde dixit.
Ecce iam quod credidi video quod spe
raui iam teneo: z qd ↄcupiui amplector.

¶ Sermo. lxix. De sancto Uincentio
martyre. Sermo primus.

Certamen for
te dedit illi vt vinceret.
Sap. x. Inter ceteros mar
tyres beatus vincenti⁹ cer
tamẽ forte sustinuit quod
tamen fortiter superauit z vicit. Habuit
autem duplex certamen. Unum cum Ua
lerio episcopo. Aliud ipse sol⁹ sine eõ.
Ipsi

Ipsi aūt duo in iusto certamine tria tela sustinuerūt: id est iniuriam carceris, molestiam famis ⁊ minas mortis. Qr Dacianus eis mortem minat⁹ est, nisi ei consentirent: sed ista tria vicerūt per tria arma que habuerunt. Nā primum telū vicerūt per letitiā spiritualem: vnde dicit de eis. Ualeri⁹ episcopus ⁊ leuita vincentius in confessione fidei alacriter cucurrerunt. Et exemplo apostolorū: de quibus dr. Act. v. Ibant apostoli gaudentes ⁊c. Secundū telum vicerunt per patientiā singularem: qr non murmurauerunt: sed patienter ⁊ fortiter famis molestiā tolerauerunt. Eccli. ij. In humilitate patiētiam habe. Tertiū certamen vicerūt p apertā fidei commissionē. Unde em̄ vincentius dixit Daciano de mādato Ualerij. Nephādum apud christianā prudentiā esse cognoscere diuinitatis cultū abnegādo blasphemare. Ad Rom. x. Corde credit ad iustitiā: ore autem confessio fit ad salutē. Secundū certamen ipse solus hūit in quo certauit viuus ⁊ mortu⁹. Uiu⁹ aūt habuit triplex certamen vnū in equuleo aliud in ignis incendio tertiū in carnis ergastulo. In equuleo fecit eum dacian⁹ i toto corpe distēdi, distētū diuersis vulnerib⁹ cruciari, cruciatū ferreis pectinibus dilaniari, ⁊ carnifices ad crudelius seuiendū verberib⁹ fecit vrgeri. Sȝ ista q̄tuor tela que sustinuit vicit p q̄tuor arma que habuit. Primū fuit volūtas patiendi. Unde dicebat. Hoc est qd̄ semper optaui: ⁊ votis omnib⁹ concupiui. ij. Corinth. xij. Libēter gloriabor in infirmitatib⁹ meis. Scd̄m erat cōstātia sufferēdi. vn̄ ait. Uidebis me dei virtute plus posse dum torqueor, q̄ possis ipse q̄ torques. Et ideo illud qd̄ dixerat. Job negat ne pōt ipsi cōuenire affirmatiue Joānis. vj. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, neq̄ caro mea enea est. Ipse em̄ hūit fortitudinē lapidis: qr tormentis non cessit, ⁊ fortitudinem eris: qr dei laudes resonauit. Tertiū erat magnanimitas contennēdi: qr tyranni iram cōtēnebāt dicens. Cū mihi irasci magis putas: mō melius incipis misereri. Iudicū. ix. Da mihi i animo constantiā vt contēnā illam. Quartū fuit desiderium ampliora supplicia pa-

tiendi vnde dicebat. Hoc solū valde metuo qr te fingis mihi velle misereri, nolo vt aliqd minuas d̄ supplicijs, vt te victū in omnibus fatearis. Un̄ dixit de eo prudentius. Ridebat hic miles dei manus cruētas, increpās q̄ fixo nō pfundi⁹ intraret art⁹ vngula. Job. vj. Qui cepit me ipse cōterat soluat manū suā ⁊ succidat me. Secundū certamen habuit in craticule incendio: vbi totū corpus vncis ferreis aperitur: ardētes lamine infigūtur. sale ignis aspergit, tela ad viscera ⁊ extra iaciunt, sed ista quatuor vicit per q̄tuor arma que hūit. Primum erat oratio deuota vnde dicit. Sursum erectis luminibus dominū precabatur. Eccli. xxix. Aperiet os suū in oratione. Secūdū fuit magna mētis cōstātia Unde dicitur. Inter hec manet immobilis ille dei seru⁹. Thobie. ij. Immobilis i dei timore pmāsit. grās agens deo. Tertiū fuit charitas ignita. Unde dt Ambrosius. Torquetur vincēti⁹, tendit, flagellat, exuritur: sed inuict⁹ pro sancto nomine anim⁹ nō excutit plus ardēs igne celi q̄ ferri. Ignis celi est ipsa charitas: que in corde vincentij sic ardebat q̄ ignē exteriorē frigidū faciebat. ps. In meditatione tua exardescit ignis. s. charitatis diuine. Et locutus sum i lingua mea. s. ꝯfessiōe fidei xp̄iane. Quartū fuit consciētia sincera per quam in omnib⁹ intēdebat placere deo nō mūdo. Unde dt Ambrosius. pl⁹ voluit vincenti⁹ placere deo q̄ foro, pl⁹ dilexit mori i domino, q̄ viuere in mūdo ad Ephesios. vj. Non quasi hominib⁹ placētes: sȝ deo q̄ probat corda nostra. Tertium certamē hūit i carceris ergastulo. Nā tyrān⁹ fecit ipsum in obscuro carcere includi testas ibi acutissimas congeri. In ligno pedes affigi, ⁊ sine vllo omni hūano solatio relinqui. Sed ista q̄tuor Christus in gloriā commutauit: quia carcerem obscurū luce ineffabili illustrauit, floribus amenissimis carcerē aspersit, pedes resoluit, societatē angelicā destinauit: nec mirū. Ipse nāq̄ habuit vitā lucidā: ideo nō debuit i obscuro sed in luce manere. ij. Corin. vj. Que societas lucis ad tenebras. Habuit cōsciētiā floridē, iō nō debuit fulciri asperitate testaꝝ. Cantico. ij.

stam patitur: nisi ab altissimo fuerit emis
sa visitatio. Istã sapiẽtiam fantasticam
vincẽtius vicit: qr licet esset archidiaco-
nus in honore magno cõstitutus: tamen
omnia presentia respuit ꝛ contempsit: et
bona celestia que sunt bona veraciter cõ
cupiuit. Umbraticã sapiẽtiã habent illi
q̃ instar equi vmbratici pericula falsa ti-
ment vera tamẽ nõ timẽt. Tribulatiões
em̃ presentis vite sunt quasi quedã vm-
bre ꝛ futurarum penarum picture. Bea-
tus aũt vincẽti⁹ istã sapiẽtiã vmbraticã
vicit: qr p̃sentes penas contẽpsit: ꝛ ideo fu
turas euasit, vnde dicere poterat illud.
Sap.xv. Nõ em̃ i; errorẽ induxit nos ho
minum male artis excogitatio: nec vm-
bra picture, labor sine fructu. Secundo
ponit eius retributio cũ gloria eterna: cũ
dicit. Dabo tibi mãna absconditũ ꝛ cal
culum cãdidũ. Per mãna intelligitur bea
titudo anime. Per calculũ glorificatio
corporis. Beatitudo autẽ anime consistit
in dei cognitione ꝛ dilectione cogniti ꝛ
dilecti ꝑpetua ratione significatur autẽ
beatitudo anime p mãna ratione sapo-
ris immutationis ꝛ nominis. Nã in sapo
re intelligit dei cognitio: sicut dicit Exo
di.xvj. Sapor mãne erat quasi simile cũ
melle: simila de terra orit: mel celeste ro
re gñat. ꝛ ideo per similã christi humani
tas per mel ei⁹ diuinitas intelligit. Per
fecta autẽ cognitio consistit i visiõe hu-
manitatis ꝛ contẽplatione diuinitatis.
Joãnis.xvij. Hec ẽ vita eterna vt cogno
scãt te solum verum deũ ꝛc. Perfecta au
tẽ dilectio intelligitur per mãna ratione
immutationis: immutabat em̃ palatuz,
ꝛ omnẽ saporẽ: vt habet Sapiẽtie.xvj.
Beati enim ad quodcunq; se diuertunt:
ibi dulcedinẽ inueniẽt: nã conuertẽdo se
ad deum: delicias infinitas haurient. Cõ
uertẽdo se ad angelos vel sanctos siue
celum nouum ꝛ terrã nouã: ibi sanitatem
inueniẽt. Sicut em̃ apis ex quolibet flo-
re rorẽ sugit vnde mel componit: sic bti
ex qualibet re materiam sue dilectionis
inueniẽt vnde dulcedinẽ assumunt. Eter-
na autẽ possessio cogniti ꝛ dilecti intelli-
gitur p mãna ratione nominis. Dicit em̃
n mãna quod sonat quid ẽ hoc ꝛ est ver
bum ammirationis siue congratulatio-
nis. Beati enim admirabuntur de tãta
dei liberalitate ꝛ congratulabuntur de
perpetua sua eternitate. Esa.lx. Tunc vi
debis ꝛ afflues ꝛ mirabitur cor tuum et
dilatabit ꝛc. Per calculuz autẽ significa
tur glorificatio corporis. Calculus nã q̃
qui secundum aliã trãslationẽ dicit mar
garita siue carbunculus est puus in q̃ no
tatur subtilitas. Est rotundus in quo no
tat agilitas est lucidus in quo notat cla
ritas ꝛ est solidus i quo notat eternitas.
De his q̃tuor dotibus corporis dicitur.
Sapientie.iij. Fulgebunt: ecce claritas.
Justi ecce immortalitas: qr sicut dicitur.
Sapiẽtie.j. Justitia ꝑpetua est ꝛ immor-
talis. Tãq; scintille: ecce subtilitas. In
arũdineto discurrent: ecce agilitas.

¶ Sermo.lxxj. de Eodem.
Sermo tertius.

Vidi et ecce equus albus ꝛ qui sede-
bat super eum habebat
arcum: ꝛ data est ei coro-
na ꝛ exiuit vincens vt vince
ret. Apocaly.vj. Beatus
vincẽtius dicitur equus dei inquãtuz no
men dei predicãdo portauit: ꝛ dicit mi-
les dei inquãtũ de hostib⁹ triũphauit. In
verbis aũt p̃missis primo describit iste
equ⁹ dei. Scdo iste miles dei. Equus au
tẽ describit a duobus. Primo a fortitudi
ne in eo q̃ vocat equus. Job.xxxix. Nũ-
quid p̃bebis equo fortitudinẽ supple nõ.
nisi ego. Scdo a pulchritudine cũ dicit
Albus. Fortitudo aũt isti⁹ eq̃ appet qr
portauit magna põdera, magna suppli-
cia, magna q̃dẽ numerositate, acerbita-
te, ꝛ diuturnitate. Fuerũt nãq; ei⁹ suppli
cia multa ꝛ põderosa ac numerosa: sicut
p; in legẽda: vt possit dicere cũ ꝑpheta.
Oẽs fluct⁹ tuos induxisti sup me. Jdẽ
Sup dolorẽ vulnerũ meorũ addiderũt.
Job.xvj. Cõcidit me vulnere sup vuln⁹.
Fuerũt etiã in magna acerbitate. Uñ po
terat dicere secũdi Machabeo.vj. Dñe
qui habes sctãz sciẽtiã, tu manifeste scis
qr duros i corpore sustineo dolores, non
tm̃ duros: sed duriores ꝛ durissimos.
Duros: qr i craticula assabat. Duriores
quia tela ad viscera iaciebãtur. Durissi-

morozq3 ossa frãgebantur. Fuerũt etiaȝ magna in magna diuturnitate: q2 nõ fuit decapitat⁹ nec subito mortuus: ſ3 nouis supplicijs reseruat⁹. ps. Dolor me⁹ renouatus e ſt ⁊c. Et hieremie decimoquinto. Quare fact⁹ est dolor me⁹ perpetuus: id est diuturn⁹ ⁊ lõgus respondet domin⁹. Si separaueris pciosum a vili quasi os meũ eris: ac si dicat. Ideo ista pateris vt anima tua pciosa a vili corpore separet̃ et mihi familiaritate iungeret̃. Quia igitur sic fuit fortis ad portãdum supplicia tam multatã: acerbatam diuturnã. Ideo exclamat prudẽti⁹. O miles inuictissime fortissimorũ fortior. Jam te seua et aspera tormẽta tremũt victorem. Secũdo describit̃ iste equus a pulchritudine cũ dicitur alb⁹: ostẽditur ꝙ fuit a Christo speciali amore dilectus. Cãticorum quinto. Dilectus me⁹ cãdidus ꝙ fuit Christi sanguine dealbat⁹. Apocalypsis vigesimotertio. Lauerũt stolas suas: ⁊ dealbauerũt eas i sanguine agni ꝙ est familie xpi ascriptus. Apocalypsis tertio. Ambulabũt mecũ in stolis albis. Et ꝙ est in q̃driga tertia collocat⁹. Nã sicut dicit̃. Zach. sexto. In quadriga pria sunt equi rufi: id est martyres. In secũda equi nigri: id est confessores. se per penitentiam denigrãtes. In tertia equi albi: id est virgines innocẽtes. Beatus autem vincentius in hac triplici quadriga fuit: quia sanguinẽ suũ fudit ⁊ se in penitẽtia macerauit ⁊ in innocentia se cõseruauit. Secũdo describitur miles: ⁊ maxime a quinq3. Primo a nomine cum dicitur vincẽs. Secundo ab officio siue ab arte cum dicitur habebat arcũ. Tertio a cordis magnanimitate cum dicit̃. Exiuit vincẽs. Quarto a finali ⁊ recta intẽtiõe: cũ dicit̃ vt vinceret. Quinto a palma victorie: cũ dicitur, ⁊ data est ei corona. ¶ Circa primum notãdum ꝙ ipse habuit nomẽ celebre: id est victoriosum: quia; vincẽs siue vincẽtius est appellatus Ruth. iiij. habeas nomẽ celebre i bethleem. i. in ecclĩa militanti ⁊ triumphãti: primi paralipomenõ. xj. Ipse erat inter tres nominatissim⁹ ⁊ inter tres scõs et inclytus. Tres nominatissimi sunt, martyres cõfessores ⁊ virgines. Ipse eñ est nominatissimus inter martyres: q2 durissima supplicia pertulit. Inter cõfessores quia fidẽ xpi constãtissime confess⁹ fuit ⁊ inter virgines, q2 sincerissimam puritatem seruauit. Sed parũ esset si miles haberet nomẽ celebre ⁊ nõ exerceret officiũ militãtis: ideo secũdo cõmendat̃ ab officio siue arte: cum dicitur. habebat arcum: Habebat eñ iste miles officiũ sagittãdi ideo vnã sagittam iecit in deum: que fuit sagitta deuote oratiõis: vnde dicitur de eo. Erectis in celũ luminibus dominum deprecabatur. ij. Regum. j. Sagitta Jonathe nunq̃ abijt retrorsum. Tũc eñ sagitta retrorsum abijt, qñ oratio a deo vacua recedit. Secũdã iecit in seipsum que fuit sagitta diuini timoris quo carnẽ suã cõfixit. ps. Cõfige timore tuo carnes meas ⁊c. Tertiã iecit cõtra diabolũ q̃ fuit sagitta humilitatis, qua ipsum superbũ grauiter vulnerauit. ps. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Esa. lj. Nũquid non tu percussisti superbũ vulneratum draconẽ. Quartã iecit cõtra tyrãnũ que fuit sagitta dure increpationis. ps. Sagitte potẽtis acute cũ carbonib⁹ desolatorijs: ista eñ sagitta fuit potẽs: quia iram tyranni nõ timuit: ⁊ fuit acuta quia eius cor medullitus penetrauit ⁊ fuit accẽsa: q2 zelo dei hoc fecit. S3 multorũ sagitte sunt debiles propter timorem: ⁊ retruse propter puatũ amorẽ, ⁊ frigide propter zeli remissionẽ. Sed parũ pdesset si miles haberet officiũ militare ipsum tamẽ nunq̃ exerceret nec ad bellũ pcederet: ideo tertio cõmẽdatur a cordis magnanimitate, cũ dicitur. Exiuit. s. ad certamẽ. Sunt tria que militẽ retrahũt: ne ad bellum procedat aut amor inordinat⁹ sui: aut timor cuiuslibet aduersi: aut defect⁹ exẽpli: id dominus milites suos admonẽs dicit Luce nono. Si q̃s vult venire post me abneget semetipsum ⁊ tollat ⁊c. Ecce quia non debet diligere: s3 despicere: seipsum ⁊ tollat crucẽ suam. Ecce q2 non debet timere aliquod aduersum ⁊ sequat̃ me. Ecce gloriosum exẽplum: ista tria retrahentia nõ habuit Uincẽti⁹: Unde dicit Aug. Quid eñ mirũ si in illo vicit Uincẽti⁹ a quo vict⁹ est mũdus ecce exhibitũ exemplũ. Deinde ponit alia duo dicẽs. Duplicem aciẽ mundus produxit cõtra milites xpi. Blãdit̃

enim vt decipiat: terret vt frāgat nō nos teneat propria volūtas, nec terreat aliena crudelitas: ⁊ victus est mūdus. Sed vilis miles esset qui ad bellū pcederet ⁊ ibi nō intenderet vincere, sed expoliare. Ideo quarto cōmēdat a finali ⁊ recta intentiōe. cū dicitur. Ut vinceret. Nō eñ vincentius affectauit spolia mūdi: sed tm̄ vt vinceret ad gloriā dei: ⁊ ideo in oībus victor fuit nā vicit in aere in equuleo extensus. Uicit in igne sup craticulā positus. Uicit in terra in testis acutissimis inuolutus. Uicit in aqua, in mare, pꝛiect⁹: ideo clamabat Aug. dicēs. Beatus Uincētius vicit in verbis, vicit in penis, vicit in confessiōe, vicit in tribulatiōe, vicit exustus. Parū etiā valeret similes vincere intēderet: ⁊ tamen cū efficacia victoriā nō obtineret. Iō qnto ꝯmēdat a palma victorie cū dr̄ Et data ē ei corona ꝺ q̄ corona dixerūt sibi āgeli. Agno sco vincēti: qr̄ p cuius noīe decertasti ipse tibi coronā preparatā seruat in celis q̄ te fecit victorem in penis. Diabol⁹ nāq ꝯtra sctōs cōcitat pugnā: iō dr̄. Decertasti. Sz de⁹ dat victoriā ideo dicitur. Qui te victorē fecit in penis: ⁊ post victoriā dat coronā: ideo dicit. Ipse tibi coronā pparatā seruat in celis. Et sic ptz q diabol⁹ pparat malū pugne. Sz de isto malo dicit q De⁹ dat bonum victorie. ⁊ de isto bono elicit sanctis optimum corone eterne.

¶ Sermo. lxxiij. De eodē. Sermo. iiij.

Fortis ē vt mors dilectio dura sicut inferni emulatio. Canti. viij. Salomon ponit quinq fortissima quibus comparat fortitudinem charitatis. Primo nanq est fortis sicut mors. iō eñ dr̄. Fortis ē vt mors dilectio. Sicut eñ mors separat animā a carne: sic ⁊ charitas separat animā ab oī illicito amore. Facit eñ triplicē sepationē. Separat eñ aīam ab illicito amore mūdi. Mat. xj. Uenit separare hominē aduersus fratrē suū. Ab amore corporis pprij. Eccl. xlvij. Surrexit nathā ppheta: ⁊ q̄si adeps sepat⁹ ē a carne. Ab amore sui: qr̄ tales nō viuūt vita seu amore sui sz xpi. Gala. ij. Uiuo ego iā nō ego. viuit autē in me xps. Istā triplicē separationē charitas fecit in vincētio: Ipē eñ mūdū vicit, vt cātat de eo l q̄ ꝑssurā mūdi martyr vicit vincentius. Propriū corp⁹ cōtēpsit. Unde dixit datiano. Tormēta tua nō timeo sz hoc solum timeo qr̄ te fingis velle mihi misereri. Ipē eñ nō sibi sz xpō vixit. ij. Cor. v. Qui sibi viuūt nō sibi viuāt: sz ei q̄ p ipsis mortuus ē ⁊ resurrexit. Scdo charitas est fortis sicut infernus. Uñ sequit. Dura sicut infernus emulatio. Sicut eñ infern⁹ animas fortit retinet ⁊ custodit: ita q nullā pdit: sic amor dei sanctū vincētiū tā fortiter christo vinxit: q ab eo separari nō potuit. Ro. viij. Quis ergo nos separabit a charitate christi tribulatio an angustia? ⁊c. Ipse eñ traditus est carceri: vt fame macerarent equuleo vt flagellaret vngulis vt laceraret craticule vt assaret testis acutissimis vt vulneraret. Sz sic erat deo per amorē colligatus q nō poterat separari nec mirū. Ipsa eñ charitas erat illi sibi tanq vinculū quo deo erat colligat⁹. Collossēses tertio. Super omnia autem charitatem habete quod est vinculū perfectionis. erat eniz tanq adamas: p quē ad deū erat attract⁹. Hiere. xxxj. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserās. Erat tanq radix qua deo erat firmiter radicat⁹. Ephe. iij. In charitate radicati ⁊ fūdati. Tertio charitas est fortis vt ignis q̄ habet virtutē incēdēdi. Unde sequitur. Lāpades eius lāpades ignis atq flāmarū. facit enim incēdium amoris. Luce vltimo. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis ⁊c. incēdiū sermonis. Ecclesia. xxviij. Surrexit helyas q̄si ignis: ⁊ verbū illius quasi facula ardebat. incendium operis. Iob. xxxvij Nōne vestimēta tua, id est opera tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro. i. spiritu sancto. Auster enim est vētus calidus fecundatiuus pororū reseratiuus: qr̄ spiritussanctus et corda inflāmat: et ipsa per bona opera fecūdat: ⁊ ad diuinas ispirationes recipiēdas ipsa reserat. Istud triplex icēdiū charitas in beato vincētio fecit scilicet amoris in corde. Unde dicit inclytus vincentius accensus igne diuini amoris: feruoris in ore: vñ ait. Exurge et toto malignitatis spiritu debachare ⁊c. Et sermo

ris ĩ opere vnde dicitur de ip̃o ꝛ de aliis
quos charitas impleu t. Rom. xii. Spiri
tu feruētes dño seruiētes. Quarto chari-
tas est fortis imo fortior quã aqua: quia
magis extinguit. Aqua em̃ tribulationũ
nõ extinguit charitatē: ſ3 charitas ipsam
vnde sequit̃. Aque multe nõ potuerũt ex
tinguere charitatē. Facit autē ipsa cha
ritas multiplicē extinctionē. Nã extin-
guit ignē carnalis voluptatis. Eccli. iii.
Ignē ardentē extinguit aqua. Extinguit
sitim mũdane cupiditatis siue cõcupiscē
tie. Joh. iiii. Qui biberit ex aqua quã ego
dabo ei nõ sitiet ĩ eternũ. Extinguit aquã
misse aduersitatis. Sap. xix. Ignis vale-
bat in aqua supra suã virtutē. Sic ĩ vincē
tio charitas extinguit voluptatē per pu-
dicitiã siue prudentiã. Sap. vii. Ueni ad
corpus coinquinatũ. Cupiditatē per tem
perãtiã. i. Cor. vii. Qui vtuntur hoc mũ
do tanq̃ nõ vtant̃. Aduersitatem per pa
tientiã. i. Corin. iiii. Persecutionem pati-
mur ꝛ sustinem⁹. Quinto charitas est for
tior flumine: id est omni mũdana aduersi
tate. Unde sequit̃: nec flumina obruent il
lam. Mat. vii. Descendit pluia ꝛ venerũt
flumina ꝛ flauerunt venti ꝛc. Est em̃ que-
dã aduersitas veniēs a deo iuste infligē
te. Et hec est pluuia que de celo descen-
dit. Ista non potest obruere charitatem
quia eã portat patienter. Hiere. x. Plane
hec infirmitas mea ē ꝛ portabo illã. Que
dam a diabolo immittente. Ista est vētus
qui ab aere venit. Ista nõ potuit obruere
charitatem: qꝛ resistit fortiter prime Pe-
tri quinto. Cui resistite fortes in fide, scilicet
operãte per dilectionē. Quedã a tyran-
no seuiente. Ista nõ potuit obruere chari
tatem: quia eã sustinet perseueranter. pri
me corinthioꝝ xiii. Charitas oĩa suffert.
beatus autē vincentius siue pluuiam ad
uersitatis immissam a deo: siue ventũ tē-
tationis immissum a diabolo: siue flumen
persecutionis immissum a tyrãno nõ tan
tum portauit patiēter: fortiter ꝛ perseue
rãter ſ3 etiã gaudēter qꝛ oĩa mala ꝛ ad-
uersa ꝑ xp̃o pati quēdã ludũ et quodã so
latiũ reputabat. vñ dicit. Prudenti⁹ ip̃m
respõdisse daciano. Tormēta carcer: vn
gule stridēsq̃ flãmis lamina: atq̃ ipsarũ
penarũ vltima mors Christianis ludus est.

¶ Sermo. lxxiiii. De conuersione san-
cti Pauli. Sermo primus.

Quoniam die
ac nocte grauata ē sup me
manus tua. Cõuersus sum
in erũna mea dũ ꝯfigit̃ spi
na. ps. Possunt esse hec ver
ba beati pauli regratiãtis deo de sua cõ
uersiõe: ꝛ ꝯuersiõis mõ. vbi duo ponunt̃.
Primũ est sua gloriosa conuersio cum sci
licet dicit̃. Cõuersus sum in erumna mea.
Secundum est ꝯuersiõis mod⁹. cũ dicit̃.
Quoniã die ac nocte grauata est sup me
manus tua dum cõfigit̃ spina. Circa pri-
mum notandũ q̃ ante conuersiõē tripli-
cem patiebatur erumnam. Una est quia
sygnagogam nimis zelabat. Galathas
primo. Abundãtius emulator existēs pa
ternaꝝ meaꝝ traditionũ. Secũda est quia
ecclesiam christi nimis impugnabat. Ibi
dē. Supra modũ persequebar ecclesiã
dei ꝛ expugnabã illam. Tertia quia no-
men christi nimis odiebat. Actuũ nono.
Nonne hic est qui expugnabat eos q̃ in-
uocabãt nomē istud. De his tribus dicit
prime ad Thimotheũ primo. Qui prius
fuit blasphemus qꝛ s. nomē christi blas-
phemabã. ꝛ persecutor quia ecclesiã xp̃i
persequebar. Et contumeliosus: quia in
contumeliã nominis christi synagogam
nimis zelabã. Sed ab ista triplici erum-
na ꝯuersus est videlicet in synagoge eua
cuatorē: in ecclesie fundatorem: ꝛ ipsius
nominis christi portitorē. De his tribus
dicitur. Actuũ nono. Uas electiõis mihi
est iste vt portet nomē meũ. ecce quia fuit
nominis christi portitor coram regibus
et gentibus ipsos ad fidē christi conuer-
tendo. ecce quia fuit ecclesie christi fun-
dator ꝛ filiis ipsos scilicet cõfundēdo et
conuincendo. ecce qꝛ fuit synagoge eua-
cuator. Secundo ponitur modus sue cõ
uersionis: qui quidē fuit triplex. Est enim
conuersus per lucē refulgentē per virtu-
tem potentem per vocem obiurgantem.
Primo nãq̃ cõuersus fuit per lucem re-
fulgentē quod notatur cum dicitur. Quo
niam die ac nocte. Illa enim lux que ip̃m
circunfulsit fuit ei nox inquantũ ip̃m ex-
teri⁹ excecauit. Et fuit dies inquãtũ ip̃m

Qui mane vigilat ad illam scilicet sapien= tiaz nō laborabit. Sap. vi. Beatus Greg. qui vigilās interpretatur. Ad sapiētiā de mane vigilauit. qr in sua adolescētia querere cepit eā ⁊ tantum desiderium in eo adiscēderat q laboꝛes nō sentiebat. Gen. xxix Uidebātur ei dies pauci pre amoris magnitudie. Ideo sapiētiā adin uenit: qr in libris sapie vigilādo studuit q sunt qnq libri scz liber cōsciētie: liber vite: liber scientie: liber gratie ⁊ nature: tres enim primi significātur Gen. p tria ligna que erāt in paradiso. Liber eñ cō sciētie significat per lignum qd erat pul chrum visu ⁊ ad vescēdum suaue: qr con sciētiam bonam deus intuet libenter ⁊ i ea delectat. Liber sciētie significatur p li gnū sciētie boni ⁊ mali: qr p sciētiā bonū ⁊ malum cognoscūtur: liber enim vite si gnificant p lignū vite qd erat in medio paradisi. Quart⁹ est liber gratie qui scri bit hominem intus p virtutū varietatez, ⁊ foris p morum honestatez. Apoc. v. Ui di in dextera sedētis librum scriptū in= tus ⁊ foris. Ult⁹ est liber nature. i. crea turarū in quo legere possunt tam scien= tes q nesciētes, ⁊ cognoscere dei poten= tiaz ⁊ magnitudinē: sapientiā, ex ordine bonitatē ex fine: qr sūt valde bona. Esa. ix. Dabitur liber nesciēti literas. In his quinq libris vigilando studuit: ⁊ ab his omnes libros suos extraxit ⁊ exēplauit. Quia in his sic vigilauit, ideo quinq ge neribus holm ad quos spectat vigilare cōparari potest. vt habet Eccli. xxxviij. scilicet aratori, pictori, doctori, fabro, ⁊ figulo. Primo igitur vigilādo studuit in libro cōsciētie per vitiorū extirpationem ⁊ virtutū plantationez. Nā de corde suo eradicauit supbiā, ⁊ plātauit humilita= tem. Unde in literis suis primus seruus seruorum dei appellatur. Eradicauit auaritiā ⁊ plātauit liberalitatem: quia ad pauperes liberalissimus erat. Eradi cauit immūdiciā ⁊ plātauit puritatez: qr virgo fuisse creditur. Ab isto libro con= scientie extraxit ⁊ explanauit librum mo raliū: qr ibi docet extirpationem vitiorū ⁊ plantationem virtutum. Hiere. i. Con= stitui te super gentes, id est super malos gentiliter viuētes. Et super regna: id est super bonos in quibus regnat per grāz: vt scilicet a malis euellas ⁊ destruas vi tia ⁊ in bonis edifices ⁊ plātes virtutes: ⁊. qr in libro cōscientie sic vigilando stu=

plevit torqular. Eccles. xxxiij. Magna humilitas beati gregorij qui cum fuerit doctor excellētissim⁹: tñ vocat se nouissimū, ꝛ cū de sacra pagina magnas vuas. i. libros collegerit se tñ collegisse racemos asserit. In verb:s igit̄ a quatuor cō mendatur. Primo a ꝓfunda humilitate cordis in eo ꝙ vocat se nouissimū ꝛ colligentē racemos q̄ tñ vt dictū est fuit eximius doctor ꝛ collegit sensus ꝓfundos, huius aūt doctoris humilitas in sua doctrina maxime apparet q̄tum ad q̄tuor. Primo q: scripta sua in cōparatione aliorum vilia reputabat. vnde dicit in epistola ad innocentiū africe prefectū. Si delicioso cupitis pabulo saginari beati Augu. opuscula legite ꝛ ad cōparationē illius similaginis nr̄m furfurē nō queratis. Secūdo q: scripta sua q̄diu viueret publicari nolebat vñ ait ibidē. Neq3 enī volo dū in hac carne sum: si qua me dixisse cōtingit ea facere hominib⁹ innotescere. Tertio q: aliquē puluerem humane laudis furtim in se cognoscebat. Vñ ait in fine moralium. Dum radicē pure intētionis cōspicio: deo quidem ex ea me summopere voluisse placere cognosco. Sed eidē intētioni furtim: s3 nescio q̄uo humane laudis appetitus interserit. qd cū iam postmodū tardius ꝙ discerno: inuenio me aliter agere qd scio me aliter īchoasse. Quarto q: se aut mala incaute aut bona nō bñdixisse metuebat. vñ ait. ꝛ q̄dē mala me aliq̄ñ dixisse: ꝛ si nō inuenio, tñ q: omino nō dixeri3 nō defendo. Bona vo si qua diuinit⁹ accipiēs dixi: meo vtiq3 iudicio min⁹ me bñ dixisse ꝯfiteor. Scdo ꝯmēdat̄ a vigilātia solicitudinis: cū dicit̄. Uigilaui, vñ ꝛ Grego. interp̄tat̄ vigilās. Uigilauit aūt tripl'r. Primo quātum ad se ꝑ vite ꝑfectionē. Cui⁹ q̄dē perfectionis tria erāt signa: sc3 q: terrā despiciebat celestia appetebat, ꝛ mortē desiderabat. Ista tria ponit in ꝓlogo super dialogū dicēs Infelix anim⁹ me⁹ meminit q̄lis fuit q̄uo ei labētia cuncta subter erāt ī monasterio: ꝙ nulla nisi celestia cogitare ꝯsueuerat ꝙ mortē quoq3 pene cū ctis pena est. i. vt ingressum vite ꝛ laboris sui p̄miū amabat. Scdo vigilauit q̄tū ad deū ꝑ cōtēplationē, cōtēplabat̄ q̄dem dei maiestatē in orone. Eccl'. xxxix. Cor suū tradidit ad vigilādū diluculo ad eū q̄ fecit eū ꝛc. Cōtēplabat̄ dei veritatē in locutione. ij. Tim. iiij. Tu vero vigila ꝛ in omnibus labora: opus fac euāgeliste ꝛc. Ipseq3 ꝯtēplabat̄ bonitatē dei in meditatiōe. Prouer. viij. Beatus qui audit me ꝛ vigilat ad fores meas q̄tidie: q: inueniet me. qui autē inuenit me, inueniet vitā ꝛc. In his enī tribus marie eminuit beatus Greg. sc3 in orādo, ī legēdo, ꝛ in meditādo. Tertio vigilauit quātum ad proximū ꝑ sollicitā ꝓuisionē. Necessario enī vigilare voluit sciēs se datū in speculatorē in medio hostiū. Ezechi. iij. Speculatorem dedi te domui israel. In pastorē in medio luporū. ideo voluit vigilare cū Jacob q̄ dicebat. Gen. xxxi. Die noctuq3 estu vrebar ꝛ gelu. Fugiebatq3 somnus ab oculis meis. In gubernatorē in medio fluctuū. Unde periculosum esset si gubernator dormiret. Prou. xxiij. Eris sicut dormiēs ī medio maris: ꝛ q̄si sopitus gubernator amisso clauo. Tertio cōmēdat̄ a spe ꝛ fiducia diuine miserationis: cū dicitur. In benedictione dei ꝛ ipse sperauit, valde enī de dei miseratione sperare potuit qui tāti meriti extitit ꝙ potuit in deū q̄ñ sc3 per orationes ipsum ad misericordiā inclinauit qui traiano a pena eterna pepcit. Gen. xxxij. Si cōtra deū fortis fuisti ꝛc. Potuit in angelum, q: ipsum placauit. cū enī Greg. pro peste oraret vidit angelū gladiū cruentatū tergentē ꝛ reponētē: potuit in diabolum, q: ipsu3 fugauit. Nā falcē de manu petri accipiēs os eius ꝛ faciē exussit, et admodum ethiopis denigrauit. potuit in celum: quia in eius obsequiū columnā ignis destinauit, potuit in infernū quādo vt dictum est: animā traiani ab inde suis precibus eduxit, potuit in purgatorium quando quendam monachum in excommunicatione defunctum lecta super eius foueam absolutionis cedula de purgatorio extraxit: prout ipse postmodū apparens asseruit. Quarto commēdatur a copia doctrinarū ꝛ instructionis: cum dicitur, ꝛ quasi qui vindemiat repleuit torcular. per torcular significat̄ sacra scriptura: q: sicut in torculari sunt diuerse

vue: sic i sacra scriptura diuerse sunt sen
tentie. Uel significat ecclesia: qr sicut in
torculari vue debēt exprimi. sic sacra scri
ptura in fide ecclesie debet exponi. Uel
significat quelibet fidelis anima: qr de⁹
sibi sicut in torqunlari exprimit vinū gra
tie z sapiētie. Beat⁹ enim Greg. torcular
sacre scripture impleuit diuersis exposi=
tionibus. Sicut em̄ in torculari sunt vue
magne mediocres z racemi: sic in sacra
scriptura fiunt expositiones magne ana
gogice siue celestes. Fiunt mediocres. i.
allegorice siue spirituales fiunt parue. i.
tropologice, siue morales. Fiūt racemi,
id est historice siue literales, ipse em̄ oib⁹
istis vūs z modis sacrā scripturā expo=
suit. Secūdo impleuit torculare eccl'ie of
ficiorū. Stare fecit circa altare cātores.
Ipse enim ordinauit missale z gradale:
id dicit. Stare fecit iuxta altare cātores.
Ordinauit hymnos, ideo sequit. In so=
no eorū dulces fecit modos. Ordinauit
missas. ideo sequitur. Dedit in celebra=
tionib⁹ dec⁹. Ordinauit officium in septē
horis decātanduz perpetuo, ideo subdi
tur: Ordinauit templū in consummatio=
ne vite. Ordinauit antiphonariū in ma=
tutinis substātialiter decātandum: ideo
subdit. Et ampliauit mane sanctitatem
dei. Tertio impleuit torcular ale varijs
instructionib⁹. Nam docet prelatos in
pastorali. Docet etiam subditos. Sed
subditorū quidā sunt incipiētes. hos do
cet per exempla in dialogo. Quidā pro=
ficientes. hos docet in omelijs. Quidam
perfecti. hos docet per occulta mysteria
in expositione super Ezechielem, hos āt
omne docet in moralibus. Ibi enim in=
struūtur prelati qualiter subditos regāt:
incipiētes qualiter viuāt: proficientes q̄=
liter de virtute in virtutem proficiant: et
perfecti qualiter consummationem ap=
prehendant.

¶ Sermo. xciij. De eodem ser. iij.

QUi mane vigi
lat ad illam scilicet sapien=
tiā nō laborabit. Sap. vj.
Beatus Greg. qui vigilās
interpretatur. Ad sapiētiā
de mane vigilauit. qr in sua adolescētia
querere cepit eā z tantum desiderium in
eo adiscēdi erat q laborē nō sentiebat.
Gen. xxix. Uidebātur ei dies pauci pre
amoris magnitudie. Ideo sapiētiā adin
uenit: qr in libris sapie vigilādo studuit
q̄ sunt quinq libri scz liber cōsciētie: liber
vite: liber scientie: liber gratie z nature:
tres enim primi significātur Gen. p tria
ligna que erāt in paradiso. Liber em̄ cō
sciētie significat per lignum qd erat pul
chrum visu z ad vescēdum suaue: qr con
sciētiam bonam deus intuet libenter z i
ea delectat. Liber sciētie significatur p li
gnū sciētie boni z mali: qr p sciētiā bonū
z malum cognoscūtur: liber enim vite si
gnificant p lignū vite qd erat in medio
paradisi. Quart⁹ est liber gratie qui scri
bit hominem intus p virtutū varietatez,
z foris p morum honestatez. Apoc. v. Ui
di in dextera sedētis librum scriptū in=
tus z foris. Quīt⁹ est liber nature. i. crea
turarū in quo legere possunt tam scien=
tes q̄ nesciētes, z cognoscere dei poten=
tiā z magnitudinē: sapientiā, ex ordine
bonitatē ex fine: qr sūt valde bona. Esa.
ix. Dabitur liber nescienti literas. In his
quinq libris vigilando studuit: z ab his
omnes libros suos extraxit z explanauit.
Quia in his sic vigilauit, ideo quinq ge
neribus hoim ad quos spectat vigilare
cōparari potest. vt habet Eccli. xxxviij.
scilicet aratori, pictori, doctori, fabro, z
figulo. Primo igitur vigilādo studuit in
libro cōsciētie per vitiorū extirpationem
z virtutū plantationez. Nā de corde suo
eradicauit supbiā, z plātauit humilita=
tem. Unde in literis suis primus seruus
seruorum dei appellatur. Eradicauit
auaritiā z plātauit liberalitatem: quia
ad pauperes liberalissimus erat. Eradi
cauit immūdiciā z plātauit puritatez: qr
virgo fuisse creditur. Ab isto libro con=
scientie extraxit z explanauit librum mo
raliū: qr ibi docet extirpationem vitiorū
z plantationem virtutum. Hiere. j. Con=
stitui te super gentes, id est super malos
gentiliter viuētes. Et super regna: id est
super bonos in quibus regnat per grāz:
vt scilicet a malis euellas z destruas vi
tia z in bonis edifices z plātes virtutes:
z qr in libro cōsciencie sic vigilando stu=

multi et libros moralium inde extraxit: ideo cōparatur aratori vigilanti. Cor inquit dabit ad versādū suos sulcos: et vigilias eius in sagina vacarum. In libro quidem moralium multos fecit sulcos: scilicet in scriptura eradicādo dubietates et plantando veritates. In ecclesia eradicando prauitatem hereticam, et plantando catholicā fidem. In anima eradicando vitia: et plātando virtutes, et vigilias et studium suū in signa vacarum, in pinguedine animarū. Secūdo studuit in libro scientie p pastoralis officij plenā cognitionē. Officium enim pastorale est liber scientie: quia sicut dicit Gregorius Nazanzenus. Reuera mihi esse videtur ars artium: et disciplina disciplinarū hominem regere vel imbuere q̄ est inter omnes animantes maxime moribus varius et voluntate diuersus. Ab isto libro scientie Gregorius extraxit et exemplauit librum pastoralem in q̄ plene docet omnes pastores. Unde ait ibidē. Pensandum est ad culmen regiminis quisq̄ qualiter perueniat, atq̄ ad hoc rite perueniēs qualiter viuat. et bene viuēdo qualiter doceat: et bene docens infirmitatē suam quanta consideratione cognoscat. De primo sic ait cū regiminis culmen imperatur si donis pollēs tus est: q̄ alijs prosit debet ex corde fugere. De scd̄o sic dicit. Cōsiderandū est q̄ tam causam populi presul suscepit: quasi ad egrū medic⁹ accedit. Quia ergo presumptiōe peccuissum mederi properat qui in facie vuln⁹ portat. De tertio sic dicit. Ab imperitis pastorale magisteriū q̄ temeritate suscipit quādo ars artium est regimen aiarū. De quarto sic dicit. Dum rector foris imēso fauore circūdat: int⁹ veritate vacuat. Et q̄ i hoc libro sciētie sic vigilādo studuit, et librū pastoralē inde extraxit ideo assimilatur fabro vigilāti. Uox incudis male innouat aurem ei⁹: et vigilia sua ornauit imperfectionem. Malle⁹ ferrum domat et incudem firmat: et suauē sonū generat. Sic prelati debent domare duros et inquietos. Consolari pusillanimes et infirmos: et patienter se habere ad omnes. Istam regulam apostolus tangit. j. Tessalonicen. v. Rogamus vos fratres corripere inquietos. Tertius est liber vite: scilicet christus in quo beatus Greg. vigilādo studuit: et inde spirituales delicias et delectatione exhausit. Ab isto libro extraxit: et exemplauit expositiones quas fecit super Ezechie. c. Neq̄ enim tam profunda et occulta mysteria cognoscere potuisset nisi ea a libro vite habuisset et spūssanct⁹ ei reuelasset: vn̄ petrus dyacon⁹ vidit spiritū s. nctū in colūbe forma sup caput eius manētē: et verba que dicebat inferentē. j. Cor. ij. Spirit⁹ omnia scrutat: etiam profunda dei. Et q̄ in hoc libro sic vigilādo studuit et occulta misteria inde extraxit: nō assimilat doctori vigilāti. Un̄ dicit. Eccli̇a. xxxix. Sapientiam omniū antiquorū exquiret sapiens et occulta pūerbiorū exquiret: et in absconditis parabolarū cōuersabitur. et sequitur. Cor suū tradet ad vigilādū diluculo ad eū qui fecit illū et in conspectu altissimi deprecabit. Ubi ostendit q̄ ad ista occulta ascendit per cōtinuam et assiduam meditationē. Unde dicit. Cor suū tradet ad cogitandū, per cordis emūdationē: vnde dicitur diluculo. Ille eñ diluculo facit: q̄ corde suo omne tenebrosum expellit. Et p deuotā orationē, vn̄ dicitur. Et in cōspectu altissimi deprecabit. Quart⁹ est liber gratie. Et in isto studuit per oīm gratiarū et virtutū possessionem. Fuit eñ et intus virtutibus ornatus et foris honestis moribus decoratus. Ab isto extraxit et exēplauit ordinationē officij ecclesiastici. Et ꝓpterea ad hoc assimilat pictori vigilanti. Un̄ dicitur. Cor suū tradidit in similitudinē pictoris et vigilia sua perficiet op⁹. Ecclesia quodāmodo picta est in officio ecclesiastico multiplici colore. Primum colorem apposuit christ⁹ quādo dixit. Hoc est corpus meū. Secundum apposuerūt apostoli quādo orationē dominicā in missa dicenda ordinauerunt, et minorem symbolum apposuerūt. Tertiū apposuit Ignatius q̄ psalmos per antiphonas dicēdos statuit. Quartū apposuit Hilari⁹, q̄ Gloria in excelsis deo cōposuit. Quintū apposuit Nicena synod⁹ q̄ symbolū maiorē edidit. Sextū maiorē apposuit Athanasi⁹ q̄ fidē i psalmo Quicūq̄ vult ꝛc. sufficiētissime explanauit. Septimū apposuit hier. q̄ psalteriū p ferias

distinxit et Glia pri in fine psalmorum ordinauit. Octauus Ambrosius qui cantus hymnos et orones fecit Grego. vero opus fecit et perfecit qui graduale composuit. missam ordinauit: et totum officium tam diurnum quam nocturnum fecit. Quintus est liber nature: et in isto studuit per creaturarum considerationem: qui in ipsis vidit dei potentiam, sapientiam, et bonitatem et ab isto traxit libros quibus rudiores instruxit. s. homelias et dialogum. Tales aliqui instruuntur verbis et quantum ad hoc fecit homelias. Et aliqui exemplis, et quantum ad hoc fecit dialogum. Creature enim nos aliqui instruunt verbis ps. Celi enarrant gloriam dei. Aliqui exemplis ps. Preceptum posuit et non preteribit. Et quantum ad hoc assimilatur figulo vigilanti. vnde dicitur. Cor suum dedit vt consummet linitionem: et vigilia sua mundabit fornacem. Ipse enim per verba et exempla illos qui erant in vase contumelie formauit in vasa glorie. Iuxta illud. Eccl. l. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Fecit enim vt essent vas. per gratie redundationem: vt essent aurei. per charitatem succensam vt essent solidi per patientiam vt essent gemma. i. per virtutum refulgentiam.

¶ Sermo.xciij. De eodem. Sermo.ij.

Neptalim servus emissus dans eloquia pulchritudinis. Genesis. xlix. Tria namque sunt necessaria cuilibet perfecto prelato. Primo vt deus habitet in ipso per gratiam. Secundo vt sit sollicitus per operationem bonam. Tertio vt sit fructuosus per doctrinam: Ista tria habuit beatus Greg. que notantur in verbis premissis. Primo namque deus in ipso habitauit per gratiam: quod notatur cum dicitur. Neptalim quod interpretatur habitatio. Nam et pater in ipso habitauit per gratiam: dando sibi in miraculis magnam potentiam. Miracula enim operari spectat ad potentiam. Luce. ix. Dedit potestatem super omnia demonia et vt languores curarent. Filius in eo habitauit dando sibi presentiam suam. s. quando Grego. ipsum in forma peregrini recepit Et dando sibi suam carnem veram, quando hostiam visibiliter in veram carnem conuertit. Spiritussanctus in eo habitauit quod ostendit per speciem columbe: que super caput eius visa fuit: et per columnam igneam que super ipsum de celo descendit per quod datur intelligi quod habebat simplicitatem columbinam et charitatem ignitam: ideo poterat dicere. Pater et filius et spiritussanctus Iohan. xiiij. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Secundo fuit velox per operationem sollicitam cum dicitur Ceruus emissus. Ceruus autem habet velocitatem renouationem: et discretionem: Sic sanctus Gregorius fuit velox ad sequendum illum: de quo dicitur in. ps. Exultauit vt gygas ad currendam viam etc. Ideo fuit velox: quia deposuit velocissime omne pondus scilicet pondus diuitiarum quas omnes reliquit. Et de ipsis septem monasteria edificauit. Pondus deliciarum deposuit: quia corpus continue macerauit itaque infirmato stomacho vix subsistere valeret. Dum etiam esset in monasterio a matre sua crudis leguminibus pascebatur. Pondus honorum quia cum esset electus in summum pontificem fugit et se abscondit: sed indicio columbe celestis manifestatus erat. Non enim poterat latere propter vitam eminentem. Mat. v. non potest ciuitas abscondi super montem posita propter conuersationem fulgentem. Ibidem. Nanque accendunt lucernam etc. Propter famam redolentem. Eccl. xxiiij. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Res igitur alta, lucida et vaporosa abscondi non potest. Secundo ceruus habet renouationem: quando enim senescit cum serpente pugnat: et hausto veneno ardentissime sitit: et in fontem se proiiciens in oculis, pilis et cornibus ac pelle renouatur. Sic sanctus Gregorius et ceteri sancti cum demone pugnantes et eius tentationes vincentes ad fontem gratie refrigerantis currunt: et sic renouantur in intellectu: quia lympidius deum conspiciunt ad Ephes. iiij. Renouamini spiritu mentis vestre. Renouantur in affectu: qui feruentius deum diligunt. ps. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Renouantur in operatione: quia opera virtuosa faciunt. Ephe. quarto. Induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Tunc enim opera nostra virtuosa sunt quando sunt cum iustitia quantum ad proximum: et sancta quantum ad nos renouantur, quantum ad conuersationem extrinsecam, quia honestiorem con

uersationē induunt. Colossē. iij. Induentes nouum hominē q̄ renouatur in agnitionē dei. Tertio ceruus habet discretionem: et ius discretio in tribus attenditur scz in vulneris sanatione: in parturitiōe, et in cordis cōfortatione. Ceru⁹ eñ sagitta ꝑcussus pulegiū comedit: et sic sagittā proijcit. Cerua tragātiū comedit: et sic leuius parit. Ceruus etiā comedit quasdaz herbas medicinales habētes respectuz ad cor: et sic cor quod erat tremulū confortationē accipit. Habemus eñ tria gña herbarū quas ipse seru⁹ comedit: quarū vna valet ad sanandū, alia ad pariendū et tertia ad cōfortandū. Ista tria genera beatus Gregori⁹ habuit: et alios etiā habere docuit. Herba nanq̧ valēs ad sanādum est verbū dei. Sapiē. xvj. Neq̧ herba neq̧ malagma sanauit eos: sz sermo tuus dñe q̄ sanat et medetur omnia. Et sicut p̄ntia huius herbe est causa sanationis: ita absentia est causa mortis. Gregorius. Quisq̧ alimēta nō retinet hui⁹ ꝑfecto vita desperaš. Eterne ergo mortis periculū formidaš si nō c.bū sancte exhortationis accipitis. Si verba vite. i. alimēta iustitie i memoria nō tenetis. Secūda herba est memoria mortiſ. Esa. xl. Omnis caro fenū: et oīs gl̃ia e⁹ us quasi flos agri ec. et ista valet ad pariēduz. i. ad ꝑposita cōplēda ꝑ bona opera Greg. Ualde eñ se solicitat in bono opere q̄ semꝑ cogitat de extremo fine. Tertia herba ē meditatio dñice cō passiōis: que fuit herba multum amara Cantico. i. Fasciculꝰ myrrhe dilectus me⁹ mihi. Et ista valet ad cōfortādum et roborādū Greg. Si passio xp̄i ad memoriā reducit: nihil est q̄ nō equo animo tolleret. Tertio beatus Gregori⁹ fuit fructuosus primo ꝑ doctrinā. vnde dicitur. Dās eloquia pulcherrima et pulchritudinis. Ista autē eloqnia pulchritudinis trib⁹ modis dicit. ¶ Primo nanq̧ fuit predicator gratios⁹: et ideo dedit eloquia pulchre facundie. Dicit autem Augu. i libro de doctrina xp̄iana q̄ eloquēs in verbis suis agere debet: vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat, et vt pateat dz loq̄ clare et aperte: vt placeat debet loq̄ cōposite et ornate: vt moueat dz loq̄ feruenter et deuote. Talis eñ fuit eloquētia beati Gregorij. s. clara, deuota et ordinata. Clara, nihil habēs obscuritatiſ. Prouerb. xiiij. Doctrina prudētiū facilis. Ordinata, nihil hn̄s rusticitatis. Prouerbioꝝ. xxv. Lingua sapiētiū ornat sciētia. Deuota nihil habēs incipiditatis. Prouerbioꝝ. vj. Fauus mellis ꝟba cōposita. Scdo fuit sacre scripture cōpositor luculētissimus: et ꝙtū ad hoc dedit eloq̄a pulchre sententie. Eius eñ sententia et doctrina habuit pulchrā venustatē solidā veritatē, et dulcē suauitatem. Pulchra autem venustas in eloquio causata erat in tribus. s. a celesti sapiētia qua sanctus Grego. erat replet⁹. Que quidē sapiētia celestiſ pulchra administrat eloq̄a. vñ repellit Elim. Job. xxxviij. Quis est iste inuoluēs sententias ſmonib⁹ imperitis: ac si dicat Sententias celestes ꝓferre vult per imperitos sermones. Causata fuit a nobilitate senatoria. Vñ dt Hieř. de Esa. Esayas i ſmone discret⁹ est quippe vt. s. vir nobilis et vrbane eloquentie: nec hn̄s aliq̄d rusticitatis ad mixtū. Causata erat a rhetorica et philosophia: qr ēt i sua adolescētia magn⁹ philosoph⁹ et rhetor luculētissim⁹ habebatur. De his tribus diciš. Prouerbioꝝ. xx. Aurū et multitudo gemmarum et vas preciosum labia scientie. Labia enim sciētie beati Gre. fuerūt ornata auro. i. celesti sapiētia gēma, id est rhetorica philosophia. Et ista ꝓcedebat a vase ꝓcioso: qđ ꝓductū erat nobilitate senatoria. Secūdo eius doctrina habuit solidā firmitatem et veritatem. Cum eñ quidā emuli post mortem suā libros comburere vellent. Petrus dyaconus restitit asserēs se spiritū sanctuz in specie colūbe sup eū sepe vid isse: et desup iuramēto facto i morte sua iuramentum firmauit: ex quo patet q̄ doctrina ipsius approbata fuit ꝑ tria. s. ꝑ spiritū sanctum verba iferentē. Johānis. xvj. Paraclytus autē spiritus quē mittet pater i nomine meo ille vos docebit omnia. Per iurationem iteruenientem. Hebreo. vj. Omnis cōtrouersie finis ad confirmationē est iuramētuz: et per mortē subsequentem ibidem testamentum eñ i morte confirmatū est. Tertio eius doctrina habet dulcem suauitatē Est eñ i corde tanq̄ pigmentū ad medi-

candum. In ore tanquam mel ad proferendū, et in opere tanquam odor ad imitandū. Eccle.xlix. Memoria Josie.i.beati Gregorij qui seipsum in sacrificiū deo exhibuit. Quia Josias sacrificiū interpretatur. In cōpassione odoris facta. Ecce quam odorifera ad imitationē. Opus pigmētarij: ecce quam delectabilis est utique ad meditationez. In ore quasi mel dulcorabitur: ecce quam dulcis ad prolationē et ut musica in conuiuio vini. Ecce quā suauis ad auditionē. Tertio erat laudator dei deuotus: et quantū ad hoc habuit eloquia pulchre laudationis diuine: cū enim missa prius cōfuse diceretur: ipse eaz pulchre ordinauit statuēs ut in lingua triplici decantaretur: scilicet, greca: ut sūt Kyrie eleison: hebrea: ut sūt amen, et alleluia, et latina ut sunt cetera alia. Sicut enim iste tres lingue in ligno et titulo crucis posite cōfesse sunt christū morientem, sic voluit ut christus laudaretur in celo regnantē. Ordinauit etiam ut in ipsa missa fierent tres partes de corpore christi ad innuēdum quod corpus mysticum: id est Christi fideles sunt diuisi in tres partes Nam illa pars que ponitur in calice abscōditur et in vino ponitur signat illam partez que est in celo que ab omnibus malis abscōditur, ut ab vbertate domus dei inebriatur Alie due partes significāt duas partes fidelium que adhuc tribulationibus exponūtur, vna que est in mundo que subijcitur multiplici passiōi. Alia que est in purgatorio, que subijcitur magne curatiōi. Ordinauit etiā quod missa vocetur ex eo quod ipsa sacra hostia a deo patre nobis dupliciter est missa. scilicet per incarnationem in mundo et sanctificationem in sacramento et nos eam sibi dupliciter mittimus. scz per passionem qua deo reconsiliamur et per quotidianā oblationez que pro nobis intercedit ut misericordiam consequamur.

¶ Sermo nonagesimus quartus. De eodem. Sermo quartus

Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Matth. xxiiij. Istud euangelium legitur in honore beati Gregorij qui vigilans interpretatur. Ipse enim vigilauit, sibi ecclesie et deo. Sibi quidem per virtutum acquisitionē, multas namque virtutes acquisiuit sibi. Prima est fortitudo cum infirmitate. Licet enim corpore langueret: semper tamen aut legebat, aut scribebat aut orabat. ij. Corinthiorum.xij. Cum infirmor tūc potens sum. Sancti enim viri quandocunque sunt infirmi in corpore, sunt fortes in mēte: infirmi autē ad amandū terrena, fortes vero ad amandū celestia. Hoc ostēditur exemplo arboris, cordis et corporis. Arboris quidem, quia secundum Gregoriū sancti viri significantur per palmā que inferius est arta, et superius lata. Mali autē significantur per alia arbusta que inferius in ramis sunt lata et superius angusta. Exemplo cordis, quia est latum superius. et inferius strictuz. Exemplo corporis quod habet rectitudinē quia homo debet habere rectam intentionē, eleuatam faciem: quia debet habere cor eleuatū per amorem. Radices superius et ramos dependētes inferius: quia debet esse plantatus in celo per desiderium et inferius fructificare per operationis studiū. Secundo habuit abundātiā cū paupertate. Ipse enim in multis diuitijs abūdauit: sed in his omnibus pauper fuit: quia omnia pauperibus erogauit Prouerbiorum.xiij. Est quasi diues cū nihil habeat: et est quasi pauper cum in multis diuitijs sic. Ipse enim sex monasteria in cicilia fecit: et septimū in domo propria fundauit. Indigētium nomina scripta habuit et eis necessaria ministrauit. Tribus milibus ancillis dei octoginta libras auri ānualiter offerebat. Hic cadit exēplū de heremita qui omnia relinquerat: et vnū solum captum tenebat. Tertio habuit exēplū cum humilitate, quā humilitatem habuit in animo in verbo: in signo: et in honore inuito. In animo quidē, quia peccatorem se reputabat: vnde Mauricio imperatori qui eum persequebatur scripsit. Quia enim peccator sum credo quod omnipotentē deuz tanto vobis amplius placatis, quanto me sibi male seruiētez magis affligitis. In verbo, quia primus in suis litteris seruū seruorum se appellat. In signo, quia cum quidē heremita vellet sibi reuerentiam exhibere: ipse prius se in terrā prostrauit. In honore inuito: quia electio fuit

uita ex parte sui: et ideo fugit et se abscō-
dit: sed tamen fuit volūtaria ex parte po
puli: qr cum omnes vnāimiter elegerūt.
Et fuit miraculosa ex parte dei: qr cū lati
taret iudicio colūne manifestat⁹ ē. Quar
to habuit iustitiā cum pietate. Nam iust⁹
fuit in puniendo et pius in compatiēdo: ta
lis debet esse qlibet prelat⁹ sicut ipse Gre
gorius ostēdit triplici exemplo. s. exēplo
lasse: vnde ait. Jacētem non erigit: nisi q̄
stratus sui rectitudinem per cōpassionē
flectit. Exemplo ferri: quia sicut ferrū qđ
debet cōiungi adinuicē oportet q̄ prius
mollescat. Qui enim vult alium sibi vnire
p̄ morum correctionē pri⁹ sibi mollescat
per cōpassionem et aliis mollescat per tē
perantiā exēplo olei. Ignis em̄ correctio
nis nō lucet nec ardet i vino seueritatis:
nec in aqua insipide affectiōis, sz in oleo
misericordie et cōpassionis. Secundo vi-
gilauit ecclesie p̄ offi. cij ecclesiastici ordi-
nationem. Quāuis em̄ dies naturalis ha
bet. xxiiij. horas: de ipsis tamē. Greg. ex
traxit septem, ordināōs vt in ipsis de⁹ lau
daret: ex eo q̄ ipe hore, sunt a xp̄o multi
plici priuilegio ɔsecrate. Si qdē in matu
tinis Christus natus est, a iuda tradit⁹ et
captus. In media autem nocte s̄z hiero
nymum ad iudiciū est ventur⁹. Libēter
igitur in matutinis deū laudare debem⁹
et regratiari p̄ sua natiuitate et captiōe: et
p̄ iudicij executione. In prima deus celū
et terrā in seruitiū et ad seruitium homi-
nis creauit. Ad tēplū in hac hora perso-
naliter ire cōsueuit. Unde dicit Luc. xxi.
q̄ omnis ppl's ad deū manicabat. i. ma-
ne festinabat. Resurgēs a mortuis, mulie
rib⁹ apparuit in hac igit hora laudam⁹
deū: et p̄ beneficio creatiōis: et pro gloria
resurrectiōis: et vt in nobis habeam⁹ exē
plum sue imitationis. In tertia ad colum
nā xp̄s fuit ligatus flagellat⁹ et sue mor
tis sententiam accepit a iudeis: spiritum
sanctum in apostolos misit: et ppter hoc
in tertia deum laudamus. In sexta xp̄s
erat in cruce cōclauat⁹. sol radios suos
subtraxit et se tenebris induit. Et i die ascē
sionis christus cum discipulis suis tanq̄
cum amicis suis ab eis recessurus conui-
uium fecit. In nona xp̄s spiritū emisit: in
cruce lancea latus eius perforatū fuit. et
in celū ascendit. In vesperis xp̄s corpis
sui et sanguinis sacramētū instituit: et dis
scipulorū pedes lauit: et resurgēs in ha-
bitu pegrini apparuit. In ɔpletorio xp̄s
sanguineas guttas sudauit: de cruce de-
posit⁹ i monumēto clausus fuit resurgēs
clausis ianuis ad discipulos intrauit. Ter
tio vigilauit quātū ad deū p̄ cōtēplatio-
nem: et quia vigilauit: iō deum inuenire
meruit. Juxta illđ pūerbio. viij. Qui ma-
ne vigilauerit ad me inueniēt me. Meruit
quidē inuenire xp̄m spm̄ sctm̄, beatā vir-
ginem et angelos. Xp̄m quidē inuenit in
peregrini specie, et i visibili carne. Spm̄
sctm̄ inuenit in colūna ignis, et in specie co
lumbe super caput ei⁹ manentis. Beatā
vginē inuenit sibi reuerēdā in angelorū
iubilatiōe qñ audite sunt voces angelorū
sibi dicentiū. Regina celi. etc. Et sibi ppi-
tiā in penis ppulsatiōe qñ ad imaginē
virginis turbulētis aeris fugit: et serenit-
tas in ira remāsit. Angelos multos inue
nit habuit: qdē angelū orones suas deo
offerētē. Uñ dixit ei angelus quem in for
ma pauperis susceperat. Et angelus dñi
sum: et dñs me misit ad te vt pregrā te et
orones tuas deo offerā. Habuit angelū
eū q̄ oia aduersa defendētē vñ cū Mauri
cius imperator ipsum ɔsequeret angel⁹
in monastico habitu ɔtra ipm spatā euagi
ginatā vibrauit: et sic a ɔsecutiōe cessauit.
Habuit angelū in oib⁹ obsequentem. Nā
cū in die pasche apđ sanctā mariā maio
rem missum celebraret et pax dñi pnūcia
ret angel⁹ dñi alta voce sibi respōdit. Et
cū spū tuo. Unde in illa die papa in dicta
eccl'ia celebrat et cū pax dñi dt sibi minime
me rñdet in illius miraculi testimonium.

Sermo. xcv.

De sancto benedicto abbate. Sermo. i.

Dilect⁹ deo et hominib⁹, cuius memoria in bñdictiōe est. Eccl'a. xlv. Magnū preconiū est a deo diligi, ab hoib⁹ amari, et in memoria haberi. Ab his trib⁹ preconijs sctūs benedict⁹ in vbis pmissis ɔmēdat. Fuit enim a deo dilectus, ab hominibus amatus, et oi memoria dignus. Dilectus em̄ a deo fuit, qr deuote incepit: deuotius

vixit: et devotissime finiuit. Incepit quidē a puritate. Grego. etatem quidē mor' b' transiēs nulli animū suū voluptati dedit et ideo meruit diuine visionis claritatem. Mat.v. Beati mūdo corde qm ipsi deū videbūt. Incepit a paupertate. Greg. Despectis studiis relicta domo: rebusq; patris. Sancte conuersatiōis habitū quesiuit: et iō meruit iudiciariā potestatem. Joann's xxvi. Iudiciū paupib' tribuit: incepit ab hūilitate. Greg. pl' appetebat mala mūdi perpeti q̄ laudes pl' pro deo laborib' fatigari q̄ fauorib' extolli: Et iō meruit celestem sublimitatem Luc.xiiij. Qui se humiliat exaltabit incepit a cōpassiōe. Grego. Bīdict' religiosus et piuspuer cū nutricē suam flere cōspiceret eius dolori cōpassus est: et iō meruit diuinā miseratiōnē. Mat.v. Beati misericordes: qm ipsi misericordiā consequent. Incepit a deuota orōne qr capisterium fractū deuota oratione sua reintegrauit: et iō meruit a deo magnā fiduciā et securitatem. Eccli.xxv. Orō humiliantis se penetrat nubes et nō descēdet donec respiciat altissim'. Scdo deuoti' vixit: tota em̄ vita sua fuit in orōne et iō merebat exaudiri. Eccli.iij. In orōne dierū exaudiet. Fuit in lectiōe: et iō merebatur sapientia diuina impleri.j. Thimo.iiij. Attēde tibi et doctrine tue etc. Fuit in contēplatione: et ideo merebat celestibus reuelationibus adimpleri. ps. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Fuit in efficaci locutiōe: et iō merebat ab auditorib' exaudiri. Greg. Dum em̄ sibi cibum deferebant corporis ab eius ore alimenta deferebant vite. Tertio et vltimo modo deuotissime finiuit. Quod patet per quatuor signa. Primo qr monumentum sibi fecit, quod indicabat per moriendi alacritatem Job. iij. Gaudent vehemēter cū inuenerint sepulchrū Scdo ecclesiā cōferri se fecit: vt.s. laudaret dei bonitatem. ps. In medio ecclie laudabo te. Uoluit q̄dē deo grās referre: et de eo q in vita ipsum conseruauerat: et de eo q ipsū ad se vocauerat, et de eo.s. q eternam gloriam pmiserat. Gratiarū em̄ actio est de preteritis, p̄sentib' et futuris. Cassianus. Gratiarū actiones q̄s agit, cū preterita bñficia recollit, cum presentia conspicit, q̄nta deus pparauit his qui eū diligunt. Tertio corpus et sanguinē xpi suscepit, vt se muniret cōtra demonū malignitatem q̄ aiabus insidiant. ps. In via hac qua ambulabā absconderūt laqueū mihi. Job.xvij. Pone me dñe iuxta te, et cuiusuis manus pugnet contra me. Quartus erect' inter man' discipulorū vitā finiuit. Quidā em̄ moriunt iacētes: q̄ a bonis operib' vocauerūt. Quidam prostrati: q̄ p peccm̄ corruerūt. Quidā claudi q̄ fidem sine opib' habuerūt. Quidā ab infirmitate sanati, qui post pecm̄ ad pniam redierūt. Quidam erecti sicut viri q̄ a pctō liberati sunt bonis operibus pleni et intentione erecti. Istā quadruplicē differentiam agit aplūs Heb.xij. Remissas manus et genua soluta erigite et gressus rectos facite pedibus vris: vt nō claudicās quis erret magis aūt sanet. Scdo fuit ab oibus amat' et hoc ppter multa beneficia et miracula que inter eos fecit. Quorū quedā fecit q̄ntū ad semetipsum. Mira em̄ totus de illo exibat.s. ab oculis suis qn ligatum vidit ab hostibus mox a vinculis est solutus. Mira a manib' suis: qr vas i q̄ erat potus venenatus signo crucis cōfregit. Mira ab ore eius.s. qn dixit monialib' que linguam suā non cohibebāt excōico eas. Mira a corde suo qr absentia vt pñtia cognoscebat. Quedā opat' est q̄nta ad mūdum minorē.i. hoiem. Quosdā em̄ iuuit in vita et a diabolica tētatiōe eripuit: sicut monachum qui i orōne stare nō poterat. Quosdā vo i morte et diabolica oppssione sicut monachū quē diabolus a ruina parietis oppsserat. Quosdā post mortē: sicut monachū q̄ ad parētes visitādos sine bñdictiōe iuerat. Quedā vo operat' est i maiori mūdo.s. in celo qn aiā sororis i spē colūbe ascēdētē vidit. In purgatorio sicut qn p mōialib' ōfūctis orauit. In aere: sicut qn lucē celestē aspexit. In aq̄ sicut qn puerū placidū liberauit. In terra: sicut qn aquā de terra pduxit. In igne: sicut qn ignē fantasticū extīxit. Tertio erat oī memoria dign'. Licet em̄ a nobis recesserit corporaliter, nobiscū tñ q̄druplicīter remā sit. Primo quo ad odorē sue fame. Sicut em̄ post poma odorifera: post spēs aromaticas remanet odor

tiā incipiētē per quā de mūdo exiēs deuote incepit proficientē quā feruenter prosecut⁹ erat. Et perfectā qua ad summuz cōtemplatiōis gradū peruenit. Jllud significat in via quā fecerūt filij israel: qz de egypto exeūtes I desertū venerūt. De deserto in terra pmissiōis: I qua fruct⁹ terre primo comederūt. Deinde puenerunt in hierusalē. Sctūs bñdict⁹ de mūdo tenebroso venit ad desertū penitētie. Et de deserto penitētie puenit ad gustū celestis gratie. Et de gustu gratie puenit ad contēplationē visiōis diuine. Scda benedictio cōsistit in filiorū ppagatiōe: cū dicit. Bñdictus in filijs. Jpse eñ per suam predicationē z regulā multus filios generauit. Generatos: ꝑpalib⁹ subsidijs enutriuit. Enutrios ad pmotiones z abbatias pmouit. Sz mō pōt ꝯquer'. Esa. j. Filios enutriui z exaltaui, ipsi aūt spreuerūt me. Scti sunt degeneres filij qz regulares obseruantias cōtēnunt z plationib⁹ z abbatijs intēdūt. Temporalia indebite cōsumūt: nō dei honorē sz ppriū fauorē attēdūt. Tertia benedictio ꝯsistit in regulari institutiōe qd notat cū dr. Placēs fratribus suis. Jn sua ei regula posuit ea q̄ deo z hoībus placēt. Eccli. xxv. Jn tribus bñplacitū est spiritui meo: q̄ sunt pbata coram deo z hoībus: cōcordia fratrū amor proximorū vir z mulier sibi bene cōsentiētes. Ex illa ei regula docent monachi vt inter eos sit cōcordia mutua. idō dr. Cōcordia fratrū, q̄ntum ad platos sit obedientia deuota. ideo dr. Uir z mulier sibi bñ ꝯsentientes. Tunc eñ prelatus qui per virū: z subditus q̄ per mulierē intelligitur bñ sibi cōsentiunt qñ prelatus sapienter regit et subdit⁹ humiliter obedit. Et sic q̄ntū ad hoīes charitas diffusa: idō dr Amor proximorū. Rom. v. Charitas dei diffusa est in cordibus zc. Quarta bñdictio consistit in dulci deuotione: qd notat cum dr. Tingat in oleo pedem suuz. Tingere est modicum qd accipere Jn presenti vita sctūs bñdict⁹ z alij scti tingūt memoriā in sanguine per dñice passionis recordationē. Ps. Jntinguat pes tu⁹ I sanguine. Tingūt itellectū I oleo: qd est fomētū luminis p aliqualē de deo cognitionē: sicut dr hic. Tingat in oleo pedē suū. Tingūt affectū in melle per aliqualē deuotionē. qd significatū est. j. Regū. xiiij. Jn ionatha q̄ summitatē virge in fauū mellis itinxit. Jn futuro aūt nō erit tictio sed imersio, z natatio z inebriatio. Tūc eñ scti mergent in abyssuz ineffabilis charitatis. Esa. lviij. Jmplebit dñs splendoribus animā tuā. Tūc natabūt I pelagus deuotiōis z mellifiue suauitatis. Esa. lx. Tūc videbis et affiues zc. Tunc inebriabunt in cellario infinite charitatis. Jnebriabunt ab vbertate dom⁹ tue. Quinta bñdictio ꝯsistit in presenti⁹ seruatiōe: qd notat cū dr. Ferrū z es calciamētū ei⁹. lucerna extiguit aut p negligentiā: aut nimiā abundantiā aut per nimiā penuriā. Deuotionē autem mētis qdā perdunt ex sola negligētia: sicut virgines fatue. quidā ex nimia abundātia. Ps. Prodijt q̄si ex adipe iniquitas eorū q̄dā ex aduersitate illata. Eccl. xxj. Cor fatui q̄si vas cōfractum omnē sapiētiā nō tenebit. Sed beat⁹ benedict⁹ fuit calciat⁹, id est ex pedibus ad ambulāduz ne torpescat per negligentiā. Et ideo dr calciamētum eius. Fuit etiā calciat⁹ ere ne marcesceret per prosperitatē nimiam fuit calciatus ferro: vt sit firmus contra aduersitatē illatā. Et ideo dr ferrum et es calciamētū eius. Sexta bñdictio cōsistit in felici cōsummatione: quod notatur cū dicitur. Dies iuuentutis: tue ita z senectus tua. Juuentus est etas fortitudinis alacritatis z caloris. Fuit eñ sanctus benedictus talis in senectute qualis in iuuētute qz semper perseuerauit in fortitudine operis. Ps. Fortitudinem meam ad te custodiam in eadem alacritate veritatis. Prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridā facit. Fuit in eodē calore amoris. Can. viij. Fortis est vt mors dilectio dura sicut infernus emulatio.

¶ Sermo. xcviij. De eodem. Sermo. iij.

EGredere de domo tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veni in terram quam mōstrauero tibi. Faciamqz te in gentem magnam et benedicam tibi z magnificabo nomen tuum erisqz benedict⁹. Gen. xij. Possunt

hec vba q̄ locut⁹ est dn̄s ad abrahā conuenire beato bn̄dicto ⁊ cuilibet religioso. In q̄b⁹ dn̄s quēlibet nr̄m adhortat. Primo ad mūdi cōtēptū: cū dicit. Egredere de terra ⁊c vbi ostēdit ꝙ debemus contēnere mundū q̄ntum ad tria: scʒ q̄tū ad terrenā possessionē: cū dicit. Egredere de terra tua ⁊c. vt nihil terrenū possideas. Eze. xliiij. Possessionē non dabitis eis in israel. Ego em̄ dn̄s possessio eorū quantū ad carnalē affectionē: cum dicit. et de cognatiōe tua: vt scʒ parētes tuos carnaliter nō nimis diligas. Mat. x. Qui amat patrē et matrem plusq̄ me: non est me dignus. Aug. Amand⁹ est generator sed proponēd⁹ est creator: q̄tum ad corporalē habitationē: cū dr̄: ⁊ de domo patris tui, scʒ in eadē domo nō maneas: qr sicut dr̄. Mat. vij. Inimici hois domestici eius. Ab his oībus debemus exire ⁊ corpore ⁊ mente ⁊ cōuersatiōe hoc signatū est. Gen. xix. Ub' dicit ꝙ angeli Loth ex sodomā posuerūt precipiētes ne post tergū respiceret: ⁊ ne circa regionēʒ maneat. In hoc ꝙ eū eduxerūt de sodoma: dat intelligi ꝙ religiosus nō dʒ manere cū mūdanis etiā corporaliter. In hoc ꝙ angeli p̄ceperūt ne post tergū respiceret dat intelligi ꝙ nō debet redire ad mūdū mentaliter. In hoc ꝙ dr̄ ꝙ nō stet i omni loco circa regionē dat intelligi ꝙ nō dʒ stare i mūdo ēt moraliter, id est religiosi non debēt habere mores mūdanos. Regio aūt vicina ē pctō vetusta ipsa cōuersatio q̄ ostēdit in verbis lasciuis in ge[illegible]bus et morib⁹ vanis. Scđo dn̄s hortat ad religiōis ingressum: cū dr̄. Et veni in terrā q̄ mōstrauero tibi. Terra optima est religio sacra. Scđm aūt vgiliū: terra bona trib⁹ modis cognoscit. Primo mō p nigredinē: qr nigredo terre bonitatem attestat. Scđo p dulcedinē: qr sapor dulcis ⁊ nō amar⁹ bonitatē indicat. Tertio p suffossionēʒ: qr q̄n effodit ⁊ postea replet si p aliqđ tp̄s supabūdauerit ē optima. Si defecerit est mala. Si equata fuerit est bona. Terra p̄mo cognoscit q̄n est nigra p abiectionē ⁊ asperitatē. Religio igit tūc est bona q̄n est nigra p asperitatē. Boni em̄ religiosi denigrāt se per humilitatē exteri⁹: sed dealbāt se interi⁹ p puritatē. Cant. j. Nigra sum sʒ formosa. Scđo quādo est dulcis per deuotionem seu deuotiōis suauitatē. In deserto enim penitētie ⁊ nō in egypto mūdi datur manna celeste: deuotio spūalis. Ozee. ij. Ducā eā in solitudinē ⁊ loquar ad cor eius tertio cognoscit p suffossionē ⁊ repletionē. Illi em̄ q̄ seruāt p̄cepta sunt bōa terra: qr q̄tū peccauerūt tm̄ deo satisfaciūt Rom. vj. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire immūdicie ⁊c. Illi q̄ supererogāt cōsilia sūt optima terra. Lu. x. Quecūq̄ supererogaueris ego cū rediero reddā tibi. Illi qui deficiūt ab vtroq̄ sunt reproba terra. Heb. vj. Proferēs aūt spinas ⁊ tribulos reproba est: ⁊ signāter dicit quam monstrauero tibi cū em̄ in religione sunt tria substātialia. i. votū obedietie: paupertatis: ⁊ cōtinentie xp̄s ista tria nobis mōstrauit v̄bo et dixit. Luc. ix. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Ecce renūciatio ppꝛie volūtatis ⁊ tollat crucē suā. Ecce mortificatio carnalis voluptatis: ⁊ sequat me, scʒ pauperē. Ecce ppositū paupertatis. Ostendit etiā exemplo qr virginitate floruit: paupertatē elegit: ⁊ prī in oībus obediuit. Tertio ponit religionis fructū: q̄ q̄druplex est primus est magna in psonis dilatatio: cum dixit. Faciāq̄ te in gentē magnā. In religionibus est q̄druplex differētia psonaꝝ que significat. zacha. vj. Per q̄drigas equorū ibi sūt cōtēplatiui celestib⁹ desiderijs fragrātes isti sūt equi rubei. Ibi sūt actiui virtutū varietate pollētes: isti equi varij. Ibi sunt virgines puritate pollentes. Isti sunt equi albi. Ibi sunt ꝯtinētes se p opa p̄nie macerantes. Isti sunt eq̄ nigri. Scđo fruct⁹ est celestis grē benedictio. cū dr̄. Et bn̄dicā tibi. Notandū autem ꝙ iacob in deserto triplicē bn̄dictionē obtinuit ab angelo. Una est qr neruus femoris emarcuit. i. concupiscentia debilitata fuit. Scđa qr nomē mutauit. i. israel q̄ interpretat virvidēs deū. Tertia ꝯtra deū fortis fuit: vn̄ dixit ei angel⁹ cōtra deum fortis fuisti. Ista triplex bn̄dictio in deserto penitētie obtinet. i. carnis icorruptio. Deut. xxxiij. Bn̄dictio illi⁹ qui apparuit in rubo venit sup caput ioseph. Rub⁹ qui nō cōburit est castitas q̄ a ꝯcupiscētia nō

superatur: celestiũ cõtēplatio. Gen.xxvij. In pinguidine terre ⁊ in roze celi desuper erit bñdictio tua: ⁊ deuota oratio q̄ deũ vincit. Ozee.xij. Inualuit iacob ad angelũ ⁊ cõfortat⁹ est fleuit ⁊ rogauit eũ. Tertius fruct⁹ ē nois exaltatio: cũ dr. Et magnificabo nomē tuũ. Nomē scti bñdicti ⁊ alioꝝ sanctoꝝ magnificatũ est. Pzio qꝛ semꝑ ē corã oculis diuine maiestat. ps. Honorabile nomen eoꝝ corã illo. Scdo qꝛ in honore habet ab angelis. Luc.xv. Gaudiũ est angelis sup vno pctõre penitētiã agēte multo forti⁹ super vno iusto deo seruiēte. Tertio qꝛ scriptũ est. Lu.x. Gaudete qꝛ noia vestra scripta sunt i celis. Quarto qꝛ honorat ab oib⁹ populis ab oib⁹ ecclesijs ⁊ in oib⁹ seculis. Unde cãtat eccła ⁊ etiã est sumptũ. Eccli.xliiij. Sapiētiã sctõꝝ narrãt ppłi: ⁊ laudē eorũ nũciat eccła: noia autē eoꝝ viuēt in sctm seculi. Quartus fruct⁹ est eterna remuneratio: cũ dr. Eritq bñdict⁹. Est aũt bñdict⁹ illa q̄ druplici bñdictiõe: de qua dr Gen.xlix. Bñdictiõib⁹ celi desuꝑ abyssi iacētis deorsum vberũ ⁊ vulue: habēt enim scti beatitudinē a supiori: respiciēdo dei faciē gloriosam: ista est bñdictio celi desuper: habent ab inferiori: respiciēdo iustissimam dei vindictã, ista est benedictio abyssi: habēt ab interiori cõuertēdo se ad suam cõsciētiã, ista est benedictio vberũ. Consciētia est enim mammilla q̄ ceteras virtutes nutrit. Habent ab exteriori possidentes societatem fecundam: ista est benedictio vulue: deus enim tunc valde fecundus erit: quia magnam filiorum multitudinem generabit.

¶ Sermo.xcviij. De annunciatiõe beate marie virginis. Sermo.j.

Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustũ: aperiatur terra et germinet saluatorē Esa.xlv. Possunt esse hec verba antiquorũ sctõꝝ patrum desiderantiũ christi aduētũ. In q̄bus verbis tria petunt a sancta trinitate. Primo petunt dñice incarnationis mysteriũ: cũ dicũt: Rorate celi desup. Ubi duo sunt videnda, scʒ q̄re de⁹ dicat celuʒ. Et quare xp̄i incarnatio rori assimilet. De⁹ autē dr celũ scʒ empireũ: qꝛ id celũ est lucis forme: imobile: ⁊ capacitatis immēse. Sic de⁹ hʒ localē claritatē. j. Joh. j. De⁹ lux est ⁊ tenebre nõ sunt in eo vlle. Hʒ immobilē stabilitatē. Jaco. j. Apud quē nõ est trãsmutatio ⁊c. Hʒ immēsam capacitatē. Sap.vij. Qui capit oẽs spũs intelligibiles. Assimilat aũt incarnatio xp̄i rori, qꝛ scʒ ros gñatur in medio aeris interstit. o: a tēperato calido: ⁊ tēperato frigido. Tria nãq interstitia sunt scʒ celũ: mũdus ⁊ infernus. Hic igit ros. i. xp̄i incarnatio non est facta in supiori interstitio. i. celo: qꝛ naturã angelicã nõ apprehēdit: nec in infimo, id est in inferno: qꝛ demones nõ redemit: sed est facta in medio scʒ in ipso mũdo: qꝛ nature hũane se vniuit. Gal.iiij. Deus filiũ suũ misit natũ ex muliere: factũ sub lege. Et ista redēptio facta est ex calido ⁊ frigido. Duo eñ sunt q̄ mouerunt dñm vt hõ fieret. vnũ ex pte sui scʒ magnitudo charitatis q̄ fuit quasi calor. Rom.v. Cõmēdat de⁹ charitatem suã in nobis ⁊c. Aliud ex pte nr̄i scʒ miseria generalis. ps. Propter miseriã ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgã dr dñs. In hoc tñ deficit similitudo: qꝛ ibi est tēperatuʒ calidũ ⁊ tēperatũ frigidũ. Hic aũt est nimius calor amaris. Ephe.ij. De⁹ qui diues est in mia ꝑpter nimiã charitatē suã qua dilexit nos ⁊c. Et nimiũ frig⁹, lãguorũ. ps. Oẽs dclinauerũt. Scdo scti prepetũt ab angelis i virgine salutatiõis ꝑconiũ: cũ dr. Et nubes pluãt iustũ. Tunc eñ nubes iustũ pluũt: cũ gabriel xp̄ʒ virgini nũciauit. Hic aũt duo vidēda sunt, scʒ quare angeli dicuntur nubes: et quare xp̄i incarnatio pluuie assimilat. Dicũtur autē nubes qꝛ sunt thronus dei in q̄bus sedet ⁊ q̄escit. Iuxta illd Eccl.xxiiij. Thronus meus in colũna nubis. Dicit aũt Apoc.iiij. q de throno pcedebãt fulgura, voces, ⁊ tonitrua. Nã ꝑm Dionysiũ triplex est officiũ angeloꝝ scʒ illuminare purgare ⁊ perficere. Ab illis ergo thronis pcedũt fulgura ⁊ coruscatiões qñ illuminãt nostrã intellectiuã. ps. Illuxerũt coruscatiões tue orbi terre. Procedũt tonitrua qñ p cõminationes ⁊ terrores purgãt nostrã affectiuã. Nã sicut dr.

Eccl.i. Timor dñi expellit pctm̄. Proce
dunt voces, id est inspirationes p̄ quas
pficiũt nostrã operationẽ. zach.i. Ange-
lus q̄ loq̄bat̃ i me v̄ba bõa ꝛ v̄ba cõsola
toria. Assimilat̃ aũt incarnatio xp̄i plu-
uie q̄ trib⁹ modis gñat̃ scꝫ virtute calorꝭ
attrahẽtꝭ virtute vaporꝭ ascẽdẽtis: ꝛ vir
tute vẽti colligẽtis: vẽti euolãtes supra
mare multũ humorẽ sepe colligũt: ꝛ le-
cũ ad aerẽ atrahẽtes i pluuiã dissoluũt.
Istã aũt pluuiã substãtialẽ his trib⁹ mo
dis gñatã fuisse ostẽdit gabriel i triplici
locutiõe cũ virgine. Primo nãq̃ ostẽdit
ipsam esse gñatã virtute caloris attrahẽ
tis: cũ dixit. Aue gr̃a plena. Gr̃a eñ dei
est amor dei. Amor aũt ẽ ignis. Juxta il-
lud. Luc.xii. Ignẽ veni mittere in terrã
ꝛc. Si igit̃ v̄go fuit plena gr̃a ꝛ amore vĩ
fuit plena igneo calore. Et v̄tute isti⁹ ca-
loris diuinũ fontẽ ad se attraxit et igneũ
celestẽ gñauit. p̄s. Descẽdet sicut pluuia
in vell⁹. Secũdo ostẽdit gabriel istã plu
uiã generandã virtute vaporis cũ dixit.
Ecce cõcipies ꝛ paries filium ꝛc. Filius
aũt dei est vapor dei: iuxta illud. p̄s. vii.
Uapor est virtutis dei ꝛc. Iste igit̃ vapor
dei intra viscera virginis sine sui incisiõe
sine apertiõe se occultauit. Juxta illõ. Ec
cli.xxiiii. Quasi libanus nõ incisus vapo
raui habitationẽ meam ꝛc. id est q̄ in me
per carnẽ assumptã habitauit. Et iste va
por inter viscera virginis occultat⁹ i plu
uiã se deffudit quãdo mundum fameli-
cũ satiauit. p̄s. Pluit illis manna ad mã-
ducãdũ. Tertio ostẽdit gabriel hãc plu
uiam generandam virtute venti colligẽ-
tis: cum dicitur. Spiritussanct⁹ superue
niet in te. Sp̄us est vẽt⁹: iuxta illõ. Joh.
iii. Spiritus vbi vult spirat. Iste autem
ventus flans in maria, id est in corde vir
ginis marie humores virginis collegit ꝛ
corp⁹ xp̄i formauit qđ salutarẽ pluuiam
gñauit q̄ totũ mũdũ fructificare fecit. Di
cit̃ aũt Jac.v. Nõ pluit annos tres ꝛ mẽ
ses sex. Anni tres sunt tria t̄pa q̄ p̄cesse-
rãt scꝫ nature, culpe ꝛ legꝭ scripte. Et in
his pluuia b̄ndictionis nõ venit: q̄rtũ au
tẽ est t̄ps gr̃e. Et in isto etiã non venit ad
mẽses sex. In isto autẽ mẽse sexto missus
est angel⁹ gabriel a deo ꝛc. Tũc eñ plu-
uia descẽdit ꝛ salutarem fructũ p̄duxit.

Tertio sancti p̄res petũt a virgine deuo
tũ ꝯsensuꝫ: cũ dr̃. Aperiat̃ terra. Ubi duo
vidẽda sunt scꝫ quare virgo dicatur ter-
ra: ꝛ quãl'r se aperuit ꝛ saluatorẽ gñauit
dicit̃ autẽ terra: q2 sicut dicit Aug. de tri
ni. Bona terra est in altitudine mõtiũ tẽ-
li auxiliator tuus. ps. Tenuisti manũ dex
terã. Cañ. j. Trahe post te ꝛc. Tertio qꝛ
ibi habemus sapientē aduocatum q pro
nobis allegationes proponit. j. Joan. ij.
Si quis peccauerit aduocatũ habemus
apud patrem Jesum christum Sic enim
in ipso mũdo fuit cũ peccatoribus apud
patrem pro eis aduocãdo in iudicio: au
tem erit cõtra peccatores ipsos puniẽdo.
Quarto qꝛ ibi habemus precursorē pre-
niem qui viam nobis ostendit. Mich. ij.
quia ibi habemus fratrum nostroꝝ col-
legium qui suis orationib⁹ ꝛ meritis nos
perducent. ps. Leuaui oculos meos in
mõtes vnde veniet auxilium mihi. Unde
dicunt illi qui sunt in hierusalē idest in dei
visione illis qui sunt egypto idest in hoc
mundo illud quod habetur. ij. Macha.
j Hic sumus orantes pro vobis.

¶ Sermo. cliiij. De eodem sermo. xj.

Signa autem
eos qui crediderint hec se
quentur ꝛc. Non vult dice
re dominus q quicũqꝫ cre
dit omnia ista signa facit
sed qꝺ ista signa inter fideles ꝛ creden-
tes fiant Nam alius eijcit demonia ali⁹
fugat serpentes alias loquit linguis no-
uis: alius venenum bibit ꝛ sibi nõ nocet
alius sanat egrotos. Ista autem quinqꝫ
signa intelliguntur literaliter aut spũali
ter Si litteraliter intelliguntur tũc in ec-
clesia primitiua frequenter fiebant: nũc
autem raro. Ecclesia autem habuit tri-
plicem statum scilicet primitiuum moder
num ꝛ vltimũ. In statu primitiuo frequē-
ter fiebant modo autem raro ꝛ in vltimo
statu .i. antichristi fiēt rarissime. In pri-
mitiuo nãqꝫ statu frequēter fiebant: quia
ꝛ secundum Chrys. Uetera miracula ha
bent admirationem ꝛ vtilitatē ꝛ necessi-
tatem. Tunc igitur miracula fieri opor-
tebat secundum Chriso. Et propter ad-
mirationē: quia homines erant sensib⁹
assueti: ꝛ ideo erant aliquib⁹ mirabilib⁹
subleuãdi. Et propter vtilitatem quia ꝛ
tunc multi erant infideles ꝛ erroribus in-
uoluti. Moderno autem tempore raro
fiunt cũ hoc nõ suadet necessitas ex eo q

sunt fideles. Aliquando tamen fiūt quia
hoc suadet vtilitas: quia aliquando inue
niuntur aliqui infirmi ꝛ indigentes Qua
re autem modo non fiant ita indifferēter
sicut in primitiua ecclesia. triplex est ratio
Una est propter dei firmamentum: quia
modo ecclesia est in fide firmata ꝛ stabili
ta. Istam rationē assignat. Bern. ponēs
exēpla de planta cui tandiu aquaꝫ infun-
dimus quousqꝫ in terra cōualuisse videa
mus. Secundo propter vtile mundi exē
plum. Istam rationem assignat. Aug. de
ciui. dei dicēs. Quisquis adhuc prodigia
vt credat inquirit. magnum est ipse pro-
digium qui mundo credēte non credit.
Tertio propter fidei maius meritum qꝫ
secundum. Grego. Fides non habet me
ritum vbi humana ratio pbet experimē-
tum In fine autem rarissime fient triplici
de causa secundum Isid. Siue vt psequē
tium manus audacior efficiatur: siue vt
sanctorum patientia comprobetur. siue
vt qui casuri sunt eorū leuitas ostēdatur.
Secundo hec miracula possunt intelligi
spiritualiter ꝛ tūc ista miracula quotidie
fiunt. Primo namqꝫ sunt multi qui demo
nia eiiciūt auarus enim habet demonem
qui vocatur mammon Sed luxuriosus de-
monem habet qui vocatur asmodeꝰ. Su
perbus vero habet demonem qui vocatꝛ
lucifer. Uariis tentationibꝰ agitatus ha
bet demonē qui vocatur beelzebub: qui
est deus muscarum. Si ergo aliquis san-
ctus vir per suam predicationē vel ora-
tionem conuertit aliquem auarū vel vsu
rariū expellit mammonā. Si cōuertit lu-
xuriosum expellit asmodeū. Si vero con
uertit superbū expellit luciferū. Si autē
conuertit tentationes varias patientem
expellit beelzebub. Secundo linguis lo-
quuntur nouis. Deꝰ namqꝫ tres prouincias
fecit scilicet celestem, terrestrem ꝛ infer-
nalem. Linguagiū prouincie celestis est
deum laudare. Terrestris vero est de di-
uitiis tractare. Infernalis vero mentiri ꝛ
blasphemare. Quando enim aliquis cō-
sueuerat loqꝫ linguagium prouincie terre
stris tota die de terrenis tractando vel
quando quis ꝯsueuerat loqui linguagiū
prouincie infernalis mētiēdo ꝛ detrahē-
do ꝛ ꝯuersus incipit loqui linguagiū pro
uincie celestis deum laudando ꝛ priāꝫ
edificando iste loquitur linguis nouis. Ter
tio serpētes tollūt, serpēs aliqn̄ tollitur
per amputationem caude, ꝛ tūc adhuc vi
uit. Aliquādo per amputationē corporis
ꝛ tūc similiter viuit, Aliqn̄ per ꝯstrictionem
capitis ꝛ tūc omnino extinctus est. Qui-
dam igitur tollūt serpentē quātū ad am
putationē caude: qui dimittūt peccatū qꝫ
tū ad actū exteriorē ꝛ non qꝫtū ad actuꝫ
interiorem scꝫ cogitatū ꝛ cōsensum: ꝛ isti
imperfecte tollunt serpētem quantū ad
amputationē corporis q̄ dimittūt petm̄
qꝫtū ad actū: ꝛ quātū ad cōsēsum: sed nō
quantum ad cogitatū ꝛ isti semiplene tol
lūt. Quidā vero tollūt ipm̄ serpentē quā
tū ad cōstrictionē capitis q̄ dimittūt pec-
catū qꝫtū ad actū quantū ad consensum.
ꝛ quantum ad cogitatū Et isti perfectissi
me tollunt. Quarto aūt si mortiferū quid
biberint non eis nocet. Mortiferū autem
non eis nocet qn̄ gustatur: sed non bibitꝛ,
qn̄ bibitꝛ sꝫ statim reiicitꝛ aut qn̄ tiriache
remediū adhibetur. Quādo igitur diabo
lus aliquā mortiferā suggestionem alicui
offert his tribus casibus nocere nō pōt.
Primo quādo quis illā gustat sed non bi
bit hoc est sentit sed non ꝯsentit: qꝛ statim
diabolo resistit ꝛ cōtradicit. Jaco. iiij. Re
sistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Secun-
do quādo quis bibit per cōsensum ꝛ opa
tionem scꝫ statim reiicit per cōfessionem.
Prouer. xxx. Uerba congregantis filii vo
mentis. Ille enim qui peccata congregat
per operationem: statim debet ea euome
re per cōfessionē. Tertio quando recur-
rit ad tiriacam. i. ad sanguinem iesu chri
sti. Aug. effusus est sanguis medici ꝛ fa-
cta est medicina frenetici. Quinto super
egros manus imponent ꝛ bene habebūt
Sunt quidā sani, quidā infirmi. Quidaꝫ
mortui quidam fetidi. Sani sunt iusti. in-
firmi sunt de nouo ꝯuersi mortui sunt pec
catores fetidi sunt diu in peccatis perma
nentes. Sancti igitur viri aliquando pos
sunt manus suorum meritoriꝫ id est suo
rum suffragiorum super sanos: non vt sa
nentur sed vt in sanitate conseruentur: et
maiorem gratiaꝫ mereantꝛ Act. viij. Tūc
imponebant super illos manus ꝛ accipie
bāt spiritū sanctum. Imponūt super des

biles et infirmos vt ad bene operandũ for tificentur. Jaco.v. Infirmat quis in vobis inducat presbyteros ecclesie.&c. Imponunt sup mortuos vt a peccato reuiscentur qd significatum est Math.ix.vbi dominus tenuit manũ puelle mortue dicens. Tibi dico surge imponunt super fetidos vt misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quatriduano et fetido quam deus misericorditer suscitauit.

Sermo.clv. De trãslatione beati dominici. Sermo primus.

Ante translationẽ testimonium habuit Enoch placuisse deo Heb.xi. Hodie festũ translatiõ s dñici celebram⁹. Cõmendatur aũt in verbis p̄missis a tribus: ꝛ primo a sua sacra dedicatiõe cũ dr. Enoch qd interpretat dedicatio. Dedicauit em̃ omnium domino sua ꝛ se. Sua quidem omnia Christo domino dedicauit: propter christum omnia relinquendo ꝛ pauperib⁹ largiẽdo. Dedicauit ꝛ se domino iesu xp̄o vt pote totã vitã suã in dei obsequiũ mancipãdo: scz suã pueritiam: suã iuuentutẽ: totã suã reliquã etatẽ. Nã et in pueritia sua sepe lectum dimisit: ꝛ sup terrã iacuit ꝛ accubuit. Prouer.xx. Ex studijs suis intelligit puer. In iuuentute lasciuias iuuenũ declinauit ꝛ libros vẽdẽs precium pauperib⁹ erogauit. Eccl.xxv. Que in iuuẽtute cõgregasti quõ inuenies in senectute? Totã etiam reliquam suam etatẽ in ordine laudabiliter cõsummauit Sap.iiij. Cõsummat⁹ in breui expleuit tẽpora multa &c. Scdo commendat a diuina approbatiõe: cũ dicit. Placuit se deo. Placuit aũt deo p tria scz per ordinẽ quẽ instituit per animas quas cõuertit: ꝛ p sensualitatẽ quã rõni seruire coegit. De his tribus dicitur. Ecclesiasti. vigesimo quinto. In tribus beneplacitum est spiritui meo: que sunt cõcordia fratrum hoc quãtũ ad ordinem quem instituit: vbi vnam animam ꝛ vnũ cor⁹ esse voluit. Amor proximorũ hoc quãtũ ad animas, quas conuertit quas ad dei ꝛ proximi dilectionem ꝛ amorem adduxit. Et vir ꝛ mulier sibi bene cõsentiẽtes hoc quantũ ad sensualitatẽ quem rõni seruire coegit. Tertio cõmendatur a miraculosa translatione cum dicitur. Ante translationẽ testimonium habuit. Habuit quidem testimoniũ ante translationem ꝛ post translationem et in ipsa translatiõe. Ante translatiõem quidem scilicet dũ viueret in mundo habuit triplex testimonium de quo dicitur. Joã.v. Tres sunt q testimonium dant in terra scilicet spũs, aqua, ꝛ sanguis. Sic quidẽ beato dominico adhuc viuẽte i terris testimoniũ dedit spiritussanctus replendo ipsum charismate omniũ gratiarum. Eccl.xv. Adimpleuit eũ spũ sapientie et intellect⁹. Testimoniũ sibi dedit aqua in abũdantia lachrimarũ. Unde dicitur in legenda sua. Specialem gratiam sibi dederat de⁹ flere pro peccatoribus miseris ꝛ afflictis. Testimoniũ sibi dederat sanguis.i. feruens martyriũ desideriũ. vnde dicitur de eo. Sitiebat seruus xp̄i martyriũ sicut sitit seru⁹ ad aque fluuium. Secundo habuit testimonium post translationem sicut modo habet in celo quia tres sunt q testimoniũ dãt in celo.s. pr verbũ ꝛ spiritussanctus. Pater namq introduxit eũ i thesaurũ sue potẽtie. Ps. Introibo in potentias domini.&c. Prou. xxi. Thesaur⁹ desiderabilis ꝛ oleum in tabernaculo iusti. In beato enim dñico q fuit tabernaculũ xp̄i est thesaurus ad ditandum ꝛ est oleũ ad miserendũ habẽti illum thesaurum nõ deest facultas. Mihi miserat onis oleũ nõ deest voluntas: ꝛ iõ habet potestatem vt ditari possit. Et habet voluntatẽ vt ditari velit. Fili⁹ statuit eum iuxta speculum sue sapientie de quo speculo dr. Sap.vij. Cãdor enim est lucis eterne ꝛ speculũ sine macula. btũs igitur dñicus ꝛ bibit in fonte diuino et videt in speculo claro Ps. Apud te fons vite et in lumine tuo videm⁹. Spiritussanct⁹ introduxit eum in fontẽ gratie ꝛ misericordie de quo dicitur Apo.xxij. Ostendit mihi fluuiũ aq̃ viue splendidũ tanq̃ crystallũ. Ipse enim modo habet gratiam dei habundantem: ideo dicitur fluuium. Indeficientem: ideo dicitur aque viue. Refulgentem ideo dicitur splẽdidum tanq̃ cristallum. Tertio habuit testimonium in translatione per odorem mirabilẽ qui de eius

fus in paradisum. Fuit dominic⁹ triplici
ter trāslatus ante mortē in morte: & post
mortē Prima translatio est quantum ad
corpus & spiritū. Secunda est q̄tum ad
spiritū. Tertia quātū ad corp⁹ propriū.
Prima fuit de loco periculoso ad locum
securū. Secūda trāslatio fuit de loco la-
borioso ad locū quietum Tertio de loco
despecto ad locū honorificum. Prima q̄-
dem translatio est quantū ad corpus et
spiritū scilicet quādo de mūdo transla-
tus est ad claustrū relinquens mundū: &
corpore per habitationē: & mēte p amo
rem. Sap. iiij. Placens deo fact⁹ dilect⁹
& viuēs inter pctōres trāslat⁹ est. Scda
translatio est q̄tū ad spiritum scz de mū
do ad celū. Col. j. Eripuit vos de potesta
te tenebrarū: & trāstulit in regnū filij di
lectionis sue. Tertia est q̄tum ad corp⁹
propriū de loco scilicet despecto ad lo-
cum honorificū: de quo potest exponi qđ
dicit. Gen. vltio: de⁹ visitabit nos aspor
tate ossa mea vobiscū de loco isto Pri-
mā visitationē seu trāslationē fecit spiri
tussanctus: qui sibi inspirauit vt mundū
relinqueret & religionē intraret. Sapiē.
iiij. Properauit illum educere de medio
iniquitatū. Secundam fecit angel⁹: imo
pater & fili⁹ vt patet in apparitione sca-
le. Tertiā fecit fideliū cet⁹. Unde pōt ex-
poni illud quod dr. ij. Paral. v. Cū venis
sent cuncti seniores israel portauerūt le
uite arca & intulerunt eam in paradisū.
Nam prima translatio facta est in para-
disum religiōis. Genes. ij. Tulit deus ho
minē idest beatū dominicum & posuit eū
in paradisum voluptatis: id est religiōis
vt operaretur & custodiret illū. Religio-
sus enī vir debet contēplationi insistere
p bona opa se exercere: & suum ordinē cu
stodire. Secūda facta est in paradisum
ecclesie triumphātis. Apo. ij. Uincēti da
bo edere de ligno vite quod est in para-
diso dei mei. Tertia trāslatio facta est i
paradisum ecclesie militātis vbi datur
mīa ad remissionē & gratia ad iustifica-
tionē. Eccle. xl. Gratia dei sicut paradi-
sus in bñdictionib⁹ & mīa in secula pma
net. Quarto & vltimo beat⁹ dominic⁹ cō
mēdat a finali intentiōe cū dicit. Ut da-
ret sapientiā. Nā inq̄tum trāslat⁹ est in
paradisum religiōis dedit sapiētiā suis
doctrinis. Prouer. v. Deriuentur fontes
tui foras &c. Inquantū vero trāslat⁹ est
in paradisum ecclesie triumphantis dat
sapiētiā suis meritis. Eccli. xliiij. Sapiē
tiam sanctorū narrant populi &c. Et inq̄
tū trāslatus est in paradisum eccle mili
tantis dat sapientiā suis miraculis que
quotidie innouantur: & fiunt Eccl. xxxvj.
Innoua signa & inmuta mirabilia.

¶ Sermo. clviij. De eiusdem
translatione: sermo tertius.

Ecce odor filij
mei sicut odor agri pleni cui
benedixit dñs Genes. xxvij.
quia in trāslatiōe beati dñici
magn⁹ odor emanauit. Ideo verbū pro
positū de ipso pōt exponi vt sit verbū di
cētis. Ecce odor filij mei &c. Ubi quatuor
dicunt de ipso odore. Primo q nō fuit oc-
cult⁹, sz manifestus cū dicit. Ecce odor.
Nā hec dictio seu aduerbiū ecce euiden
tiā dicit seu importat. Quatuor autē sūt
q̄ occultari nō possunt: scz res luminosa.
Ephe. v. Omne qđ manifestat lumē est.
Res vaporosa. Eccli. xxiiij. Quasi liba-
nus nō incisus vaporaui habitationem
meā. Res ignita. Prouer. vj. nūc qđ pōt
qs abscōdere ignē in sinu suo? Res alta
etiā occultari nō pōt. Mat. v. Nō pōt ab
scōdi ciuitas supra montē posita, his q̄-
tuor de causis odor sanctitatis sancti dñi
ci abscōdi nō potuit. Primo qr fuit lu-
minosus: vt scz mūdū tenebrosū illumi
naret. Eccli. l. Quasi stella matutina in
medio nebule. &c. Mūd⁹ ei patiebat ne-
bulas pctōrū tenebrositatē errorū & ob-
scuritatē ignorantiarū. Cōtra primū at-
tulit statū lucide vite: & iste est radi⁹ stel-
le matutine. Contra scdm attulit radiū
plene doctrine: & iste est radi⁹ lune plene
lucētis in nocte. Cōtra tertiū attulit ra-
dium sapientie: & iste est radi⁹ solis lucē
tis in die. Scdo fuit vaporosus vt mūdū
fetidū odore reficeret: qr ei⁹ caro vapo-
rauit odorē virginitatis qua instar lilij cā
duit. Ps. Iustus germinauit sicut liliū.
Ei⁹ cor vaporauit odorē charitatis qua
instar rose rubuit. Eccli. xxiiij. Quasi plā
tatio rose in hierico. i. ecclia militāti ei⁹

op⁹ vaporauit: odorē scītatꝫ q̄ ad istar thuris deo placuit. Cant. iiij. Odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thurꝫ ei⁹. Vbū vaporauit odorē veritatꝫ: q2 instar balsami redoluit. Eccl. xxiiij. Quasi balsamū non mixtū odor me⁹. Eius forma vaporauit odorē celebritatꝫ q̄ ad istar odoris vinee bonos refecit ⁊ malos serpētes ⁊ hereticos affugauit. Cant. ij. Vinee florentes odorē dederūt. Tertio fuit ignit⁹ vt mūdū frigidū inflāmaret: portauit eñ secū tres ignes, scꝫ ignita verba. Eccli. xlviij. Uerbū illi⁹ q̄si facula ardebat. Ignita exēpla. Job. xxxvij. Nōne vestimēta tua calida sūt? Et ignita desideria. Ezech. j. Scintille q̄si aspect⁹ eris cādētis. Quarto fuit alt⁹ p cōsilia vt mūdū deiectū erigeret. Homo quidē fuerat humiliat⁹ infra angelū vsqꝫ ad exiliū ⁊ vsqꝫ ad terrenorū affectū. Sed btūs dñicus ostendit remediū p quod homo erigat se vsqꝫ ad dignitatē angeli scꝫ per votum castitatꝫ vsqꝫ ad sublimitatem celi per votū obediente Sicut enim in obedientia hominē de celo expulit ita obedientia ipsum ad celum reducit. Usqꝫ ad dominiū mūdi p votum paupertatis que altissima est: et hominem mundo dominari facit. j. Cor. viij. Altissima paupertas eorum abūdauit ⁊c. Secundo de isto odore ostenditur φ non fuit paruus sed magnus, quia dicitur sicut odor agri pleni, Impleuit quidem mundū celū et tumulum. Talis eñ odor mūdū impleuit Odor aūt quadrupliciter causari cōsueuit aliquā do enim causatur ex cōcrematione. Eccl. l. Quasi thus ardens in igne Aliquādo ex cōtritione. Aromata eñ integra redolēt: modi cū fracta multum in puluerem contrita plurimū. Aliq̄n ex reuelatione. Balsamum enim clausum nō sentitur: sed vase aperto sentitur. Joh. xij. Domus impleta est odore vnguenti. Aliquando ex agitatione vnde dicit Aug. pari modo exagitatū ⁊ exalat fetorem cenum: ⁊ fragrat suaue vnguentū. Istis modis videt̄ fuisse cantus odor beati dominici. Ipse enī fuit totus igne diuini amoris cōcremat⁹ Unde cū tota nocte in ecclesia vestimentis madefactis p noctaret: mane inueniebātur sicca: acsi fuissent iuxta fornacē posita. Ipse etiā totus fuit p macerationē contritus Unde tres singulis noctib⁹ recipiebat cū quadā cathena disciplinas. Ipse etiā toti mūdo fuit reuelat⁹ p exēpla vite ⁊ p verba doctrine: per miraculorū operationē ⁊ per ordinis institutionē. Ipse eñ in vita actiua et cōtemplatiua fuit sedule exercitat⁹. Uñ dicit̄ de eo. Nocte celi plaustraꝫ lumina ⁊c. Scd̄o iste odor repleuit celū. In celo q̄dem est quadruplex ager. Un⁹ est plen⁹ balsamo sapiētie. Et iste ager est apostoloꝝ. Secundus ē plen⁹ rosis patiētie. Et iste ē ager martyrū. Terti⁹ est plen⁹ violis cōtēplationis eterne. Et iste est ager cōfessorum. Quart⁹ ē plen⁹ lilijs mūdicie. Et iste est ager virginum. Beat⁹ igit̄ dominic⁹ fulget i agro apostoloꝝ p sapiētiā: iō i euāgelio qd̄ de eo legit̄ assimilat̄ luci fulgēti. Fulget etiā i agro martyrū p charitatē ignitā: iō assimilat̄ ibidē lucerne ardēti. Fulget in agro cōfessorū p cōtemplatione supernā: ideo assimilat̄ ibidē ciuitati eminenti. Fulget in agro virginuꝫ p mūdiciā: ideo assimilat̄ ibidem sali condienti. Tertio iste odor ipleuit tumuluꝫ: nec mirū: q2 ei⁹ corp⁹ fuit alabastrū plenū vnguēto omniū gratiaruꝫ. Cant. iiij. Odor vnguentorū tuorū sup oīa aromata. Fuit apotheca plena aromatib⁹ oīuꝫ virtutū. Cant. v. Gene eius sicut areole aromatū. Fuit ort⁹ plen⁹ florib⁹ bonoꝝ operū. Eiusdē. iiij. Surge aq̄lo ⁊ veni auster: perfla ortū meū ⁊c. Ultimo dicit̄ de isto odore φ fuit a dei benedictiōe emissus: cū dr. Cui benedixit dñs. Ipse enim vt habet̄ Geñ. xlix. Fuit a deo benedict⁹ bñdictione celi de sup: propter gratie et oleum virtutū infusionē benedictionibus abyssi iacentis deorsum propter odoris ex tumulo emanationē benedictionibus vberū ⁊ vulue: ppter filioꝝ ppagationē.

Ser. clviij. De die pēthecostes. Ser. j.

Cor mūdū crea in me deus: ⁊ spiritum rectū innoua in viscerib⁹ meis ⁊c. Propheta volēs petere gratiā spūssancti. primo petit dari sibi q̄dā ante aduentū. s. cordis mūdationē: ... dicit. Cor mūdū crea i me de⁹. petit q̄dā

sibi dari i ei⁹ aduētu.s.cordis innouatio nē: cū dicit. Et spiritū rectū innoua in visceribus meis. Quiddam petit sibi dari post ei⁹ aduentū.s.grē cōfirmationē: cuz subdit. Et spiritu principali cōfirma me. Petit igitur primo mūdiciā cordis. Qui eñ vult spiritū sanctum recipere: debet cor mūdū habere. Ratio hui⁹ est: spūs sanct⁹ est colūba celestis. Luc.iij. Descēdit spūs sanct⁹ sicut colūba in ipsum. Et hospes honorabilis. Sap.xviij. Solem sine lesura boni hospitij pstitisti. Et amicus dulcis. Eiusdē.vij. Infinitus thesaurus est hoib⁹ quo q̄ vsi sunt pricipes effecti sunt amicitie dei. Et balsami liquor suauis. Eccl.xxiiij. Quasi balsamuz non mixtū odor meus. Qr ergo spūssanctus est celestis: iō nō habitat in corde lutoso & per peccatū mortale iquinato sicut nec colūba ponit pedem in luto qd significatū est Gen.viij. Ubi cū Noe colūbā emisisset cū adhuc tota terra palludosa eēt nō inueniēs vbi requiesceret ad arcā est reuersa. Scdo qr est hospes honorabilis nō vult habitare in hospitio pulueribus venialiū peccatorū asperso. Ideo dicit Grego. Tergat ergo sordes praui operis q̄ deo pparat domū mētis. Tertio qr est amic⁹ dulcis: vult habitare in loco florido.i.ameno p variarū virtutuz adornationē. Unde dilecta inuitat amicum suū dicens Cant.j. Lectulus noster florid⁹ est. Quarto: qr est balsami liquor suauis: vult reponi in vase solido p pseuerantiā, & precioso p charitatē veram. Ecclesi.l. Quasi vas auri solidū &c. In corde igit lutoso & inqnato nō habitat sz fugit. Sap.j. In maliuolā animam nō introibit sapiētia, neq habitabit in corpore subdito peccatis. In corpore vero puluere venialiū asperso habitat: sz nō libēter: qr quodammō a multitudine venialiū contristat. Ephe.iiij. Nolite ɔtristare spiritū sanctū. In corde vero puro & florido habitat delectabilr. Sap.viij. Delicie mee eē cū filijs hominū. In corde solido pcioso & firmo habitat pseuerāter. Joh.xiiij. Ad euz veniem⁹ & mansionem apud eū faciem⁹. Secūdo pphēta petit q̄ddā sibi dari in ei⁹ aduētu: scz cordis innouationē. Spirit⁹ eñ sanct⁹ est ignis dei. Lu.xij. Ignē veni mittere i terrā &c. Et est fons dei. ps. Quia apud te est fōs vite &c. Et auster dei. Cantic.iiij. Surge aquilo et veni auster &c. Fac nos habitare in foraminibus petre.i.in vulneribus xpi. Cant.ij. Surge propera amica mea colūba mea, & veni in foraminib⁹ petre: qr spūssanctus est ignis dei: renouat hō instar argenti deponēdo scoriā peccati. Esa.j. Excoquā ad purū scoriā tuaz: qr est fons dei: renouat instar aquile & cerui. Aquila nāq exusta radio solari se in aquā proijcit & vetustatē deponit. Et ceruus pugnās cū serpēte hausto veneno i fontē se pijcit & venenuz abijcit. Sic aia in fonte spūssancti renouat sicut aquila nouā cōuersationē assumēdo. ps. Renouabit vt aquile iuuēt⁹ tua. Et instar cerui venenū abijciēdo peccati. ps. Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū &c. Qr ē auster dei: renouat aia instar accipitris deponēdo plumas vetustas vitiorū induēdo nouas plumas virtutū. Joā.xxxix. Nunqd p sapiētiā tuā plumescit accipiter alas suas expandēs ad austrū: qr facit animā habitare i foraminibus: renouat instar serpētis q̄ trāsiens p foramen angustū deponit vetustam pellē ad nouā pducēdā. Et sic aia habitās in vulnerib⁹ dñi nostri iesu xpi p deuotionem deponit vetustā ɔuersationē. Ephe.iiij. Deponite vos sm pristinā ɔuersationē veterē hominē. Tertio pphēta petit sibi dari q̄ddaz post ei⁹ aduentū scz grē ɔfirmationē. Spūs eñ sanctus cōseruat & ɔfirmat ad similitudinē aque: pupille, flāme, lucerne. Dicit eñ spūssanct⁹ aqua Joh.iiij. Qui biberit ex aq̄ quā ego dabo ei: nō sitiet in eternū q̄ sicut cōseruat per decursuz: sic spūssancti grā p bonorū operū exercitiū. Iō monet apls.ij. Cor.vj. Hortamur vos ne i vacuū gratiā dei recipiat[i]s. Scdo spūssanct⁹ est sicut pupilla q̄ hz holem dirigere & illuminare. ps. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me i terrā rectā. Sicut ergo ipsa pupilla cōseruat p palpebre appositionē: sic spūssāct⁹ p elemosynarū largitionē. Eccl.xvij. Elemosyna q̄si saccul⁹ cū ipo, & grām hois quasi pupillā ɔseruabit. Tertio spūssanct⁹ est sicut flāma siue ignis q̄ hz animā inflam-

mare ad amorē q̄ dd̄ē seruat p appositio-
nē lignorū. sic spūssanct⁹ p feruorē scōꝝ
desideriorū. Eccl. xxviij. Secūdū ligna
silue ignis exardescet. Quarto est sicut
lucerna que illuminat ea q̄ sunt i domo
aie q̄sicut ꝯseruat p olei appositionē: sic
grā spūssci p deuotionē. q̄ dd̄ē p oleū si
gnificat: qꝛ facit alam reb⁹ mūdi supna
tare, ⁊ i celū ascēdere: iuxta illud Jo. iiij.
Fiet i eo fōs aq̄ salietis in vitā eternam.

¶ Sermo. clix. De eodem. Ser. ij.

Super quez re
quescet spūs meus nisi sup
humilē ⁊ quietū ⁊ tremētē
sermones meos? Uerbum
istud intelligitur Esa. lxvi.
fm aliam trāslationē. Ubi notat q sup
gña hoim reqescit. Primū sup humilem
Jac. iiij. De⁹ supbis resistit: humilib⁹ au
tē dat gratiā. hoc significatum est. Gen.
j. vbi scʒ dicit. Spirit⁹ domini ferebat su
per aquas. Nō em fert sup terrā: qꝛ non
reqescit in corde terreno nec sup aerē: qꝛ
nō reqescit in corde elato, nec sup ignem
qꝛ nō reqescit in corde igne cōcupiscētie
inflammato, sed supra aquas: qꝛ requie-
scit in corde māsueto. Ecōtrario. Spiri-
tus malign⁹ fert sup terrā: qꝛ data ei si-
bi ad māducandū Gen. iij. Terra come-
des cūctis dieb⁹ vite tue: qꝛ diabol⁹ ter
rena sibi incorporat. Esa. lv. Serpēti pul
uis panis ei⁹ sup aerē: qꝛ dat⁹ est sibi ad
habitādū. Ephe. ij. Sm principe ptātis
hui⁹ aeris: qꝛ diabol⁹ superbos inhabi
tat. Job. xlj. Jpse em rex ē sup oēs filios
superbie. Sup ignē gehēne: qꝛ dat⁹ est si
bi ad cōburendum. Mat. xxv. Discedite a
me maledicti in ignē eternum q̄ prepara
tus est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Et sup ignē
cōcupiscētie: qꝛ dat⁹ est sibi ad succedē-
dū Ozee. vij. Omnes adulterātes: qua-
si clibanus succensus a coquēte. Super
aq̄s aūt nō cōfertur: qꝛ in corde ductili ⁊
mansueto non cōmoratur: sed ibi contri
bulatur. ps. Contribulasti capita draco-
num in aquis. ibi submergitur. Exo. xv.
Submersi sunt quasi plūbum i aquis ve
hemētib⁹. Secūdo requiescit sup quie-
tis amatorē: cū dicit. Et quietū. Un̄ apo
stoli receperūt spm̄ sanctū sedentes. i. a
supfluis curis quiescētes. Jn hui⁹ signifi
cationem filij israel nō receperūt manna
quādiu fuerūt i egypto, ⁊ quādiu habue
rūt farinā egypti, ⁊ quādiu nō trāsierūt
mare egypti. Nā in egypto nō est quies,
neqꝫ circa mare egypti. Jlli aūt sunt in
egypto qui sunt in peccato. Et ibi nō pos
sunt esse in quiete. Esa. xlviij. Nō est pax
impijs dicit dns. Jlli etiā retinent farinā
egypti q̄ retinent adhuc delectationes ⁊
cogitationes peccati. Et tales nō sunt in
q̄ete. Job. xvij. Cogitatiōes mee dissipa-
te sunt torquentes cor meum. Jlli autem
non transierūt mare egypti qui adhuc
premuntur varijs sollicitudinib⁹ mūdi.
Tales etiā nō sunt in quiete. Joā. xvj. Jn
mundo pressurā habebitis: in me autem
pacē. Quicū vult vt spūssanctus super
eū requiescat: ⁊ quietē habere desiderat
exeat de tenebrositate peccati: abijciat
reliquias ⁊ occasiōes peccati, ⁊ deserat
anxias curas mūdi. Tertio reqescit sup
pceptorū dei obſuatorē. Jdeo sequitur.
Et trementē sermones meos: q aūt ob-
seruatio diuinorū preceptorum dispo-
nat ad recipiēdū spm sanctū. hoc habet
Johan. xiiij. Si diligitis me sermones
meos seruate ⁊ ego rogabo prem ⁊ aliū
paraclytum dabit vobis. Et etiā ibidēʒ.
Si quis diligit me sermonem meū serua
bit: ⁊ pater me⁹ diliget eum: ⁊ ad eū ve-
niemus: ⁊ mansionē apud eū faciemus.
Jn talib⁹ em venit spūssanct⁹ inflammā
do: venit filius eos illuminando: venit
pater in amore ⁊ cognitione eos conser
uando. Quātūcūqꝫ vero sunt aliqui hu-
miles vel quietatis amatores vel prece-
ptorū dei conseruatores: perfecte spiri-
tussanct⁹ in eis reqescit. Jn peccatorib⁹
em nullo modo requiescit: qꝛ i eis est pu
gna continua. Jn sanctis aūt qui sunt in
via reqescit: sed non perfecte reqescit, sʒ
semiplene: nā in eis est requies semiple-
na. Jn beatis autē requieuit ⁊ pfecte re-
qescit. qꝛ in eis est plena reqes ⁊ pfecta.
Jn huius significationē Noe ter emisit
columbā, Jn pria missione cū terra esset
adhuc paludosa nullaten⁹ requieuit: sed
ad archā redijt: qd dat intelligi q spūs
sanctus non requiescit in peccatorib⁹ q̄
habent corda immunda ⁊ in continua
pugna.

pugna. Esa. lvi. Cor impij q̄si mare feruēs, qđ quiescere nō potest. Et redūdat fruct⁹ eius in conculcationē ⁊ in lutum. In secunda emissione columba redeuit, sed non pfecte requieuit: quia requieuit sup arborem oliue: ⁊ iterū ad archā rediit: per qđ datur intelligi q̄ spiritussanctus in cordib⁹ sctōꝝ qui sunt in via requiescit pp mūdiciā: sz nō pfecte redescit qꝛ adhuc a corpore hñt pugnā. Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄, et spūs aduersus carnē. In tertia emissione colūba perfecte requieuit, qꝛ vltra ad archā nō rediit per quod datur intelligi q̄ spiritussanctus super eos qui sunt in patria perfecte redescit, cū in eoꝝ cordibus sit pax plena ⁊ requies pfecta. Esai. xxxv. Sedebit pplˢ me⁹ in pulchritudine pacis. i tabernaculis fiducie: i requie opulēta.

¶ Sermo.clx. De eodem. Sermo.iij.

Repleti sunt omnes spiritu sancto ⁊c. Actuū.ij. Perfecta liberalitas in tribus cōsistit scz quādo quis dat multum ⁊ multis: ⁊ preciosa. Deus hodie fuit valde liberalis qꝛ dedit multum cum dicitur. Repleti sunt. Dedit multis: cū dicitur, omnes. Et dedit donū vtile ⁊ preciosum: cum dicitur spiritu sancto. Dedit quidez aplis multum: quia eis dedit in abūdātia spm̄ sanctū. Licet em̄ sancti viri in pñti vita sunt quibusdā guttis sūſsancti aspersi. Apli tn̄ fuerūt fluuiali abūdātia pleni. Joan. vij. Flumina de ventre ei⁹ fluēt aque viue: hoc autē dicebat de spiritu quē erāt accepturi credētes in eū. De flumine dei dicitur Eze. xlvij. Mēsus est mille cubitos, ⁊ traduxit me per aquaz vsq ad talos. rursus mēsus est mille ⁊ traduxit me p aquā vsq ad genua: rurs⁹ mēsus est mille: ⁊ duxit me p aquā vsq ad renes: ⁊ mēsus est mille torrentē quē non potui pertransire: quoniā intumuerāt aque pfundi torrētis qui nō potuit trāsuadari. In talis nāq est tota corporis supportatio. In genib⁹ deambulatio. In renibus est fomes ⁊ libido in aqs intumescentibus est abūdātie plenitudo. In istud ergo flu

men spūssancti apostoli sunt traducti vsq ad talos quādo sunt facti fortes ad sustinendū pondus omnium passionum. ⁊c. ps. Ego cōfirmaui colūnas eius. Usq ad genua qñ facti sunt magnanimes ad progrediendū ⁊ aggrediēdū opera virtutū. ps. Ibūt de virtute in virtutē. Usq ad renes qñ debilitat⁹ ⁊ extinct⁹ est in eis omnis fomes ⁊ cōcupiscētia. ps. Inflammatum est cor meū. s. igne spūsscti ⁊ ideo renes mei mutati sunt. Aque vero huius fluminis vehemēter in apostolis intumuerūt: qꝛ dat⁹ est eis spūs i abūdantia. Esa. xxx. Spūs eius sicut torrēs inundās vsq ad mediū colli. In alijs sanctis flumen spūssancti ascēdit infra collū. In apostolis aūt vsq ad mediū colli. In xp̄o aūt vsq supra collū: qꝛ nō ad mēsurā recepit spm̄. Fuerūt aūt apostoli repleti quadruplici mēsura spiritusscti de qua dicit. Luc. vj. Mēsurā bonā ⁊ confertam. Mensurā quidē bonam habuerunt in sua iustificatione. Rom. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris ⁊c. Confertā habuerunt in aliorū cōuersione. Deus em̄ supra illud qđ necesse erat eis ad iustificationem contulit ⁊ addidit ea que necessaria erant ad aliorū cōuersionē. i. eloquētia verbi ardorē celi⁹ scripturarū intelligentiā in aduersis firmā constantiā ⁊ in miraculis faciendis magnam potentiā. Habuerunt mēsurā cogitatā in sui confirmatione quia nūq ab ipsa cadere potuerūt. ps. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊c. ⁊ habuerūt mēsurā supereffluētē in doctrinaꝝ abundanti emanatione que totū mundum doctrinis repleuerunt, ps. Flumen dei repletū est aqs. Ex isto flumine deriuati sunt multi riui. i. doctorū sententie multe. Ex istis riuis pcesserūt multa stillicidia. i. modernorum doctorum dicta. vnde sequit̄ Riuos eius inebrians multiplica genimina eius. Secūdo liberalitas dei attendit̄ in hoc q̄ dedit multis: i hoc q̄ dicit. Oēs Si ergo repleti sunt oēs spiritusancto, ergo ꝑ peccatores qui nō sunt repleti nō sunt de numero vniuersi. Omnia em̄ entia aut hñt eē aut viuere: aut sentire: aut rōnari: aut intelligere. Peccatores aūt nō habent esse: qꝛ omne esse est a forma. Forma ve

ignis in sinu: et serpẽs in gremio. Mus i
pera, est supbia in anima: q̃ oĩa bona spi
ritualia comedit et corrodit. Ezechielis
sexto. Nõ te extollas in cogitatiõe anime
tue velut taur⁹, ne forte elidatur virtus
tua. p supbiã et folia tua comedat et fru-
ctus tuos perdat vt relinquaris velut li-
gnũ aridũ in heremo. Ignis in sinu est
auaritia in affectu que oia sp̃ialia que i
anima inuenit ani hilat et cõsumit. Job.
xxxi. Ignis est vsq ad consumptionem
deuorans. et omnia eradicãs genimina
etc. Iste est ille ignis de quo dicit Prouer
biorum. xxx. Ignis est nũquã dicit suffi-
cit. Serpẽs in gremio est luxuria in aĩa
que ibi venenũ diffundit: et vitã gratie
extinguit. Prouerbiorũ. v. Fauus distil-
lans labia meretricis. Eiusdẽ. xxiii. In
gredit blãde: sed in nouissimo mordebit
vt coluber, et quasi regul⁹ venena diffun
det. Tertio ista tria q̃ dicta sunt spm̃ san
ctum male remuneratũ expellũt. Sicut
aũt colligit ex dictis Salomonis et q̃dã
glosa hoc tãgit. Tria sunt que expellũt
hoiez de domo sua fum⁹, stillicidiũ, et ma
la vxor. Per fumũ intelligit superbia, q̃
in altũ ascendit et cito deficit. Ps. Ascen-
dit fumus etc. Iste fum⁹ superbie spm̃ san
ctũ de corde expellit: et ne reuertatur sem
per resistit. Act. vii. Dura ceruice et incircũ
cisi cordib⁹ semp vos spũ sancto resisti-
stis. Per stillicidiũ intelligitur ipsa auari
tia q stillicidiũ hoiem in domo inquietat:
sic auaritia varijs sollicitudinibus et di-
uitijs aiaz suffocat iuxta illud. Luc. viii.
A sollicitudinib⁹ suffocãtur. Tales enĩ
spm̃ sanctũ expellũt cũ tamen dicatur. i.
Thessaloni. v. Spiritũ nolite extinguere
Per malã vxorẽ intelligitur carnalis cõ
cupiscẽtia: que semper cũ ratione litigat
iuxta illud Galat. v. Caro concupiscit ad
uersus spm̃. Et isti tales spm̃ sanctũ et fi
liũ dei pedib⁹ immũdis cõculcãt et cõtu-
melia dehonorãt. Heb. x. Quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia q fi-
liũ dei cõculcauerit, et spũi gratie contu-
meliã fecerit? De hac vxore siue cõcupi-
scẽtia carnali. Rom. viii. Prudẽtia car-
nis mors est. Uoluptas enĩ carnis ita tz
hoiem in delitijs qd ad eterna delicias
peruenire non desiderat. Un̄ i figura hu
ius dicit. iii. Reg. xii. q fecit Hieroboam
duos vitulos aureos, vnũ in dan: alium
in bethel ne popul⁹ reuerteret i hierusa
lem, sz ipsos adorarent, qui vituli sunt
duplex, lascivia. s. voluptas carnis, et va
nitas mũdi: quas tã clerici q̃ laici ado-
rant, et ad celestẽ Hierusalẽ ire nõ labo-
rant. Ad hũc vitulũ cõflatilẽ faciẽdũ po-
pulus israel i aures piecit, qz quicqd hz
homo preciosum ad hoc expẽdit vt vo-
luptas vel vanitas iplicat: et sic voluptas
carnalis, spiritum sanctum expellit.

¶ Sermo. clxx. De eodem Sermo. v.

Ignem veni
mittere in terrã. Et qd
volo nisi vt accẽdatur?
Luc. xii. De isto igne spi
ritus sancti q̃tuor sunt vi
dẽda. Primo qualis fue
rit quãtũ ad similitudinẽ qz venit in simi
litudinẽ lingue. Et potissima rõ fuit vt
hic ostẽdat quale linguagiũ sit in celo:
qz ibi nõ sunt nisi v̄ba ignita et v̄ba amo
ris. Deus enĩ tres puincias fecit. s. puinciã
celestẽ, prouinciam terrestrem, et prouin-
ciã infernalẽ. Et in qualibet puincia po-
suit ppriũ linguagiũ. Et est linguagium
prouincie celestis deũ laudare et benedi
cere. Ps. Beati qui habitãt in domo tua
dñe, in secula seculorũ laudabũt te, et lin
guagiũ, prouincie terrestris est de terre-
nis tractare. Joan. iii. Qui de terra est,
de terra loquitur, sed linguagiũ prouin-
cie infernalis est maledicere et blasphe-
mare. Esa. viii. Cũ esurierit irascet et ma
ledicet regi suo et deo suo. Cognoscit aũt
quisqs de qua puincia sit ad linguagiũ,
ex linguagio suo seu loq̃la. Unde dictum
fuit Petro. Matth. xxvi. Galileus es: nã
et loquela tua manifestum te facit. Cũ igi
tur quis loquit verba laudis et edifica-
tiõis primũ signũ est q est de puincia ce
li, et de puincia celesti. Un̄ dicebat dñs.
Joan. viii. Quare loquelam meã non co
gnoscitis. Quando aũt quis loquit ver
ba terrena: signũ est q est de puincia mũ
di seu terrestri. i Joannis. iiii. Ipsi de mũ
do sunt et de mũdo loquũtur: et mundus
eos audit. Quãdo vero aliqs loquit ver
ba mendacij et blasphemie tunc signum

est q̄ est de pfessiõe τ punicia ipsius mise
rabilis inferni, qꝛ istud est proprium lin=
guagiũ demonis infernalis. Johã. octa
uo. Cum loquitur mendacium ex ꝑpriis
loquitur. Secũdo videndum est qualis
sit iste ignis q̄tum ad virtutez. habet em̄
virtutem inclinatiuã: quia alta humiliat
et incinerat τ annichilat: habet ꝟtutẽ ele
uatiuaz: qꝛ sursum fertur τ tendit. habet
virtutẽ coadunatiuam: quia fluida soli=
dat τ addunat: sic spiritus sanct⁹. s. Dio
nysiũ in lib. de diuinis nominib⁹. hꝫ ꝟtu=
tez inclinatiuã: qꝛ illos quos replet incli
nat inferius per sui humilitatẽ τ contem
ptũ. ps. Auferes spiritũ eorũ. s. superbie
τ deficient. s. a seipsis: τ in puluerẽ suum
reuertentur per sui annihilationẽ τ con=
temptum. Secundo habet virtutẽ eleua=
tiuaz: qꝛ eleuat eos superius per deside
riuz eternoꝝ. Ezechiel. viij. Eleuauit me
spiritus inter terram τ celũ: duxit me in
hierusalem in visione dei. Tertio hꝫ vir=
tutem coadunatiuã per concordiã τ vni=
tatem morũ. Ephes. iiij. Soliciti seruare
vnitatem spiritus in vinculo pacis. Uirt⁹
nanq̄ ignis in hoc consideratur: qꝛ sub=
sternit sibi omnia alia elemẽta. s. terrã in
carbonibus: aerem in flãma: aquã i bal
neo calido. Sic τ spirit⁹ sctũs substernit
sibi terrenã cupiditatẽ. Grego. in hom.
Quia spũssanctus apostolos in tãte celsi
tudinis culmẽ erexit: quid aliud dixerim
nisi q̄ mẽtes terrenorũ celos fecit? Amis
ciosaz vanitatẽ. ps. Qui emittit fontes in
cõuallib⁹. i. gratiã suã prestat humilibus
Et voluptuosã carnalitatẽ. Gal. v. Spi
ritu ambulate τ desideria carnis non ꝑfi
cietis. Tertio vidẽdũ est q̄liter iste ignis
extinguitur. Nã extinguitur primo ꝑ vẽ
tum sup̄bie. Job. p̄mo. Uentus veniẽs a
regione deserti cõcussit quatuor angulos
dom⁹. Quatuor em̄ anguli dom⁹ spũalis
sunt fides: spes charitas, τ bona opera
tio. Secũda ꝑ lignoꝝ separationẽ: id est
per spiritũ discordie. Sicut em̄ anima nõ
viuificat mẽbra separata: nec ignis inflã
mat ligna diuisa: sic nec spiritussanct⁹ il=
los inflammat q̄ sunt diuisi a deo ꝑ mor=
talem culpã. Esaie. lix. Iniquitates vestre
diuiserunt inter vos τ deũ vestruz. Uel a
proximo discordia mediãte seu ꝑ discor=
dia Luce. xi. Omne regnũ i semetip̄m diui
sum desolabit. Uel ab ecclia ꝑ excõmuni
cationis sentẽtiã. Matthei. xviij. Si enim
ecclesiaz nõ audierit sit tibi sicut ethnic⁹
τ publican⁹. Tertio extinguitur ꝑ aquas
luxurie. Eccli. iij. Ignẽ ardẽtem extin=
guit aqua. Cetera nãq̄ vitia non omnino
extinguũt igniculũ cordis quin aliquan
do ibi remaneãt alique affectiones bone
volũtatis. Luxuria aũt adeo extinguit q̄
nihil spirituale in corde relinquitur: sꝫ to
tus homo caro efficitur. Quarto vidẽdũ
est qualiter iste ignis ꝯseruatur. τ hoc fit
per lignoꝝ appositionẽ. i. bonorũ opeꝝ
multiplicationẽ. Eccli. xxviij. Secundũ
ligna silue: sic ignis exardescet. Leuitici.
vj. Ignis i altari meo semꝑ ardebit: quẽ
nutriet sacerdos subijciẽs ligna ꝑ singu
los dies. Secũdo ꝑ cineris aspersionem
id est memorie mortis superinductionez.
Job. xvj. Operui cinere carnẽ meã. ij. Co
rin. iiij. habem⁹ thesaurũ istum in vasis
fictilibus. Tertio ꝑ sufflationẽ. i. frequẽ
tem meditationẽ. Eccli. xviij. Si sufflaue
ris quasi ignis exardescet. Nihilomin⁹
et ipse xp̄s sufflat. Joh. xx. Insufflauit τ
dixit. Accipite spm̄ sctm̄. Quarto ꝑ diligẽ
tem ab omni cõtrario ꝯseruationẽ. i. per
malarũ societatũ vitationẽ. Ex mala em̄
societate homo peruertitur in intellectuz
quãtũ ad cognoscẽda. ꝓuerb. xiij. Qui cũ
sapiẽtibus graditur sapiẽs erit. Amic⁹
stultoꝝ efficit similis. Inquinatur in affe
ctũ q̄tũ ad diligẽda. Eccli. xiij. Qui te=
tigerit picẽ inquinabitur ab ea. Et emole=
scit i effectu q̄tũ ad operandũ ꝓpterea. ps
mo. Recedite de medio babylonis ne for
te emolescat cor vestrum.

¶ Sermo. clxiij. De eodẽ. Sermo. vj.

De excelso mi
sit ignem in ossibus meis, τ
erudiuit me. Threñ. j. Hec
possunt esse verba eccliſie
recolentis aduentum spi
ritussancti in apostolos per quos ad fi
dem est erudita. In quibus verbis qua
tuor ostẽduntur. Primo vnde missus est:
quia de excelso. In beata quidem trini=
tate est quadruplex excelsum. Primũ est
infinite potestatis. Job. xj. Excelsior cẽlo

celo est: quid facies. Secundū est infinite varietatis. per quod omnia prospicit et cognoscit. ps. Dominus ꝓspexit de excelso sancto suo. Tertiū est infinite charitatis. Esa. vi. Uidi dominū sedentē sup solium excelsum ⁊ eleuatū. Quartū est infinite bonitatis p qd oculo mie nos respicit. ps. Excels⁹ dns ⁊ humilia respicit. De isto q̄druplici excelso iste ignis sctissimus in aplos ē miss⁹. In ipsis em̄ erat q̄druplex defect⁹. Prim⁹ q̄tū ad interp̄tatiuā: qr timidi erāt ɔfiteri xp̄m. Sicut ptz i principe apostolorū q̄ dum mori timuit vitā negauit. Scd̄s est q̄tum ad intellectiuā: quia multa ignorabāt: que tñ ipsos scire expediebat. Joh. xvi. Adhuc habeo vobis multa dicere: sz nō potestis portare modo. Tertiū q̄tū ad effectiuā: qr in amore dei adhuc tepidi ⁊ frigidi erāt: nec christum eo modo diligebāt quo est diligere debebāt. Joh. xiiii. Si diligeretis me gauderetis vtiq: qr vado ad p̄rem. Quart⁹ q̄tum ad operatiuā: quia infirmi erāt ad aggrediēdum opera fortia ⁊ virtuosa ꝙ innuit. Mat. ix. Nemo immittit cōmissuram panni rudis in vestimentū vetus, ⁊c. quia igit̄ habebant defectum quantū ad interpretatiuā missus est spiritussanctus de excelso infinite potestatis: vt timidos roboraret, qui em̄ prius timebāt tacēdo post modū nō timuerūt cū fiducia ɔfitēdo Actuū. iiii. Repleti spūssancto loq̄bātur cū fiducia v̄bum dei. Qui prius timebant ɔfiteri i vna lingua: postmodū sunt cōfessi in omnib⁹ linguis. Actuū. i. Ceperūt loq̄ varijs linguis: ⁊ qui prius timebant fragilē mulierē: postmodum non timuerūt p̄ncipē neq imperatorē. Act. v. Obedire magis oportet deo q̄ hominibus. Secūdo qr habebant defectū q̄tū ad intellectiuā: missus est de excelso veritatis īfinite: vt īscios edoceret. Joh. xvi. Cū autem venerit spūs veritatis docebit vos, oēm veritatē. s. vite: ⁊ doctrine et iustitie. Sap. viii. Sobrietatē em̄ ⁊ sapientiam docet atq iustitiā ⁊ veritatē quibus vtilius nihil est in vita hominib⁹: sobrietatem quo ad veritatē vite: ⁊ prudētiam quo ad veritatē doctrine: ⁊ iustitiā quo ad veritatē iustitie. Tertio quia habebāt defectū quo ad effectiuā miss⁹ est de excelso infinite charitatis, vt frigidos īflāmaret. Inflāmauit em̄ corda eoꝝ. Greg. Foris apparētib⁹ linguis igneis int⁹ facta sunt corda flāmātia eoꝝ v̄ba. Greg. In igneis linguis apparet spūs: qr oēs q̄s repleuerat ardētes pariter ⁊ loquētes fecit ēt eoꝝ opa. Job. xxxvii. Nōne vestimēta tua calida sūt cū pflata fuerit terra austro? Quarto qr ipsi habebāt defectū q̄tū ad opatiuā miss⁹ est de excelso īfinite bonitatis, vt eos pficeret ⁊ ɔsummaret. Nā q̄ pri⁹ faciebāt opa debilia. postmodū aggressi sunt fortia. Aggressi sūt quodā op⁹ qd est supra naturā. i. castitatē seruare. Hier. In carne p̄ter carnē vincere nō humanū sz angelicū esse puto. Et quoddam op⁹ qd est ꝯ naturā. s. mortem affectare. Actuū. xxi. Ego nō solū alligari: sz ⁊ mori parat⁹ sū ꝓ noīe dni iesu. Quoddā qd est ꝯ cōsuetudinē humanā. s. diuitias ɔtēnere. Actuū. iii. Argētū ⁊ aurū nō est mecū ⁊c. Et quoddā qd est ꝯ rōnē. s. deū credere trinū ⁊ vnū, de v̄gine natū ⁊ passum. Ista em̄ credere nō potuerūt nisi p spm̄ sctm̄ Sapiē. ix. Sēsum aūt tuū q̄s sciet: nisi tu dederis sapiētiā ⁊ miseris eis spm̄ sctm̄ de altissimis? Quoddā qd ē supra humanā ɔditionē. s. nullā ad malū hre. pronitudinē, qr sicut dr Gen. viii. Sēs⁹ ⁊ cogitatio humani cordis pna sunt ad malū ab adolescētia sua. In aplis aūt fuit q̄dē natura ad malū pna: sz in bonū cōfirmata. ps. Ego cōfirmaui colonas ei⁹. Secūdo ostēditur qualiter sit missus qr in specie ignis: cū dicit, misit ignē. De quo cantat ecclesia. aduenit ignis diuinus nō cōburens: sed illuminās: nō cōsumēs sed lucens. Ex q̄ habet̄ ꝙ iste ignis nō fuit carbo nec flāma sz lux. Carbo em̄ ē ignis in materia terrestri: ⁊ ideo nō apparuit in specie carbonis: qr illos quos replet nō facit predicare propter terrenū questum sed ꝓpter celeste premiū. i. Corin. nono. Que est enim merces mea vt euāgelium ⁊c. Nec apparuit in specie flāme: qr flāma est ignis in materia aeris: spirit⁹ aūt sanctus illos quos replet nō facit p̄dicare ꝓpter fauorē humanū: sz ꝓpter honorē diuinū. Gal. p̄mo. Si adhuc hominibus placerē christi seruus non essem. Apparuit ergo in specie lucis q̄ est duplex et

Ista sunt q̄tuor. Primũ est meditatio mor
tis. Sicut enĩ materialis ignis cõseruat᷑
sub cinere: sic spũssctũs sub mortis medi
tatione. Memoria enim mortis gratiam
cõseruat: q2 facit humilẽ animũ. Eccli. x.
Quid superbis? In omnibꝰ operibꝰ tuis
memorare nouissima tua ⁊ in eternũ non
peccabis. Dat ꝓfectũ. Greg. Ualde se sol
licitat in bono opere: q̄ semꝑ cogitat de
extremo fine. Scd̃m est mortificatio car
nis. Carnes enĩ cõseruant᷑ ex salis appo
sitiõe. Sic spiritſſanctꝰ ex carnis mortifi
catiõe. Mat. ix. Oĩs victima sale salietur.
Aque stãtes scd̃m Ambro. putrescũt: sʒ ꝑ
diuersos lapides currẽtes in suo vigore
ꝑsistũt. Sic aĩa stãs in ocio putrescit cito
ex pctõ, sed qñ inter diuersos lapides vi
giliaꝝ ⁊ ieiunioꝝ frãgit᷑: in grã cõseruat᷑.
Et sicut dĩ Aug. in libro de ciuitate dei.
Est quidã fons q̄ in die frigescit: in nocte
calescit q2 ignis spiritussancti in ꝓsperi
tate extinguit᷑: ⁊ in asperitate penitẽtie cõ
seruat᷑. Tertiũ est diuini timoris p̄sentia.
Sicut enim domus stare non potest si nõ
habet stabile fundamentũ et forte tectũ:
sic nec anima si nõ habet timorẽ. q̄ timor
sit fundamentũ dr̃ Eccl̃. xxvij. Si nõ in ti
more dñi instãter tenueris te: cito subuer
tet᷑ domꝰ tua. Et q̄ sit tectum. Eiusdem.
xxv. Timor dñi super oĩa se supposuit.
Quartũ est custodia exterioris hominis
sicut enĩ vas plenũ balsamo aptũ relictũ
cito effundit᷑. sic balsamũ grẽ dei in Eua
effusuʒ est: ⁊ in Adã ꝑ q̄nq̄ sensus. s.
visum auditũ, gustũ, odoratũ, ⁊ tactũ. Ec
cle. xx. Gratie fatuoꝝ effundẽtur. Tertio
sunt quedã q̄ faciũt ad spũssancti missi ⁊
cõfirmati ostẽsionẽ. Et illa sunt quatuor
Spũs enĩ sanctꝰ ostẽsus est in quadrupli
ci signo: scʒ nubis columbe: flatu: ⁊ ignis:
per q̄ dat᷑ intelligi q̄ quatuor sunt signa
per que quis potest agnoscere se habere
spiritũ sanctũ. Primũ signũ est abundan
tia lachrymarũ. Et ideo apparuit in spe
cie nubis sup christũ trãsfiguratũ. ps. Fla
uit spũs eiꝰ ⁊ fluẽt aque. Gen. i. Spiritus
dñi ferebat᷑ sup aquas. s. lachrymaꝝ. Se
cũdũ est dimissio iniuriarũ. Et ideo appa
ruit in specie colũbe q̄ felle caret. et ideo
Sap. vij. Uocat᷑ spũssanctus suauis. beni
gnus: ⁊ humanꝰ q2 facit homines suaues
in corde et benignos in sermõe: ⁊ hũanos
in omni cõuersatiõe. Tertiũ est cõtemptꝰ
tẽporaliũ, ⁊ ideo apparuit in specie flatꝰ:
quia oĩa tẽporalia facit contẽnere tanq̃
flatum vaporẽ ⁊ fumũ. Et ideo legitur de
sansone q̄ cũ spũs dñi in eũ irruit leonẽ
interfecit, philisteos superauit vincula
dirupit. Per leonẽ intelligitur superbia.
Per philisteos qui interpretantur cadẽ
tes intelliguntur diuitie siue ipsa auari
tia: quia sicut dicitur Prouer. xj. Qui cõfi
dit in diuitijs corruet. Sed ꝑ vincula in
telligit᷑ ipsa carnalis cõcupiscẽtia. iuxta
illud Eccl̃. vij. Uincula enĩ sũt manꝰ illiꝰ.
Quartũ est desideriũ supernoꝝ. Et ideo
apparuit in specie ignis q̄ semꝑ hʒ sursũ
ferri. Eze. viij. Eleuauit me spũs inter ter
raʒ ⁊ celũ. Ubicũq̄ ergo est fumꝰ aromã
ticꝰ scti desiderij signũ est q̄ ibi sit ignis
spũsscti. Gre. Qui mẽte integra dñm desi
derat profecto iã habet quem amat.

¶ Serm. clxv. De sctã trinitate. Serm. j.

O Altitudo di
uitiarum sapiẽtie et sciẽ
tie dei. Rom. xj. Festum
sancte trinitatis quidaʒ
celebrant dñicaʒ que est
octaua pẽthecostes que
est principiũ dñicarum: ad innuendum q̄
deus est prima causa oĩm. Sed alij cele
brãt illud festũ in vltima dñica ad innuẽ
dũ q̄ deus est finis omniũ. Alij nunq̃ ce
lebrãt cõtenti illa laude continua trinita
tis: qua dr̃ Glĩa pr̃i ⁊ filio ⁊c. vt ostendat᷑
q̄ est gubernatrix ⁊ cõseruatrix oĩm. Apo
stolus igit᷑ licet raptus fuerit vsq̄ ad ter
tiũ celũ. tamẽ nõ ẽ ausus mysteriũ trinita
tis curiose inuestigare: Sʒ in ꝟba admi
rationis ⁊ laudis ꝓrũpẽs dicit. O altitu
do diuitiaꝝ. In q̄bus verbis tria ponit.
Primo q̄ ipsa beata trinitas nõ est curio
se inuestigãda cum dicit O altitudo diui
tiarũ sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei ⁊c. Curiose enĩ
hoc inuestigare vanũ esset ac periculosuʒ:
⁊ cõfusione dignũ. Uanũ quidẽ esset quia
intentũ suum cõsequi nõ posset. Eccle. iij.
Altiora te ne q̃sieris ⁊ fortiora te ne scru
tatus fueris, ⁊c. Unde legitur q̄ eo tem
pore quo btũs Augustinus libros de tri
nitate faciebat: quẽdã puerulũ in littore

giberti q episcopo nanstrāsi missam celebrāti tres gutte clarissime sup altare celit⁹ sunt emisse q̄ sibi appropinquātes vnā gēmā pulcherrimā effecerūt, quam cū in quadā cruce vbi erant multe gēme posuisset: ille tātā ei⁹ excellentiā nō ferētes de cruce ꝓtinus ceciderūt. Tertio dicit apls q ipsa btā trinitas ꝛ vnitas est a nobis glorificāda. cum ait. Ipsi gloria i secula seculoꝝ amē. Debem⁹ ipsam glorificare propter debitū: qꝛ propter ipsaꝫ homo est formatus. Esa. xliij. Populum istum formaui mihi: ꝛ laudē meam narrabit. Propter meritum. j. Reg. ij. Quicūqꝫ honorificauerit me glorificabo eū. Propter exemplum: qꝛ ipsam glorificat creatura insensibilis. ps. Celi enarrant gloriam dei. Irrationalis creatura. Esa. xliij. Glorificabit me bestia agri ꝛ draconis, creatura intellectualis. Job. xxxviij. Ubi eras quando me glorificabāt astra matutina? Et ideo debet istam glorificare creatura ratiōalis vt verificetur illud quod dicit Augusti. Non cessat nec tacet laudes tuas vniuersa creatura tua.

¶ Sermo. clxvi. De sctā trinitate. ser. ij.

Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus ꝛc. Propheta spiritu sancto inspiratus mysteriū trinitatis nobis aperiens tria dicit. Primo quid de eo sit credendū. Secundo quid ad eo sit petendum. Tertio qualiter sit ei seruiendū. De eo autem est credendū q sit trinus: quia ponitur ibi ter deus ꝛ qd sit vnus: ideo in singulari posuit benedicat. Et licꝫ istud sit supra nos tamen in creaturis aliqualiter elucescit. Et pmo in creaturis vniuersalib⁹ in qb⁹ inuenim⁹ magnitudinē per quā intelligitur patris potentia: speciem ꝛ pulchritudinem per quam intelligitur filij sapiētia de his duobus dicitur. Sapien. xiij. A magnitudine enim speciei ꝛ creature cognoscibiliter poterit eorū creator videri: vtilitatem per quā intelligitur spiritus sancti bonitas ꝛ clementia. Gene. j. Uidit enim de⁹ cuncta que fecerat ꝛ erāt valde bona. Secundo elucescit in creaturis in particulari sicut in igne: i quo quidem est species ignis, splendor, ꝛ calor. Splēdor ab igne nascitur: calor ab igne ꝛ splendor generatur. Unde dicit Augusti. Splēdor ignis est de igne: ꝛ tñ coeua sunt. Da mihi eñi ignem sine splendore: et credam patrem esse sine filio. Secūdo in creatura spirituali sicut in anima. vnde dicit Augu. de trinita. Mens amor et noticia eius tria quedam sunt. Mens eñi nouit se amat se ꝛ cognoscit: noticiā suā gignit: ꝛ est parens sue noticie: tertius est amor qui de ipsa scꝫ mēte ꝛ noticia ꝓcedit cū mēs se cognoscēs diligit se. Tertio in secularibus disciplinis. Unde dicit Faustus in lib. de fide catho. Tres enim ꝑsonas liberalia studia senserūt. Nunqꝫ eñi in arte grāmatica nisi primā secundā ꝛ tertiā personam inuenim⁹. Etiam inuenitur vna dictio que est vnica in voce, et triplex i significatiōe: vt hec dictio amor que pōt esse alicuius nomē proprium: et est nomen cōmune ꝛ verbum. Quarto in numeris. Unde dicit Philosophus per hūc numerū scꝫ ternariū ad hibuim⁹ nos ipsos magnificare deum vnū eminentem proprietatibus eorū que sunt creata: nō autem intelligēdū est q ipsi posuerūt numerum ternarium in personis: qꝛ hoc nō cognouit. Sed vult dicere q antiqui vtebant numero ternario in sacrificijs ꝛ orationib⁹ ꝓpter quādā numeri perfectionē. Scdo ꝓpheta ponit qd sit ab eo petēdū, scꝫ bñdictio cū dicit. Benedicat nos de⁹ ꝛc. Inuocatio nāqꝫ trinitatis triplicē nobis benedictionē acquirit. Prima ꝯsistit in terrenorum despectione ꝛ celestiū contēplatiōe. Esa. xl. Quis appendit tribus digitis molē terre? quasi dicat nullus, nisi deus trin⁹ in sua potentia, sapiētia, ꝛ mia quasi tribus digitis molē terre. i. ponderositatem corporis appēdit sursum eleuando ad contēnendū terrena ꝛ ad contempladū celestia. Sic igitur appensus ꝛ eleuat⁹ erat beatus Augustinus de quo dicitur q cum libros de trinitate scriberet ꝛ quedā vidua i tribulatione posita ad eū vadēs ipsum salutasset ꝛ ipse nihil illi mulieri rñderet ipsa tristis abscessit. Sequēti vero die cū ei⁹ missam audiret facta est in extasi mentis ꝛ rapta in celum: ibidē vidit augustinū facie im-

vox ad eā dicens. Cū ad augustinū iusti tunc de trinitatis gloria attētissime dispu tabat. Et iō q ibi fuerīs nō audiuit. scd'a cōsistit in tētationū: z olim demonū effu gatione. hoc signatū ē Exo. v. De⁹ hebreo rū vocauit nos vt eam⁹ viā triū dierū in solitudine, .i. est p fidē trinitatis z in hac vita in qua pegrini sum⁹ seruiam⁹ ne for te accidat nobis pestis. i. tētatio que est a carne aut gladi⁹ qui est tētatio ab hoste. Istud etiā notaſ in quodā fideli notario apud cōstātinopolim de quo legiſ q cū mag⁹ cū duxisset ad quēdā locū vbi pgre gata fuit multitudo demonū vn⁹ sedes in throno interrogauit. Si seru⁹ su⁹ erat. Et iste se signās dixit ego sum seruus sancte trinitatis. Et statim oēs disparuerūt. Ter tio cōsistit in aduersitatū ppulsiōe. Nam sicut refert Joānes damascen⁹. Cū apud cōstātinopolim grauis pestis esset de me dio ppl'. qdā puer in celū raptus canticū scte trinitatis, scz Sctē de⁹ sctē fortis san cte z misericors saluator miserere nobis ab āgelis ē edoct⁹ qd cū rediēs decātas set mox ois turbatio cessauit. Tertio pro pheta ponit quar' scte trinitati est seruiē dū: q2 cū timore, cū dt. Et metuāt eū oēs fines terre. Circa qd sciēdū est q qdam sunt sub terra sicut demones z dānati in qdā penarū positi. Joā. xxvi. Ecce gigan tes gemūt sub aquis. Isti sanctā trinitatē cū timore metuūt: tñ odiūt z blasphemāt ps. Superbia eoꝝ qui te oderūt, ascēdit semp. Alij sunt sup terrā sicut sunt ange li z beati. ps. Credo videre bona domini in terra viuentiū. Et isti sanctam trinitatem amore sancto metuūt z reuerēt ur ac laudant quotidie dicētes. Esa. vi. Sctūs sanct⁹ sanct⁹ domin⁹ de⁹ exercituū. Unde legiſ q cum quidā vir sanctus cum alijs psallentibus esset in eccl'ia: vidit beatam virginē illuc aduenietē, z ad Gloria pri pfunde inclinatē: q cū eā de hoc interro gasset respōdit q quādocūq ille versicu lus trinitatis ab ecclesia diciſ: tota curia celestis sancte trinitati iclinat z ipsam re uereſ. Alij sunt in medio terre sicut auari z terrenorum cupiditatib⁹ dediti. Et isti non sunt digni gloriā in sancte trinitatis narrare ne dicaſ eis illud: Peccatori aūt dixit de⁹: q̄re tu enarras iustitias meas zc.

Unde sicut refert Bonifacius in libro suo quē scripsit ad comitissam Matildā. Cū quidā archiepūs simoniacus per testes cō uinci nō posset: preceptum est ei vt psum trinitatis diceret. Et cū ille sanctā trini tatē: z maxime spiritū sanctū nolare non posset, sic depr͞ehēsus z cōfusus est. Alij sunt in finibus terre sicut viri pfecti in qui bus terrena sumunſ. Et isti btā z trinitatē metuūt timore filiali. Eccli. j. Plenitudo sapiētie timor dñi: z isti semp trinitatē de bēt laudare ac dicere Gl'ia patri z filio z spiritui scto. Istū em versum scte trinita tis Nicena synod⁹ edidit. Sed hieronymus in fine psalmoꝝ dicendū ordinauit.

¶ Sermo. clxvij. Eodē dei. Sermo. iij.

TRes sunt q testimoniū dāt i celo, scz pr vbū z spūssanct⁹: z hi tres vnū sunt, pr me Jo. v. Sctūs Joānes euāgeli sta recūbēs supra pect⁹ dñi: z fluēta sapiētie ide hauriēs mysteriū sctē trinitatis nobis sub breuib⁹ vbis tra didit dicēs. Tres sūt q dāt⁹ vbis tria ostē dit. Primo q i diuinis est trinitas psonaꝝ z vnitas essentie. cū d:. Tres sūt q testimo niū dāt i celis zc. Istā aūt trinitatē z vni tatē psonaꝝ ondit. Dionysi⁹ i libro de di uinis noib⁹ p quatuor exēpla ondēs q fi li⁹ z spūssctūs pcedūt a pre sicut duo ri ui ab vno fonte, sicut due pullulatiōes ab vna radice, sicut duo radij ab vno sole. Ait em sic. Pr est fontana deitas Fili⁹ aūt et spūssctūs riui deitat; si ita opz dicere pul lulatiōes diuine nature z sicut flores z su psubstātialia lumina. Quō aūt sint neq dicere neq cogitare est possibile. Proce dūt igiſ pmo sicut duo riui ab vno fonte. Pr em est instar fontis, filius instar riui a fonte pcedētis. Spūssctūs instar stagni a fonte z riuo pcedētis z emanātis. Scdo pcedūt sicut due pullulatiōes ab vna ra dice. A radice qdē pcedit trūcus z a ra dice z trūco educiſ ram⁹: Sic a pre pce dit fili⁹: a pre z filio procedit spūssanct⁹. Tertio pcedūt sicut duo flores ab vna ar bore. De arbore qdē pcedit flos: z ex ar bore z flore nasciſ fruct⁹. Sic a pre pro ce dit fili⁹ z ab vtroq spūssctūs. Quarto pro

redūt sicut duo radij ab vno sole. A sole ꝗdem ꝑcedit splēdor. A sole et splēdore producit calor. Aug. Uidem⁹ solem per celū currentē, lucentē, ⁊ calentē. Jsta igit tria considerant in sole scʒ cursus splendor, ⁊ calor. sic in deitate inuenimus patrem currentem idest potēter omnia operantē. Joā.v. pater me⁹ vsqꝫ modo operatur, filiū splendentem idest splendorē sue sapiētie effundentē. Joā.j. Erat lux vera ⁊c. Et spiritū sanctum calentē.i. corda inflammātē. Luce.xij. Jgnē veni mittere in terra ⁊c. Secundo ostēdit. Joannes ꝙ in diuinis sunt quedā appropriata cum dicit. qui testimonium dant in celo. Secundū autem glosam. Christus habuit triplex testimoniū ꝙ fit celestis. Primū est a patre cū dixit. hic est fili⁹ meus dilect⁹. Secundū autem a seipso quādo fuit trāsfigurat⁹. Tertiū a spiritu sancto quādo in specie colūbe super eum apparuit. Et ꝗuis iste operatiōes fuerunt cōmunes: tamē secundū beatū. Aug. illius vocis allatio attribuit patri, trāsfiguratio filio, ⁊ columbe formatio spiritui sancto. Ponunt autē sctī ⁊ alia appropriata diuinis ꝑsonis quorū. Aug. in li. de trinitate tria ponit dicens. Jn patre vnitas in filio equalitas, in spiritu sancto vnitatis equalitatisqꝫ cōnexio. Jn alio quoqꝫ loco appropriat prī potentiā filio sapiētiam: et spiritui sancto bonitatē. Hilari⁹ vero in li. de trinitate alia tria pōit dicēs. Eternitas est in patre, species in imagine: vs⁹ in munere. Ex his ergo patet ꝙ patri attribuitur potentia, vnitas et eternitas. Filio sapiētia: equalitas species siue pulchritudo. Spiritui sancto bōitas: nexus: ⁊ vsus: horū autem rationem breuiter videam⁹, pater nanqꝫ est fontale principiū et ei attribuit potentia qui in se includit rationē principij. Et etiam principiū nō est de principio: ideo sibi attribuit vnitas: ꝗ sicut principium sine principio in numeris inuenit. Et etiam principiū omnis processionis.s. generationis ⁊ spirationis: ⁊ ideo sibi attribuit eternitas que est principiū omnis durationis scilʒ etiam et temporis. Fili⁹ autem ꝑcedit a patre per modum intellectus quo sapiētia perficitur: et ideo sibi attribuit sapientia, recipit etiam in ꝗtū filius a patre genitus eandem naturā quam habet generās ideo sibi attribuit equalitas. Et etiam verbū patris in quo tāqꝫ in speculo oīa resplendent atqꝫ relucent et ideo sibi attribuit species siue pulchritudo. Spiritus sanct⁹ procedit a patre et filio vt amor cui⁹ obiectum est bonū et ideo sibi attribuit bonitas. Et etiā amor: patris et filij ꝗ vnitur ⁊ est donū quod nos vnit: et ideo sibi attribuitur nex⁹. Pater in amore diuino fruitur seipso ⁊ diligit filiū amore fruitionis. ergo spūi sancto appropriat vsus vnde Beatus Aug. Usum exponit fruitionē. Tertio ponit quedā propria cū dicit. Pater, verbū, ⁊ spiritus sanctus ꝗuis enī per hoc ab inuicem distinguant: non tamen diuidunt. Sed sicut habent vnam essentiam ita habent vnā virtutē vnā voluntatē ⁊ vnā operationem quod enim ꝗtum ad ista quatuor non diuidant. dicitur. Joā.v. Nō potest fili⁹ quicqꝫ a se facere. Ecce quia habet eandē cum patre virtutem. Sicut enim fili⁹ nō est a seipso sed a patre, sic ⁊ seipso nō habet virtutē operandi sed a patre: habet etiā a patre eandem essentiā. Unde subdit. Nisi qđ viderit patrem facientē, ꝗa enim illa generatio qua fili⁹ a patre procedit: non est carnalis sed spiritualis: ⁊ sensus vis⁹ inter ceteros sensus est magis spiritualis ideo per sensū visus exprimitur. Uidere enim patrem facientē nihil aliud est ꝗ ab ipso accipere essentiā et operatiuam virtutem: habet etiam eandem operationē Unde subditur. Quecūqꝫ enī pater fecerit habet etiam eandem cū patre volūtatem. ideo subditur. hoc ⁊ fili⁹ similiter faciet idest simili voluntate cum patre.

¶ Sermo.clxviij. De eodem die Sermo quartus.

Potestas dei ē: et tibi dñe misericordia, qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua. psalm. Secundum sanctos doctores patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas, siue misericordia. Duo prima, scilicet potentia et misericordia patent in auctoritate premissa. Ter-

tem, ne hoc de spiritusancto ab iperitis crederetur ei bonitas & mia attribuit: & ipsa eius mia est tāta φ vbiqꝫ inuenitur. Nā in celo est mia saluans. ps. Domine in celo mia tua. In mūdo mia lōganimiter expectās. Esa.xxx. Expectat vos dñs vt misereat vestri. In purgatorio est misericordia liberalis. Eccl.lj. Liberasti me a pressura flāme que circūdedit me. Et ibidem. Liberasti me secundū multitudinē misericordie nominis tui. In inferno est misericordia mitigans: quia ibi peccatores puniunt citra cōdignū. ps. Nūqd in eternum obliuiscitur misereri de⁹: aut cōtinebit in ira sua mias suas? Tāta autem est eius mia & bonitas φ nō videtur posse ea que repugnāt sue bonitati vt salnandum damnare. Vñ dixit angel⁹ qui psonā dei gerebat loth viro iusto vt habetur Gene.xix. Nō potero facere qdq̄ donec egrediaris illuc. Non videt posse ea q̄ repugnāt sue misericordie sicut peccatorem penitētē ad misericordiaꝫ non reuocare seu recipere. Unde dicit. Augu. Tardius si quidē videtur deo peccatori veniā tradere q̄ ipsi peccatori. Sic eniꝫ festinat absoluere reū a reatu conscientie sue quasi plus ipsum cruciet compassio miseri: q̄ ipsum miserum compassio sui. Non et ā videtur ea posse que repugnant sue gratie: sicut gratiā ab iusto auferre. Unde dicit Anselmus. Cū deus velit φ anima habeat rectitudinē voluntatis: si ab ipsa inuita eā aufert: iam vellet eam nolle quod vult eam velle.

¶ Sermo.clxix. De sancto. Barnaba. Sermo primus.

Joseph qui cognominat⁹ est Barnabas ab apostolis, qd interp̄tatū est fili⁹ cōsolatiōis leuites cyprius genere cū haberet agrū vendidit illū: & attulit preciū & posuit ante pedes apostolorum. Act. iiij. Quilibet vere penitens & conuersus quinqꝫ debet habere. Debet nanqꝫ proficere in gratiā sperare de venia: satisfacere de offensa: dolere de culpa: & despicere terrena. Ista beat⁹ barnabas a christo conuersus perfecte habuit q̄ in v̄bis premissis notantur. Primo nanqꝫ profecit in gratia quod notatur cum dicitur. Joseph, quod interpretatur augmētū. Ipse enim augmētum faciebat: quia de virtute in virtutem semp ibat. ps. Ibunt de virtute in virtutem. j. petri.iij. Crescite in gratia & cognitione domini nostri iesu christi & saluatoris Debet autē qlibet iustus proficere quantū ad augmēta virtutum & extirpationē vitiorū. Unde dicit Gene.j. Crescite id est de virtute in virtutem pficite: & multiplicamini id est virtutes multas acquirite: & replete terram id est p bona opera fructificate & subijcite eam id est sensualitatē rationi supponite: & dominamini piscib⁹ maris.i. motib⁹ luxurie. De qua dicitur. Prouer.v. Fauus distillās labia meretricis: nouissima autē illius amara quasi absinthium. Et volatilibus celi.i. motibus superbie: & vniuersis animantib⁹ que mouent sup terrā.i. motibus auaritie. Scdo sperauit de venia quod notatur cū dr Barnabas. i. filius consolationis. Magna enim est cōsolatio peccatori quādo de venia saluatoris. ps. Memor esto v̄bi tui seruo tuo in quo mihi spē dedisti: ex tali enim spe anima cōsolatur. Unde dicit. Hec me cōsolata est i humilitate mea. A morte culpe viuificat homo iō dicit. Eloquiū tuū viuificauit me superbi aūt & obstinati peiores efficiunt: ideo dicit. Superbi iniqꝫ agebant vsqꝫ quaqꝫ. Nam q̄to deū misericordiorē sentiunt tanto securius in peccatis consistunt. Tertio satisfecit de offensa: quod notatur cū dicitur; leuites. Nā si aliquando mancipauit se mūdo. postea tamen totaliter dedicauit se deo. Dicit aūt d leuitis. Deut.penul. Ponēt thimiama in furore tuo & holocaustū sup altare tuū. Bñdic dñe fortitudini ei⁹: & opa manuū eius suscipe. Per q̄ dat intelligi φ sctūs Barnabas inq̄tū fuit leuites satisfecit deo p deuotam & odoriferam orationem. Ideo dr ponent thymiama. Per carnis mortificationē: ideo dr. Holocaustū sup altare tuū. Per fortē aduersorū ppessionē iō dr. Benedic dñe fortitudini eius. Per largaꝫ eleemosynarū largitionē: ideo dr. Et opera manuum eius suscipi. Ipse eiꝫ agrū vēdidit, & p̄ciū ad pe-

des apostolo℞ posuit. Quarto voluit de culpa qd̓ notat̃ cū dr̃ Cypri⁹ qd̓ interp̄tat̃ merēs Job.xxx. Merēs incedebā: si ne furore cōsurgēs in turba clamabā. Uerus em̄ penitens dz habere dolorē magnū: ideo dr̃. Merens Dolorē continuū. ideo dr̃ incedebā. Nūq̄ em̄ iste dolor debet finiri: sed semp̄ augeri. Dolorē spontaneū: ideo dr̃: sūz furore cōsurgēs. Aug. hic sp̄ dolebat: et de dolore gaudebat. Dolorē vniuersalē: ideo dr̃. In turba clamabā. Et talis dolor dz esse perfect⁹ debet nāq̄ clamare isto dolore cordis non cōtra vnū pctm̄ sed cōtra turbā omniuz peccato℞. Quinto terrena cōtēpsit: qd̓ notat̃ cū dicitur. Cum haberet agrū ꝛc. Istū contemptū et nos habere debemus. Gen.xij. Egredere de terra tua et de cognatiōe ꝛc. Debēt nāq̄ religiosi habere et p̄ponere cōtēptū terrene substātie. Et iō dr̃. Egredere de terra tua. Debēt habere cōtēptū cognatiōis et patrie: iō dicitur: et de cognatiōe tua. Et debēt habere religiosi cōtēptū dom⁹ paterne et iō subdit̃: et de domo p̄ris tui. Et debēt habere cōtēptū dilectiōis ꝓprie: iō subditur. Et faciā te crescere in gentē magnā. Priuatus nāq̄ amor nō extendit̃ ad alios: sed clauditur intra seipsum. Debet aūt habere amorē sp̄ualē et diuinū: iō subditur: et veni. s. passibus amoris in terrā: scilicet viuētium quā monstrauero tibi hic: scz per cōtemplationē: sed tandem tibi dabo eam per veram possessionem.

¶ Sermo.clxx. Geruasij et Protha. martyr. Sermo.j.

Reciosa ī cōspectu dn̄i mors sanctorū ei⁹: sicut dicit btūs Augu. Stat⁹ hoīs tripliciter cōsideratur scilicet in vita in morte et post morē. Isti aūt sancti habuerūt vitā sanctā mortē preciosam: et post mortē trāslationē glo̓iosaz. Eo℞ aūt sanctitas notat̃: cū dr̃. Sctō℞. Sācte nāq̄ ipsi vixerūt quo ad deū p̄ deuotā oratiōnē: vn̄ dixit paul⁹ de eis q̄ nihil terrenuz desiderabāt. Sctē ēt vixerūt quo ad ꝓximos et quo ad sup̄iores: vn̄ dixit paulus monita mea secuti sūt. Quo ad equales. s. nazariū et celsum: cū qb⁹ vnanimiter habitauerūt. Quo ad inferiores qr pauperes sustētauerūt. Quo ad ꝑsecutores qr eo℞ suplicia nō timuerūt: quo ad seipsos qr carnē suā p̄ decē annos mortificauerūt et sens⁹ suos ab exteriorib⁹ habuerūt: iō ei se recluserūt seruātes illud ꝓphete. Si mei scz sens⁹ nō fuerint dn̄ati, ex hoc em̄ animus preseruat̃ a maculis futuris, iō dr̃. Tūc immaculatus ero. A preteritis. Ideo subdit̃. Et emūdabor a delicto maximo. Orationes nanq̄ sunt deo placite et meditatiōes sūt deo grate: iō subdit̃. Et erūt vt cōplaceāt eloquia oris mei et meditatio cordis mei in conspectu tuo semp̄. Scdo habuerūt mortē preciosam: qd̓ patet qr eo℞ mors passioni xp̄i multū similis fuisse vr̃. passio christi nanq̄ fuit longa et diuturna: fuit multiplex et diuersa: fuit vilis et ignominiosa: fuit cōstās et firma. Sic et isti sancti habuerūt in sua passiōe dolo℞ acerbitatē. Unde dicit̃ de Geruasio q̄ plūbatis cesus fuit qd̓ erat gen⁹ supplicū valde dolorosuz: habuerūt pene diuturnitatē. Un̄ dr̃ de eodē: q̄ tādiu plūbatis cesus fuit quoadusq̄ spiritū exalauit. Habuerunt penarū diuersitatē. Un̄ dr̃ de p̄thasio q̄ primo fuit in eculeo suspensus. Et postmodū capite trūcatus. Habuerūt in sua passione ignominiā et vilitatē: qr Geruasius ad instar malefacto℞ fuit verberatus. Prothasi⁹ vero ad instar latronū in patibulo suspensus. Habuerūt cōstātiaz et firmitatē. Unde cū tyrann⁹ Prothasiū miserum vocaret: respondit. Quis est miser ego qui te non timeo aut tu qui me timere probaris? Tertio habuerunt translationē gloriosam vnde postq̄ dixit. Preciosa in conspectu domini ꝛc. Subiungit. O domine quia ego seru⁹ tuus sum. ꝛc. Acsi dicant. O domine nos famus serui tui et filij vitali, martyris tui et valerie ancille tue: nō patiaris corpa nostra tā viliter sub terra iacere. Eorum ergo translatio fuit gloriosa qr eo℞ corpora fuerūt miraculose reuelata: qr ipsi duobus et tertio cū paulo sancto Ambrosio apparuerunt sua corpora reuelantes. Fuerūt integra et incorrupta: quia licet p̄ trecentos annos in terra iacuissent integra

et recentia sunt repleta: ac si illa die fuissent tumulata. Fuerunt odore mirabili circumfulta: quia mani'de odor olb'emanauit. Fuerunt miraculorum gratia illustrata: quia ibi deus ad eorum honorem miracula multa ostendit.

Sermo.clxxi. De sancto Johanne baptista. sermo.i.

Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine. Joh. i. Magnum est esse nuncium est dei: sed maius est habere gratiam dei et maximum est esse testem dei. Istud triplex priuilegium beatus Johannes habuit: vt ex premissis verbis apparet. Primo nanque fuit nuncius dei. cum dicitur: fuit homo missus a deo Circa quod notandum quod fuit missus quatuor modis. Primo modo fuit missus sicut mittitur radius a sole. Sol enim est ipse christus. Malach. iiij. Uobis timentibus nomen meum orietur iusticie. Et iste sol habet tot radios quot habet sanctos. Eccli. xliij. tripliciter sol exurens montes radios igneos exufflans. Montes namque sunt angeli quos iste sol tripliciter exurit: quia virtutem purgatiuam illuminatiuam: et perfectiuam eis dedit. Exufflat radios igneos fulgidos id est sanctos ignitos charitate: et fulgidos veritate. Unde vnus etiam de maioribus radijs huius solis fuit ipse Johannes baptista, et ideo lucifero comparatur. Job. xxxviij. Nunquid produces luciferum in tempore suo? Alij prophete fuerunt stelle nunciantes christi aduentum: sed tamen de longinquo Iste fuit lucifer nuncians christi aduentum de propinquo. Secundo fuit missus a deo sicut scintilla ab igne ignis enim est deus. Hebre. xij. Deus noster ignis consumens est: qui tot scintillas habuit quot: sanctos emisit: de quibus dicitur Ezec. i. Scintille quasi aspectus eris candentis: huius autem eris maxima scintilla fuit Johannes baptista: qui totus igne celi et charitatis ardebat. Ideo assimilatur gladio acuto. Esaye. xlix. Posuit os meum dominus quasi gladium acutum. Gladius acutus et secat iniustum gladius. et penetrat in quantum acutus et vulnerat inimicum vtrumque. Sic sermo Johannis et secabat vitia cum dicebat. Luc. iij. Neminem concutiatis etc. Et penetrabat intima: cum dicebat ibidem genimina viperarum quis ostendet vobis fugere a ventura ira: et vulnerabat corda cum dicebat ibidem: iam enim securis ad radicem arboris posita est Tertio fuit missus a deo sicut odor a flore. Flos enim est christus. Cant. ij. Ego flos campi qui tantos odores emisit quot sanctos produxit et huius floris maximus odor fuit Johannes qui toto odore fragrauit vt christus de eo dicere possit illud quod legitur Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus: eius enim odor non fuit horti sed agri: quia non fuit clausus sed apertus quia omnes vicini cognati et qui in montanis habitabant isto odore sunt refecti hodie etiam non solum christiani, sed etiam sarraceni eius odore reficiuntur. Et fuit odor agri pleni, quia in ipso fuit lilium virginee puritatis: et viola celestis contemplationis et rosa rubentis passionis. Et dicitur quod fuit a deo benedictus. Ille ager est benedictus qui multum fructum affert: iuxta illud Hebr. vi. Terra enim sepe super se venientem bibens imbrem etc. Accipit benedictionem a domino Sic beatus Johannes fructum centesimum protulit: quia virgo predicator et etiam martyr fuit. Quarto fuit missus a deo sicut legatus a principe. Princeps enim est Christus qui tot habet legatos quot sanctos. Et huius siquidem principis legatus magnus fuit Johannes qui fuit legatus a latere: quia non fuit missus a deo immediate. Felix nanque legatus quem non misit cupiditas: sed charitas: quia non fuit missus a deo qui charitas est. Quem deus non misit pro sua: sed pro aliorum vtilitate: quia venit testimonium perhibere de lumine per quem procurata est homini pax atque tranquillitas: quia venit vt omnes crederent per illum qui non predicabat seipsum sed deum: quia non venit vt lux sed vt testimonium perhiberet de lumine. Secundo beatus Johannes habuit gratiam dei: quod notatur cum dicitur. Cui nomen erat Johannes: quod interpretatur, in quo est gratia. Tria enim vasa deus creauit, que mox gratia sua impleuit scilicet: christum ac Mariam et Johannem. Christus est sol: Maria luna: et Johannes est lucifer. Post solem namque luna est clarior: quia post christum ipsa virgo ma

ipsam virtutib⁹ exornare. Et istos habuit in Joāne: quia culpā originalē in Joanne penit⁹ purgauit: quā scz in vtero sanctificauit. Unde de vulua sanctificaui te. i. a peccato mūdaui te. Et ipsum glorificauit ⁊ dei amicū feci: vt de eo legit Jo. iij. Amicus aūt spōsi ⁊c. Jp̄m etiā virtutib⁹ exornauit. vn̄ dixit Maxim⁹. Joānes virtutū schola ⁊ vite magisteriū sanctitatis forma norma iustitie ⁊c. Alij vero sunt effectus speciales spiritussancti. Et illos effectus nō dat olb⁹ hominib⁹. sz solū aliquibus specialib⁹ sicut ipsis apostolis: vt pote diuinas reuelatiōes immittere in plenitudine se diffundere, ⁊ in grā stabilire. Jstos etiā effect⁹ habuit beat⁹ Joānes. Habuit eñ diuinas reuelationes: quia pater se sibi reuelauit per vocem, ⁊ fili⁹ dei per assumptā carnē, spūssanctus per columbe speciem. Spiritū sanctū in plenitudine accepit. Luc. j. Spiritu sancto replebit ⁊c. Fuit etiā beat⁹ Joānes in grā stabilit⁹: amic⁹ aūt sponsi stat. Alij nāq͡ʒ effect⁹ quos hz spūssanct⁹: sunt effect⁹ singulares quos etiā similiter in beato Joanne fuerūt quos in vtero accepit: scz sanctificatio gaudiosa: xp̄i salutatio, ⁊ spūs prophetie repletio. Quarto quantū ad p̄ximū suū fuit valde fructuosus, qđ notat cū dicit: ⁊ multos filios israel conuertet ⁊c. Cōuertit aūt eos clamādo ⁊ p̄dicando. Mat. iij. Ego vox clamātis in deserto ⁊c. Dixit aūt Chris. ⁊ Remigi⁹ q̄ tribus de causis clamam⁹: aut quando loquimur longe positis: aut surdis: aut quando loquimur irati. Joānes autem clamabat pctōrib⁹: qui sunt a deo elōgati ps. Longe a pctōrib⁹ sal⁹ q̄ ad dei mādata dicēda ⁊ faciēda sunt surdi. Esaie. xliij. Educ antez foras surdū, ⁊ aures ei sunt. Et quia erat iratus: ira scz per zelū. ps. zelaui super iniquos ⁊c. Quinto quantū ad christi aduentum fuit valde deuot⁹, quod notat cum dicitur. Ipse precedet ante illum in spiritu ⁊ virtute helie: imo ⁊ in maiori spiritu q̄ helias. In helia quidem fuit spirit⁹ simplex: in heliseo duplex: in Joāne triplex. Helias quidē fuit plen⁹ p̄phetia in vita: heliseus in vita ⁊ in morte: quia mortu⁹ mortuū suscitauit. vnde eo. Eccli. xlviij. Mortuū p̄phetauit corp⁹ ei⁹. Joānes autē fuit plen⁹ spiritu sancto, ⁊ spiritu p̄phetie, ⁊ ante vitam hominib⁹ cognitam: quia xp̄m in vtero cognouit ⁊ in vita: quia hominib⁹ digito demonstrauit. Et post vitā: quia ipsuz illum bo existentibus nunciauit.

¶ Sermo. clxxiiij. De eodē die ser. ij.

ERit enim magnus corā dn̄o. Luc. j. Magnitudo beati Joānis quā tum ad se cōsideratur. Fuit enim magn⁹ i vtero: egressus ex vtero existēs in mūdo: egressus de mundo existēs in limbo: regnās in celo. Primo beat⁹ Joānes fuit magnus in sue matris vtero: quia fuit miraculose conceptus: quia a tota trinitate ei⁹ cōceptio fuit causata. Nā pater dedit nouā potentiā generādi: nā cū parentes eius essent impotētes ad gerādū plem oportuit q̄ noua generādi ⁊ cōcipiēdi potētia preberetur. Chrys. super illud, Luce. j. Sic fecit mihi dn̄s ⁊c. vt potest sterilitatē soluit, et domū super naturā cōcessit, ex petra infructuosa spicas maturas p̄duxit: decec⁹ abstulit dū genitricē me fecit. Fili⁹ dedit nouā sapiaz cognoscēdi: quia puer existēs in vtero ipsum cognouit. Ambro. Uocē pri⁹ elizabeth audiuit: sed Joānes prior gratiā sensit: illa nature ordine audiuit iste exultatione mysterij: illa marie iste dn̄i sensit aduētū. Spūssctūs dedit nouā grām sanctificādi: quia in vtero fuit sanctificat⁹ ⁊ spūssctō replet⁹. Ambr. sup illud Spū sctō replebit adhuc ⁊ vtero sue matris. Alt⁹ est spūs ei⁹ vite: alt⁹ grē. Ille nascēdo sumit exordiū: moriēdo defectū: iste nō etatib⁹ coercet: nō obitu extinguit nō aluo m̄ris excludit. Scdo fuit magnus egressus de vtero: quia gaudiose natus, nā gauisus est puer cū dr. Exultauit i gaudio ifans i vtero meo: gauisi sunt parētes. vn̄ dr. Et tibi gaudiū erit ⁊ exultatio: gauisi sunt et vicini ⁊ cognati vnde dicit. Et audierūt vicini ⁊ cognati ei⁹ ⁊c. gauisi sunt omnes vnde dixit angel⁹. Et in natiuitate eius multi gaudebunt. Magnum nāq͡ʒ dicitur gaudium quatuor modis. aliquando intensiue: ⁊ hoc modo gauisi sunt parentes, aliquando ostens-

stiue, et hoc modo puer gauisus est q̄ mo
tu corporis gaudiū suum manifestauit,
aliquādo cōmunicatiue: et hoc modo ga
uisi sunt vicini: qr parētes beati ioannis
tātū gaudiū nō ferētes vicinis et cogna
tis illud cōmunicauerūt, aliquādo extē
siue: et hoc modo gauisi sunt omnes: qr
ad oēs illud gaudiū extendet. vñ dicit, et
sup omnia mōtana diuulgabant oīa ver
ba hec. Tertio fuit magn⁹ existens i mū
do: qr fuit oīb⁹ virtutib⁹ exornat⁹. Si q̄
dem cōtēplatiōis sublimitas ipsum or
nauit a superiori: qr celos aptos vidit:
vocē patris audiuit: spm̄ sanctū in spe
cie colūbe aspexit: filiū i humana carne
cognouit: et sic tota trinitas se sibi reuela
uit. Humilitas ipsum ornauit ab inferio
ri p quā se nō esse dignū soluere corrigiā
calciamēti christi asseruit. puritas ipsuz
ornauit ab iteriori, p quā angel⁹ meruit
appellari: qr s3 Hier. In carne nō s3 car
nē viuere nō est humanū sed poti⁹ ange
licū. Sanctitas ipsum ornauit ab exterio
ri: qr de pilis camelorū circūdatus erat.
Et mel siluestre et locustas cōedebat. Et
hominū cōsortiū fugiebat: patiētia ipsum
ornauit a sinistris: qr ipsum persequeba
tur: et herodes ipsum incarcerādo: et he
rodias sibi insidiādo: et puella caput ei⁹
petēdo et ministri herodis ipsuz decollā
do, et tñ ipse beat⁹ Joānes baptista i oī
bus patiētiā cōseruauit. Tēperātia ipm
ornauit a dextris: qr in domo summi sa
cerdotis vnic⁹ nat⁹ ab oīb⁹ psperitati
bus mūdi abstinuit: a iudeis xp̄s extima
tus pcursorē suū se esse aperuit. Quarto
fuit magn⁹ egressus de mūdo: qr p veri
tate passus fuit: sc3 p vitate, doctrine, iu
stitie, et vite. Pro veritate q̄dē doctrine:
qr sicut dt Joseph⁹ ad ei⁹ predicationē
multitudo ppli cōueniebat pp qđ hero
des timēs dispēdiū ppli ipm carceri mā
cipauit, passus est etiā p veritate iustitie
quā defendebat. Arguebat nāq3 herodē
ex eo q̄ vxorē fratris sui acceperat qđ
erat cōtra legis pceptū. vt fratre viuēte
vxor traduceretur. et sic dū defendit iusti
tiā pdidit vitā. Est eñ passus p veritate
vite quā tenebat. Mos eñ malignātium
est sanctorum hominū peruertere vita3.
beatus autem Joānes baptista non co
medebat panē: nec etiā bibebat vinū. et p
pterea ipsi dicebāt eū habere demoniū.
et sic scandalum accipiebāt: vñ edifica
tionem habere debuerant. Sicut eñ no
ctua fugit lucem et serpens vinee florē
tis odorem: sic mali bonorū hoim̄ de
stantur sanctitatē. Quinto fuit magn⁹ exi
stens in limbo: qr illic preciosus nūcius
fuit destinat⁹. Sicut eñ patres desolati
erāt et ppter tātā temporis diuturnitatē,
et propter demonum vicinitatem, et pro
pter diuine visionis priuationē: et pro
pter locū infimū et horribilē: sed Joānes
ad eos descēdēs eos letificauit: et asse
rēs q̄ de loco illo diuturnos erāt educē
di: et de vicinitate demonū erāt cito i an
gelorum socios assumēdi: et de priuatiōe
diuine visionis erāt diuina visione fruē
di. Et de loco ifimo et despecto cito erāt
ad alta celorū subleuādi. Unde etiā legi
tur in euāgelio Nicodemi q̄ ipsis denū
ciauit: q̄ xp̄s nat⁹ fuit: q̄ ipsum baptiza
uerat: q̄ digito ostenderat: et q̄ cito ad
eos visitādos descēsur⁹ erat. Sexto est
modo magn⁹ regnās in celo: qr h3 tre
centa premia. Habet nāq3 centesimū fru
ctū inquantū fuit virgo incorruptus: al
centesimū inquātū predicator gratios⁹:
aliū centesimū inquantū fuit martyr inui
ctus. Uere aūt beat⁹ Joānes est magn⁹
in celo: qr fulget iter cuneos patriarcha
rū: gaudet intra choros pphetarū: qui
fuit ppheta et plusq̄ propheta. Residet
inter choros aplorū: qr fuit apls. i. a deo
missus. Spaciat nāq3 iter rosas marty
rū, qr fuit martyr dñi gliosus. Delectat
inter violas cōfessorū cōfess⁹ est et nō nega
uit. Redolet inter lilia virginū: qr virgi
nitatem perpetua3 conseruauit.

Sermo. clxxiiij. Eodem die ser. iij.

INter natos mulierū nō surrexit maior Joanne baptista. Mat. xj.

Laudatio a seipso est vere
cunda: qr laus hoīs in ore
pprio sordescit. Ab homine malo ignō
miniosa: quia secūdum Senecam idem
est laudari a turpibus, et ob turpia. Ab
homine sancto licet nō sit certa tamen ē
de digna. Ab aduersario vero est sin

ma: q2 validu est testimoniu ab aduersa
rio pbatu. Ab angelo est vera atq certa:
q2 angel' no pot metiri. A deo est vera
pbata. ij. Cor. x. No eni q seipm comme
dat ille pbat' est: sz ille que de' comendat.
Beat' igit ioanes baptista noluit comen=
dare seipm q2 hoc fuit verecundu. Un cu
interrogaret si esset xps. rndit se no esse
xpm, sz precursore suum: nec etia voluit
comedari a iudeis malis: q2 hoc fuisset
ignominiosum. Un cu ipsi iudei eu tanq
xpm vellet recipere noluit assentire. Est
aut commedat' a nobis. Matt. xxi. Om
nes sicut pphetá illu habebat. Ab ad=
uersario. s. ab herode q eu metuebat, et
viru sanctu, bonum & iustu esse sciebat: vt
dicit Matt. vi. Ab angelo q ait. Erit ma
gnus cora domino. A deo qui dixit. In=
ter natos mulieru non surrexit maior
ioane baptista. Dicit nanq q nullus ma=
ior eo surrexit pp quasda spuales p=
rogatiuas quas hu it. Prima est, q2 fuit i
vtero sanctificatus, ex qua sanctificatio=
ne tria dona accepit. s. peccatoru mun=
dationé. Hiere. i. Antequ exires de ventre
matris sanctificaui te. i. a pcto mundaui
te per sancti spiritus repletione. Luce. i.
Spiritusancto replebitur adhuc ex vte=
ro matris sue: diuinoru cognitionem: vt
ibide. Exultauit infans in gaudio in vte
ro meo. Secunda est: q2 fuit beate virgi=
nis marie spiritalis fili'. Cu eni triplex
sit cognatio. s. naturalis: q est per carnis
ppagationem. spiritalis que est per ba=
ptismi regenerationé, & legalis que est p
adoptionem. b. vir. m. qtu ad triplicem
cognationé tres hu it filios, vnu natura=
le. s. Iesum que de suis visceribus genuit.
Aliu legale. s. Ioane euangelista: que ex
rescripto & madato principis i filiu ado
ptauit qn xps ei dixit. Mulier ecce filius
tu'. Tertiu spuale. s. Ioane baptista que
per spiritu sanctu in matris vtero ba=
ptizauit. Cu eni Elizabeth salutauit mor
infans in vtero exultauit: & spiritu sanctu
recepit: & ab originali peccato mudatus
fuit. Et sic virtute ipi virginei baptismu
recepit spussancti. Tertia est quia fuit
angelus appellat'. Cum enim secundu
Dionysium angelus habeat triplice vir
tutem scz purgatiuam illuminatiuam &
perfectiua, habuit virtutem purgatiua
q2 sicut dicitur Ioannis. v. Ipse erat lu=
cerna ardens. Habuit virtute illuminati
ua: q2 erat lucerna lucens. habuit perfe=
ctiuam virtute: q2 sicut dicit Luc. i. Ipse
venit dno parare plebe perfecta. Quar=
ta est q2 fuit ppheta & plusq propheta.
Prophete nanq qnq acceperut spiritum
sanctu ad cognoscedu preterita, aliqn
ad sciedu futura, aliqn ad intelligédum
occulta presentia. Ioanes vero habuit
spm prophetie de futuro qn dixit. Io. i.
Ipse est qui post me ventur' est, habuit de
pterito cu subdit. Qui ante me fact' est.
De psenti occulto cu subiungit. No sum
dignus corrigia calciamenti eius soluere.
Quita pogatiua est: q2 fuit xpi baptista
electus: vbi tota meruit agnoscere trini
tate. Un Aug. in libro de fide ad petru.
Quamuis patris & filij & spusancti vna sit
natura firmissime tame tenete tres esse per
sonas diuinas: scz patre qui dicit. Hic est
fili' meus dilect', & filiu solu esse super
que vox illa patris insonuit: & spm sctm
esse qui in specie columbe super christum
baptizatu descendit. Sexta est q2 fuit p=
cursor christi deuot'. Quare christus vo
luit vt ioanes ante eum precederet & pre
iret. Super hoc Chrys. ponit tres cau=
sas. Prima est pp xpi dignitate: vt di
scas inqt q sicut pater: ita & ipse pphe=
tas habeat. Scda est pp iudeoru inex
cusabilitate. Un ait: deinde & iudeis nulla
causam derelinquat, qd & ipse dominus
ostendit dices. Uenit ioannes non mandu
cans neq bibens &c. Uenit fili' hominis
manducans & bibens &c. Tertia propter
maiorem firmitatem. Necesse erat inqt
ab alio prius dici que de ipso erat. Nam
alias iudei dixissent. Tu de teipso testi=
moniu phibes &c. Septima prerogati=
ua est: q2 fuit tribus meritis quibus au=
reola confert, & figuris. Quod scz fuit p=
dicator: martyr & virgo. Et ideo habuit
corona stellata q ue debetur predicatori
bus. De hoc Dan. xij. Qui ad iusticia eru
diunt multos quasi stelle i perpetuas eter
nitates. Habuit corona gemmata que de=
bet martyrib'. Ps. Posuisti in capite ei'
corona de lapide precioso. Et corona au
rea que debet virginibus. Ecclesiasti. xlv.

Corona aurea sup mitrã eius. Sicut em̃
aurũ est fulgidũ et incorruptũ ac precio=
sum: sic et ꝟginitas. Sapiẽ. iiij. O q̃ pul=
chra est casta generatio cũ claritate: ecce
q̃ fulgida. Immortalis enim est memo=
ria illi⁹. Ecce q̃ icorrupta: qm̃ apud deũ
nota est: ꝛ apud homies. ecce q̃ p̃ciosa.
Octaua p̃rogatiua est qꝛ dies natiuitatis
eius habet festiu⁹. Triũ em̃ natiuitates
solẽniter celebram⁹. s. xp̃i ꝛ virginis glo
riose marie: ꝛ Johannis baptiste. Tũ qꝛ
oẽs tres fuerunt ĩ vtero sctificati. Tũ qꝛ
oẽs fuerũt miraculose nati. Nã xp̃s ẽ de
virgine nat⁹. Et ꝟgo maria fuit de sterili
matre genita ꝛ ꝓcreata Johannes vero
fuit de sene vtroq; parente generat⁹. Tũ
qꝛ ort⁹ istorũ triũ gaudio magno fue: ũt
dedicati. De gaudio nãq; natiuitatis xp̃i
dr. Luce. ij. Annũcio vobis gaudiũ ma=
gnũ ꝙ erit oĩ pplo. De gaudio vero nati
uitatis beate ꝛ gloriose marie ꝟginis dr
Hester. viij. Iudeis noua lux oriri visa est
gaudiũ honor ꝛ tripudiũ. Sꝫ de gaudio
natiuitatis bti Johãnis dr Luc. j. Et mul
ti in natiuitate eius gaudebunt ꝛc.

¶ Sermo. clxxv. De eodẽ. Sermo. vj.

PArauí lucer
nã xp̃o meo. Inimicos
eius iduã cõfusione ꝛc.
ps. Nullus cõueniẽtius
lucerna dici potest quã
Johannes baptista. De
quo dr Johannis. v. Ipse erat lucerna ar
dens ꝛ lucens. Uolẽs em̃ de⁹ pater mitte
re in hunc mundũ verũ solem premisit lu
cernam ardentẽ, ideo dixit. Parauit lu=
cernã xp̃o meo. In his ꝟbis q̃tuor sunt
vidẽda. Primo quare Johãnes dr lucer=
na quod quidẽ fit triplici causa. Prioꝛ ꝓ=
pter lucis mutuationẽ. Lucerna enim nõ
lucet a seipsa, sꝫ aliũde lucẽ suã accipit,
et mutuat: sic et Johãnes nõ lucebat a se
ipso sed a xp̃o. Uñ dr Joh. j. Nõ erat ille
lux. Et tamẽ dr Esa. xlij. Dedi te in lucẽ in
gentibus. Johãnes quidẽ erat lux: ꝛ nõ
erat lux. Est em̃ quoddã quod tantũ lu=
cem influit, sed non recipit, sicut corp⁹ lu
minosum. Quoddã quod recipit lumẽ ꝛ
nõ influit, sicut corpus opacuꝫ. Quoddã
vero quod lucẽ recipit ꝛ influit: sicut cor=
pus diaphanum. Lux igit que tantum lu
cem influit sed non recipit est xp̃s. Corp⁹
vero quod tantum recipit sed nõ influit,
erant iudei ꝛ sunt ceteri auditores. Lux
vero q̃ recipit ꝛ influit erat beat⁹ Johã=
nes q̃ lucẽ a xp̃o recipiebat ꝛ populo in=
fundebat. Uñ Augu. super illud Erat lux
vera quare additũ est vera: qꝛ ꝛ homo
illuminatus non dicit lux vera: sed vera
lux est illa q̃ illuminat. Et tamem nisi per
noctem lucerna accendatur: ꝛ per diẽ sol
exeat lumina illa sine causa parẽt. Secũ=
do dicit lucerna ꝓpter lucis abunbratio
nem. Sicut em̃ ꝑ adueniẽte sole lumen lu=
cerne minuitur ꝛ obumbrat: sic adueniẽ=
te xp̃o fama Johãnis baptiste fuit obum
brata ꝛ quodãmodo diminuta. Unde di
cebat Johãnis. iij. Illũ oportet crescere,
me aũt minui. Et istud secundũ Augusti=
num ostẽdit in eorum ortu ꝛ obitu. Nam
Christus natus fuit quãdo dies incipiũt
crescere: Johãnes qñ dies incipiũt mi=
nui ꝛ decrescere. Christ⁹ ĩ morte fuit exal
tatus, et Johãnes fuit capite minorat⁹.
Tertio dicit lucerna ꝓpter consumptio=
nem. Sicut em̃ lucerna se ꝯsumit in serui
tium aliorũ, sic beat⁹ Johãnes baptista
in nostraꝫ vtilitatẽ et exemplũ cõsumpsit
substãtiam suã omnia tẽporalia respuẽ
do: ꝛ corpus suũ ipm durissime contere
do: vitã suã ꝓ iustitia eã exponẽdo ꝛ mo
riẽdo: ac ꝟba sua corã iudeis ꝛ inter eos
quotidie predicãdo: ꝛ famam suaꝫ ipam
annihilãdo: qꝛ cũ xp̃s crederet istã famã
extinxit ꝛ annihilauit. Scdo est vidẽduꝫ
quomodo hec lucerna fuit parata ꝓ eo
qd dr. Paraui lucernã. Tũc autẽ lucerna
est bene parata: qñ scꝫ est lucens ꝛ clara.
Ista aũt lucerna bene parata fuit quãdo
multis radijs emicuit. Prim⁹ radius est
puritatis ꝛ mũdicie ob quã angel⁹ dicit
ꝛ niui cõparat. Unde dicit. Nesciens la=
bẽ niuei pudoris. Chrys. Cõuersatio Jo
annis olim vitã culpabilẽ faciebat appa
rere, quẽadmodũ si videas vestẽ albaꝫ
dicis ꝙ satis cãdida est illa. Si aũt appo
sueris eã iuxta niuẽ: icipit tibi sordida ap
parere ẽt si sordida nõ. sit Sic reuera q̃s=
tũ ad ꝯparationẽ beati. Joh. oĩs hõ vide
bat eũ imũd⁹. Scds radi⁹ ẽ vite religio
se assumende, ꝓ hoc ꝙ mundũ fugiẽs in

deserto habitauit. Nã p certo immũdo oẽs sensus hoīs polluunt. s. vis⁹ in vidẽdo vanitates. Audit⁹, vba vana audiendo. Olfat⁹, odores varios odorãdo. Os vana sepe loquẽdo. Et man⁹ se ad illicita extẽdẽdo. Beat⁹ ergo Johannes baptista in loco deserto voluit habitare: vt mũdos suaret oculos qb⁹ spm scm̃ i specie colũbe erat ɔspectur⁹: ɿ mũdas suaret aures qb⁹ vocẽ pris erat auditurus. Et mũdum os seruaret, p quod xpi testimoniũ erat pbatur⁹: mundũqȝ seruaret olfactũ, per quẽ xpi odorẽ erat persensurus. Et mũdas manus obseruaret qbus xpm iesuȝ erat baptizatur⁹, digito ɿ ostẽsur⁹. Terti⁹ est radi⁹ hũilitatis pfunde: qɿ cũ crederet esse xps: cõfess⁹ est se esse suũ pconẽ. Vñ ď hoc Joh. j. Ego vox clamãtis i deserto. Suũ scutiferũ. Matt. x. Cui⁹ nõ sum dign⁹ pcũbẽs soluere corrigiã calciamẽti. Suũ pcursorẽ deuotum. Joh. iij. Nõ sum ego xps sȝ miss⁹ añ eũ. Quare aũt iudei magis credebãt Johãnẽ esse xpm ꝙ ipm dñȝ ponit Chry. tres causas. s. ppt gen⁹ illustre: ppt durã educationẽ ɿ hũanaꝝ vestiũ despectionẽ. In xpo aũt ɔ̃riũ videbat. s. gen⁹ hũile dicta cõis, ɿ vestimẽta cõia. Quart⁹ radius est discretionis nature: qɿ paulatim iudeos ad xpi cognitionẽ ducebat. Fecit ei sicut dt Chry. Sicut faciũt multe aues pullis suis: qɿ nõ statim docẽt eos volare, sȝ primo pullos eẽ nidũ educũt: ɿ postea paulatim volationẽ apponũt, ɿ sic tandẽ eos relinquũt. Tũc fm Chry. beat⁹ Johãnes iudeos a nido volare docebat qñ christũ maiorẽ se esse dicebat dicẽs Mat. iij. Qui post me vẽtur⁹ est fortior me est. Maiorẽ aũt volatũ docuit qñ nõ tm̃ sup se sȝ sup omnes alios esse dmõstrauit dicẽs Joh. iij. Qui de celo venit, sup oẽs est. Et adhuc maiorẽ docuit: qñ ipsum ei verũ dei filiũ ostẽdere cepit dicẽs. Johã. j. Ego vidi ɿ testimoniũ perhibui: qɿ hic est filius dei. Tertio principaliter vidẽdũ cui ista lucerna fuit preparata: qđ oñdit cũ dicit xpo meo. Fuit igit parata xpo vt ipsum manifestaret. Solet eñ hõ qñ aliquã rem pciosam lȝ minimã vult inuenire, accẽdere lucernã ɿ ipsaȝ inuenire. Xps aũt erat factus minimus, vt in ps. Minuisti eum ab angelis: ideo lucerna venit ɿ ipm humano gñi demõstrauit. Ista aũt lucerna ɿ luxit sub modio: qñ xpm in vtero recognouit: ɿ i cãdelabro luxit, qñ ipȝ digito demõstrauit, ɿ luxit i lymbo qñ xpȝ hisq̃ erãt i tenebris annũciauit. Scđo fuit parata vt ad verũ solẽ nos manuduceret. Hõ quidẽ erat loculo saucius ɿ non poterat verũ solẽ ɔspicere iõ de⁹ misit iohãnem tanꝙ parietẽ illuminatũ. Augu. Quomõ plerũqȝ fit vt q̃ sauciatos hñt oculus nõ possunt videre solẽ sed parietẽ illuminatuȝ: ideo de⁹ irradiauit Johãnẽ ɿ p illũ illuminatũ cognit⁹ est ille qui illuminat⁹. Erat etiã lipp⁹ nec poterat in solẽ respicere ideo missus est Johãnes qui dictus est lucerna, vt p ipsam possit videre Augu. Fulgorẽ solis lipitudo nostra ferre nõ põt: iõ exquisit⁹ est Johãnes lucerna vt testimoniũ perhiberet veritati. Erat nanqȝ in visu debilis. Ideo miss⁹ est Johannes baptista tanꝙ mõs: qɿ non sufficiebat respicere ad solẽ respicere posset ad irradiatũ montẽ. Greg. Qui oriẽtem solẽ ɔtẽplari nõ valet, irradiatos mõtes aspicit: ɿ qɿ ort⁹ fit sol depḣẽdit. Tertio ipsa lucerna fuit parata xpo vt ante ipm piret. Solẽt eñ añ regẽ deferri luminaria multa ɿ honesta: sic añ xpm Johãnes tanꝙ lucifer venit: hinc est ꝙ in dieb⁹ p se sti s vn⁹ cere⁹ ante euãgeliũ defert, et in diebus festiuis duo: qɿ primũ aduentum qui tot⁹ dȝ esse penitẽtie pcessit vnũ lumẽnare. s. beat⁹ Johãnes. Scđm vo aduentum qui est festiuitatis eterne pcedẽt duo scȝ Helyas ɿ Enoch. Quarto principaliter est vidẽdũ ppter qđ ista lucerna fuit preparata: qđ notat cũ dr. Inimicos ei⁹ induãt ɔfusiõe. Cõfudit eñ iudeos q̃druplicit. Pmo ex suo baptismo. Mat. xxj. Baptism⁹ Johãnis ex dũo erat añ ex hominib⁹. Quicq̃d añt rñdissent ɔfusi fuissẽt. Scđo testimõio suo. Dixit nãqȝ se nõ esse xpm. De xpo añt dixit ꝙ erat, multo aũt magis credit alicui ferẽti testimoniũ de alio ꝙ de seipso. Tertio ex abstinẽtia sua. Matthei. xj. Venit Johannes non mãducans neqȝ bibẽs. Ac si dicat secundum Chrysostomum: per viã contrariaȝ venim⁹ ego et Johãnes: ɿ idẽ fecim⁹ sicut si venatores p duas vias contrarias

scripta sunt in celo. Cōseruata i deo. Sapie.iiij. Immortalis eñ ē memoria eius, quia apd deū nota est ꝛ apud hoīes. Et viget in toto mūdo. Eccl.xxxix. Nō recedet memoria ei⁹ et nomē ei⁹ reqreť a generatiōe in gñatiōnē. Tertio fuerūt liberati ꝛ hoc qz de⁹ dedit eis ꝯstātiā. Unde iuliano dāti inducias decem dierum cōstanter respōderūt. Decē preterijsse nūc cōputa dies: et modo facito quod tūc te facturū minaris. Secūdo dedit ipsis victoriā: quia de hostibus triumpharunt. Uicerūt enim mundū per fidem. j. Johānis.v. Hec est victoria que vincit mundū fides nr̄a diabolo resistēdo. Jacobi.iiij. Resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Se ipsos ꝛ animos suos edomādo. Prouer. xvj. Melior ē patiēs viro forti, ꝛ q̄ dñať animo suo expugnatore vrbiū. Tertio dedit ipsis coronā. Jacob.j. Beat⁹ vir qui suffert tētationē: qm̄ cū probatus fuerit accipiet coronā vite ꝛc. Ipsam em̄ coronam accipiunt sufferētes per longanimitatem: ideo dicitur. Qui suffert tentationem. Probati per fidelitatē: ideo subdiť. Qui cū probatus fuerit. Fuerunt diligētes per charitatē ideo subditur. Diligentibus se. Et qm̄ sic liberati fuerunt: ideo nūc multos suis meritis ꝛ oratiōib⁹ liberāt ꝛ maxime in iudicio liberabūt. Uñ de hoc refert beat⁹ Grego. in dialogo. Qḋ dū quedā matrona ecclesiā istorū sctōꝝ martyrum sepius visitaret eidē parētes dixerūt. Tu nos modo visitas nos autē in iudicio requirem⁹ ꝛ quicquid poterimus tibi et tunc prestabimus.

¶ Serm̄.lxxvij. Eodē die Serm̄.ij.

Ecce q̄ bonuz et q̄ iocundū habitare fratres in vnū ꝛc. Beati martyres Johānes ꝛ Paulus non tm̄ fuerūt frēs carne: sed etiā fide ꝛ passione ex vno p̄re celesti. Et ideo cōueniēter vbū ꝓpositum de eis dici pōt. In ipsis quidem fuit vera fraternitas: qḋ notať cū dicitur. Habitare frēs ꝛ fraternitatis vera vnitas, cū subiūgiť. In vnū. Unitatis et fraternitatis magna vtilitas cū dr̄. Ecce q̄ bonum ꝛ q̄ iocundum. ¶ Circa primum notandū: q̄ frñitas spūalis excellit fraternitatē carnalē in tribus. De quib⁹ sic dicit Amb. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est. Christi autē fraternitas sine intermissiōe est pacifica. Illa inter se cōmunia cum emulatione, diuidit. Hec virgo ꝓpria cōgratulatiōe cōmunicat. Illa in cōsortio despicit sepe germanum hec frequēter assumit alienū. Ex quibus vbis hr̄ q̄ fraternitas carnalis sepe hʒ ꝯtentionē. j. Cor.vj. Frater cū fratre in iudicio cōtendit spūalis autē fraternitas hʒ pacē ꝛ dilectionē. Eccľ.xxv. In tribus beneplacitū est spiritui meo q̄ sunt probata corā deo ꝛ hoībus. s. concordia fratrū, amor proximorū: ꝛ vir ꝛ mulier sibi bene consentientes. Duo fratres sunt intellectus ꝛ affectus, qui tūc sunt cōcordes: quādo intellectus bonū discernit ꝛ affectus illud eligēdo diligit. Duo proximi sunt oculus ꝛ cor: q̄ tūc cōcordes sunt quando ipsum cor studet oculū ad bonū dirigere: ꝛ ocul⁹ studet cordi bona renūciare. Uir ꝛ mulier sunt rō et sensualitas que tunc bene sibi consentiētes sunt, quādo ratio sēsualitatē regit: ꝛ sēsualitas rationi obedit. Secūdo fraternitas carnalis diuidit cōia. Gen̄.xiij. Diuisi sunt alterutrum a fratre suo. Spūalis nāqȝ fraternitas ꝯmunicat ꝓpria ꝛ hoc tam propria q̄ tēporalia. Prouer.xj. Aliū diuidūt ꝓpria ꝛ ditiores fiūt ꝛc. q̄ spūalia ꝓpria. Aug. Omnis res que dādo nō deficit dum habetur ꝛ nō dať: nōdū habetur qm̄ habenda est. Tertio fraternitas carnalis sepe despicit germanū. Sapiē.x. Per irā homicidij fraternitas deperijt. Spūalis autē amittit alienū. vñ Aug. in lib. de ciuit. dei. Nullo mō fit minor accedēte cōsorte possessio bonitatis. Non habebit deniqȝ istā possessionē q̄ eā noluerit habere cōmunē: ꝛ tāto eā reperiet ampliorē ꝙto amplius sibi potuerit amare cōsortē. Scdo poniť fraternitatis vera vnitas. Qualr autē sancti viri vniunť dicit Cyprian⁹. Uniūtur em̄ sicut diuersi radij i vno sole, sicut diuersi rami i vna radice: sicut diuersi riui in vno fonte: ꝛ sicut diuersa mēbra in vno corpore. Istis q̄tuor modis isti beati martyres Johānes ꝛ Paul⁹ adinuicē cū deo vniti fuerūt. Primo nanqȝ in vna fide

pauperibus erogauit: et bene continua-
uit et finiuit:quia totam vitam suam in

seruitio dei expendit Quarto beatus Do
minicus dicitur luna plena:quia habuit
imaginis plenitudinē. Anima nāq; facta
est ad imaginem dei quantum ad memo
riam intelligentiam:⁊ voluntatem. Quā
do igitur deus non est in memoria per in
tentionē nec in intelligentia per fidē nec
in volūtate per amorē tūc luna est vacua
Quando vero quis habet deū in intelle
ctu per fidē,sꝫ non habet eū i amore per
volūtatē:tunc imago lune est semiplena
Beatus dominicus habuit eam plenā,q.
deū recte cognouit:vere dilexit:⁊ in me
moria semper retinuit. Tertio beatus dñi-
cus assimilatur soli. Nā dicit Augustinꝰ
q̄ in sole tria cōsiderātur.s.quod est, qđ
lucet ⁊ quod calet. In beato autem domi
nico instar solis fuit essentia pura:id est
vita sancta, doctrina lucida,⁊ charitas
inflāmata. Amittit aūt sol.i.plati q̇ debe
rent esse sol:lucem suā q̄tū ad nos qua-
druplici de causa. Prio ppter nubis te-
ctionem.i.superbie obumbrationē Eze-
chiel.xxxij. Solē nube tegā.id est tegi pe
mittā. Sꝫ beatus dñicus isto modo non
amisit lucē,quia sine nube superbie fuit.
Uñ libētius morabat carcassone vbi de-
spiciebat q̄ tholose:vbi ab omnibꝰ hono
rabat. Secūdo propter obiectionē lu
ne.i.leuitatis ⁊ incōstātie. Unde de hoc
Eccl.xxvij. Stultus sicut luna mutatur.
Beatꝰ aūt dñicus habuit magnā mentis
firmitatē. Unde dicit in eius legenda, tā
seruabat mentis constantiam,vt vix aut
nunq̄ semel nunciatum sermonem cum
deliberatione acquiesceret immutare. Ter
tio propter fumi vel vaporis obūbratio
neꝫ.i.carnalis cōcupiscentie exalationē.
Apoca.ix. Ascēdit fumꝰ putei sicut forna
cis magne:⁊ obscuratus est sol ⁊ aer de
fumo putei. Istaꝫ autem exalationē bea
tus dominicꝰ non habuit:qꝛ virginitatē
integram custodiuit. Quarto ppter terre
interpositionem.i.terrenorū cupiditatem
Hiere.vj. A minori vsq; ad maiorē omnes
auaritie student. Sed beatus dñicus isto
modo obscurari nō potuit:qꝛ volūtariā
paupertatē elegit. Gal.vj. Mihi mūdꝰ
crucifixus est ⁊ ego mundo. Mundus q̄p
pe sibi crucifixus est:qꝛ ipsum mundum
⁊ oīa mūdana ⁊ terrenas cupiditates vi

Upendit et desperit. Et ipse mūdo crucifixus est qr de mūdo nō fuit reputatus nec mundus de ipso curabat.

¶ Sermo.cxcix. De eodē. Sermo.ij.

Spirit⁹ meus qui est in te, et verba mea q̄ posuit in ore tuo non deficient de ore tuo et de ore seminis tui dicit dominus: a modo et vsq̄ in sempiternuz. Esa.lix. Uerum predicatorem tria ꝯmendat scilicet vita sancta, doctrina assidua, et sapiens proles et fecūda. Ista tria beatū dn̄icū cōmendabilē reddūt scȝ vita sancta cū dr Spūs me⁹ qui est i te. Ipse enim habuit spm̄ sctm̄: et ideo non tm̄ verbo sed etiā exemplo et virtutib⁹ predicauit. Utebat enīz doctrinis, exēplis, et etiā miraculis. Quidā enim erant inscij et ignari: et q̄tum ad istos vtebatur bonis et vtilib⁹ doctrinis vt eos istrueret. Quidā erāt insipidi et indeuoti et quantū ad istos vtebat gratijs et exemplis vt indeuotos attrahent. quidam vero erāt duri et obstinati et quātum ad istos vtebat miraculis vt eos cōuerteret de his tribus dr Marci vltimo. Illi autē profecti predicauerūt vbiq̄: ecce doctrina fructuosa dn̄o cooperante et sermonē confirmante: ecce vita graciosa sequētibus signis: ecce miracula virtuosa. De his trib⁹ etiā dr. Joh.v. Tres sunt qui testimoniū dāt in celo, id est in beato dn̄ico spiritali et celesti, scȝ pater qui sibi dedit miraculoꝝ potentiā filius q̄ sibi dedit p̄dicāti sapiētiā: et spūssctūs q̄ sibi dedit virtutem et gratiā. Scd̄m est doctrina assidua. cum dr Et verba mea q̄ posui in ore tuo qd̄ est cōtra p̄dicatores desidiosos qui verba dei nō habent in ore p doctrinā sed abscōdūt in corde p desidiā et per inertiā. Et tn̄ sunt quatuor que abscōdi nō debēt, scȝ sapiētia et thesaurus. Ecclesiā.xli. Sapiētia abscōdita et thesaurus inuisus q̄ vtilitas in vtrisq̄ Talentū. vt habet Mat.xxv. Et frumētū. Prouer. xi. q̄ abscōdit frumētū maledicet in populis. Nō debēt verba dei abscōdi: quia sunt sapiētia dei qua mediāte instruunt. Ps. Testimoniū dn̄i fidele sapiētiā p̄stās paruulis. Sūt thesaur⁹ dei quo egeni ditant. Ps. Bonū mihi lex oris tui sup milia auri et argēti. Sunt talēta quibus serui peccati redimūtur: et ad ista talēta aureos christinos admonet cōparāda. vt habet Apoc.iij. Suadeo tibi emere a me aurum ignitū pbatū rc. Sūt frumētū dei quo fideles reficiunt. Mat.iiij. Non in solo pane viuit homo rc. Tertiū ē ples sapiēs et fecūda. cū dr. Et d ore seminis tui rc. Semen em̄ beati dn̄ici fuit ordo predicatoꝝ quē in christo p euāgeliū generauit. Nō enim ipse ordo fuit a casu inuentus vel ex humana prudētia institutus: sed fuit potius a deo destinat⁹. Luc.xiiij. Misit seruum suū dicere inuitatis vt venirēt. Grego. Hora cene finis ē scli. In hoc fine mittitur seruus, id est ordo p̄dicatoꝝ ad inuitatos p legeȝ et prophetas: vt repulso fastidio ad gustādū cenā se prepararēt. Scd̄o fuit a prophetis p̄figuratus et maxime. Zacha.vi. Ubi dicit q̄ i quarta quadriga erant equi varij et fortes. Isti equi sunt predicatores christum per vniuersum mūdū portātes. Et dicunt varij: nō tm̄ pp̄ter habitū, sȝ etiā pp̄ter varietatē v̄tutū et dicunt fortes: qr fortiter sciūt pugnare: se defendere: et sunt i q̄driga quarta. In prima em̄ q̄driga sunt eq̄ rufi.i. ordo martyrū. In scd̄a sunt eq̄ nigri.i. ordo cōfessorū q̄ se per macerationē denigrauerūt. In tertia sunt eq̄ albi.i. ordo v̄ginum. In quarta sunt eq̄ varij.i. ordo doctorū et p̄dicatoꝝ. Tertio iste ordo fuit a matre dei impetratus et habitu insignit⁹. Nā cū quidā sanct⁹ vir ante istius ordinis institutionē instaret oratiōi. vidit beatam virginē mariā p humano genere exorātē. Cui ait xp̄s. Quid possum amplius facere? Misi p̄triarchas et pphetas et parū se emēdauerūt: veni et ego ad eos. Deinde misi apl̄os: et me et eos occiderunt. Misi etiā martyres et ꝯfessores ac doctores: et nec illis acquieuerūt. Sed qr nō est fas vt aliq̄d tibi denegē: dabo eis predicatores meos. Fuit etiā ipe ordo p̄dicatorū a v̄gine gloriosa in habitu insignitus. Nā cū pri⁹ fratres habitū aliū deferrēt beata v̄go habitū quā nūc habēt eis ostēdit. Quarto fuit ab apostolis dei scientia et cōstātia decorat⁹. Nā Petr⁹ et Paulus sibi apparuerūt: cui Petr⁹ baculum

Paul⁹ vero librū tradidit dicētes. Uade p̄dica: qm̄ ad hoc ministeriū a deo es electꝰ. Per librū aūt significat̄ domū sciētie Et p baculū intelligit̄ fortitudo ↄstātie q̄ duo in predicatoribꝰ maxime reqruntur. Quinto a vicario dei fuit cōfirmatꝰ. Cum em̄ summus pōtifex beato dn̄ico ordinis predicatorū cōfirmationē petenti se difficilem exhiberet, sequēti nocte vidit in visiōe q ecclesia lateranēn. ruinā minaret̄. et ecce beatꝰ dn̄icꝰ occurrit: et humeris suppositis ipā ecclesiā sustētauit ꝛc. Sexto fuit a beato dn̄ico institutꝰ. Unde super illud Eccli. x. Utilem rectorem in tempore suscitauit. Dicit glosa interlinearis .i. ordinem predicatorum ꝛc.

¶ Sermo. cc. De eodem ser. iij.

Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas nō est inuenta in labijs eius: in pace et eq̄tate ambulauit mecū: et multos conuertit ab iniquitate. Malach. ij. Ex his verbis ostenditur q beatꝰ dn̄icꝰ habuit triplicē perfectionē. Primo nāq; fuit pfectꝰ quātum ad se: cū dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniq̄tas nō est inuēta in labijs eiꝰ. Que perfectio fuit in veritatis sciētia: cū dicit̄. Lex veritatis fuit in ore eiꝰ et in sanctitate vite: cū dicit̄. Et iniq̄tas nō est inuēta in labijs eiꝰ. ¶ Circa primū notandū q q̄drupler ē lex. Pria est lex. cupiditatꝫ que est aduocatorū. Esa. v. Ue q̄ iustificatis impiū p muneribus: et iustitiā iusti aufertis ab eo. Scd̄a est lex vanitatis q̄ est philosophorū. Sap. xiij. Uani sunt oēs homines: in q̄bꝰ nō est sciētia dei. Tertia est lex iniq̄tatis q̄ est maloꝝ. Sap. ij. Sit aūt fortitudo nr̄a lex iniustitie ꝛc. Quarta nāq; lex veritatis que lex est sanctorū. Sap. x. Dedit ei illi sciētiā sanctoꝝ. Beatus autē dn̄icus nō habuit legē cupiditatis: quia omnia terrena cōtempsit. nec legem vanitatis: q philosophica dogmata vilipēdit. neq; legē iniquitatis: quia innocentiam custodiuit. sed ipse habuit legem veritatis: quia in illa studuit et eam amplexatus fuit. Prouerbiorū. iiij. Arripe illā et exaltabit te: et glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Secunda pfectio beati dominici fuit in sanctitate vite: cū dicit̄. Et iniquitas nō est inuenta in labijs eius. Minꝰ dicit et plus significat. Nō solum nō fuit in ipso iniq̄tas: sꝫ potius fuit in ipso magna sanctitas. Perfecte aūt sanctitatis sex sunt signa. Primū est vberior fletus. Aug. Tanto quisq; est sanctior et sancti desiderij plenior quāto sit in eiꝰ oratione fletꝰ vberior. Istud signū habuit beatꝰ dn̄icꝰ de q̄ dicitur. Specialē sibi gratiā dn̄s ↄtulerat flere p peccatoribus miseris et afflictis. Secundum est mundi despectꝰ. Unde sāctꝰ in greco dicitur agyos .i. sine terra: q ille vere est sanctꝰ qui est sine terra auaritie: et beatꝰ dn̄icus mūdū despexit: et quātum ad diuitias: q oīa terrena ↄtēpsit. et quātum ad delicias: q v̄ginitatē seruauit. et quantū ad honores: q episcopatū fugit. Tertiū est mētis excessus. ij. Coꝛ. v. Siue mente excedimꝰ ꝛc. Ps. Ego dixi i excessu meo oīs homo mēdax. Et de beato dn̄ico dicitur q intantū rapiebat̄ mētis excessu: et maxime quādo missā dicebat̄: ac si christum ibi visibiliter videret. Quartum est moriendi desideriū. Philip. i. Desideriū habēs dissolui et cum xp̄o esse. Et de beato dn̄ico dicitur. Sitiebat seruus dei martyriū sicut sitit ceruus ad aque fluuium. Quintum est appetitus celestium. Philippen. iiij. Nostra conuersatio in celis est. Chrysosto. Nihil dꝫ habere terrenū que vult esse celestis: et de beato dn̄ico dicit̄. Nocte celi perlustrās lumina ꝛc. Sextū est facilis impetratio gratiarū. Ps. Inuocauit me, et ego audiam eum. Esa. lxv. Adhuc illis loquētibus ego audiā. Istud signū habuit beatus dominicus qui legit̄ dixisse. Nunq̄ a deo aliq̄d petiui: qd̄ nō assequerer iuxta votū. Scd̄o fuit perfectꝰ quantū ad deū: qd̄ notat̄ cū dr̄. In pace et eq̄tate ambulauit mecū. Ipse em̄ cū deo in eq̄tate ambulauit: q se totalit̄ deo mācipauit. Multi autē sunt q̄ cū deo inequaliter ambulāt: q peiorē partē dant deo: et meliorē mūdo: et diabolo scꝫ de corpore suo: diabolo iuuētutem, et deo senectutē. Osee. vij. Comederūt alieni .i. demones robur eius .i. iuuētutē, ꝛc. De suo corde, q dāt deo intellectū per fidē, et mūs

do dant affectū p amorē. Titū .j. Cōfitē-tur se nosse deū: factis autē negant. de tē-pore suo: q2 diabolo dederūt tēp9 p̄teri-tum z p̄ns. Sed deo dare volūt futurū: z dicūt; ego agā penitētiā: cum tamē dicat Eccli.ix. Oīa i futurū seruant incerta. De opere suo deo dāt corticem exteriorem p apparentiā: sibi autē retinent medulam interiorē per vanam gloriam z intentio-nem obliquā. Mat.xiij. Oīa opera sua fa-ciūt vt videant ab hominib9. Et de sub-stātia sua: q2 deo dāt vilia z sibi retinent p̄ciosa. sicut fecit Cain q̄ spicas corrosas deo obtulit, z plenas sibi retinuit: s3 btūs dñic9 cū deo in equitate ambulauit: quia totum suū corpus z totum cor suum: et opus suū z totam substantiā suā deo ob-tulit. Tertio fuit perfect9 quantū ad p̄xi-mū cū dicit. Et multos auertit ab iniq̄ta-te. Auertit q̄dem eos dupliciter. s. verbo doctrine z exēplo vite. Nā assidue predi-cabat z multos cōuertebat. ij. Timo. iiij. Predica v̄bū dei: insta opportune impor-tune. z ideo mistratus est in specie catuli accēsam faculā baiulātis. Ipse eñ obiur-gabat, incēdebat, z demulcebat. Obiur-gabat malos. s. latratu increpatiōis. de-mulcebat bonos lingua lenitētis exhorta-tionis, z inflāmabat omnes ad regulam amoris. Ibidē. Argue scz bonos exhor-tando obsecra omnes scz ad viā bonam deducēdo. Increpa malos scz obiurgādo. Ideo in arca Moysi erāt māna, virga z tabule: quia in beato dominico q̄ fuit ar-ca dei fuit māna dulcis exhortationis q̄ ad bonos: virga correctiōis quo ad ma-los: z lex amoris q̄ ad omnes: q2 illa ex-hortatio z correctio p̄cedebāt de fuucte amoris. Secūdo malos aduertit exēplo vite sue. Distinguit autē Aug. in libro de ciuitate dei triplex gen9 vite: scz ocio suz, actuosum z ex vtroq3 compositū. Primū genus vite in ocio cōtemplationis. Secū-dum in labore actionis. Tertiū in excel-lentia perfectionis. Istud triplex genus vite habuit beatus dominicus. De duo-bus primis dicitur. Nocte celi plustrans lumina die terr3 dat v̄bis semina. Habuit etiā tertiam qd cōsistit in excellētia perfe-ctiōis. Est autē perfectio triplex. vna est excellēs que cōsistit in p̄ceptorū obserua-tione. Et istā p̄fectionem habuit dum ad-huc esset laicus. Secūda est excellentior que cōsistit in cōsiliorū additione: z istaz habuit dum fact9 esset regularis canoni-cus. Tertia est excellētissima: z ista p̄sistit in supererogatiōe: z istā habuit quādo fa-ctus est vir apostolicus. Tūc enim multa cōsilijs superogauit: vt pote cōsilio pau-pertatis nihil habere p̄priū: nō tantum in speciali sed etiam in cōmuni. Et cōsilio obediētie seruare obediētiam: nō solum vsq3 ad cōtumelias verborū vel oblatio-nem rerū: vel iniurias verborū etiā vsq3 ad mortē. Consilio castitatis addidit: q2 nō fuit cōtemptus seruare castitatem cō-tinentie: sed etiam seruare castitatem vir-ginalis mundicie.

Sermo.ccj. De eodē. Sermo.iiij.

MIsit seruum suū hora cene zc. Lu.xiiij. per cenaz finis seculi: per seruum ordo predicatorū significat: huius ordinis beatus dominicus fuit in-stitutor. Ad bonitatem autē serui tria re-quirunt. Primū est fidelitas. Mat.xxiiij. Quis putas ē fidel3 seru9 z prudēs. Istā fidelitatē beat9 dñic9 deo seruauit: tria eñ ab ipso accepit. s. corp9, animā, z res tē-porales q̄ deo fideliter reddidit: nam de carne reddidit deo puritatē: de mēte de-uotā orationē: de rebus liberalē: ad pau-peres distributionē. fuit etiā fidelis ser-uus q2 in his q̄ faciebat non suū s3 dñi sui honorē intēdebat: qd est p̄ illos q̄ in his que faciūt gloriā mundi q̄rūt Ipsa autē humana gloria aliquando opus bonum precedit: z tūc illud opus est penit9 inter-mittendum: q2 ex corrupta radice nō po-test bon9 fruct9 p̄dire. Aliqñ cōcomita-tur: z tūc opus, et si cōtinuādū z p̄ficien-dum. Aliquādo vero subsequit quando quis de aliquo bono quod fecit intra se vane gloriatur: z tūc ad confessionem est recurrendū. Istud autem vitiū vane glo-rie secūdum eundē Chrysosto. difficulter vincitur triplici de causa. Primo quia de bono nascitur: sicut enim ex vestimēto ti-nea nascitur que vestimentū corrodit: et ex oleribus nascitur vermis q̄ olera cor-

rumpit:sic ex bonis operib⁹ interdū va=
na gloria nascitur:que ipsa bona opera
ledit. Scḋo qꝛ nō hꝫ contrariū per quod
vincatur:sicut fornicatio habet pro ꝯtra
rio castitatem:superbia pro cōtrario ha=
bet humilitatem. Tertio qꝛ quanto plus
compescitur tanto plus augetur. Et rō se
cundū Chrysostomum:qꝛ omne malum
ex malo nascitur. Sola autem pena glia,
de bono procedit:ideo non extinguit̄ per
bonum:sed magis augetur. Scḋo ad bo
nitatem serui spectat mūdicia. ps. Ambu
lans in via immaculata hic mihi ministra
bat. Istam mundiciam beatus dominic⁹
habuit:quia virginitatē integram custo=
diuit. Que quidē virginitas beati domi=
nici virginitate beate marie inꝙ̄tum fuit
possibile similis multum fuit. Ipsa eñ ha
buit virginitatem integrā,quia fuit virgo
⁊ mente ⁊ carne,sic ⁊ beatus dominicus
integritatem carnis habuit ⁊ etiā mentis
puritatē seruauit. Una enim sine alia nō
sufficit. Unde angelus qui Joanni appa=
ruit zona aurea cinctus,in pectore adue
nit:vt habetur Apocaly. primo,qꝛ talis
debet esse angelicus ꝑ integritatē carnis
⁊ debet esse cinctus per mundiciam cogi
tatiōis:⁊ debet esse cinct⁹ in pectore zona
aurea,qꝛ hoc dꝫ facere ex charitate cor=
dis. Secūdo beata virgo habuit virgini
tatem dedicatā Christo,qꝛ ipsam primo
deo vouit ⁊ dedicauit. Sic beat⁹ domini
cus virginitatem suā deo vouit ⁊ vendi=
dit. Prouerbiorum vltimo. Syndonē fe=
cit ⁊ vendidit,⁊ cingulum tradidit chana
neo. Per syndonem que multis tonsiōib⁹
ad candorē deducitur,significat̄ virgini
tas,que multis maceratiōibus habetur.
Ista virginitas debet deo vendi:id est de
moueri. In qua venditiōe homo cum deo
multū lucratur:quia q̄ dat Deo corporis
⁊ anime puritatē recipit ab eodē corpo
ris ⁊ anime felicitatem. Justi autem qui
mundo eam vendūt multū perdūt: quia
dant aurum virginitatis ⁊ recipiūt plum
bum sez corruptionis ⁊ castitatis cingulū
quo sinus fluxibiliū cogatationū restrin=
gitur chananeo traditur,qñ christo qui
est zelator spōse sue ipsa virginitas deuo
uetur. Tertio virgo beata habuit virgi=
nitatē trāsfusiuā:qꝛ licet pulcherrima

fuerit a nullo tamen potuit cōcupisci qꝛ
puritas sua in alios trāsfundebat̄:⁊ om=
nes mot⁹ illicitos extinguebat. Istud etiā
fuit in beato dominico,qꝛ cum quidam
scholaris carnis lubricum pateret̄ ⁊ ma
num eius osculatur:ipse scholaris tantū
ex illa manu virginea ꝓdire sensit odorē
ꝙ eius cor penetrauit ⁊ omnem concupis
centie estum extinxit:ideo eius odor assi=
milari pōt odori ⁊ cedri myrrhe. Sicut
ei odor cedri fugat serpētes ⁊ odor myr
re fugat vermes:sicut odor sue puritatis
imūdas expellebat cogitatiōes. Tertio
ad bonitatem serui requiritur vigilātia.
Luce. xij. Beati serui illi quos cū venerit
dominus inuenerit vigilātes. Sꝫ beatus
dominicus valde in orationib⁹ vigilans
cuius orationes sex circunstātias habue
rūt primo nāꝙ fuerūt feruētes. Un̄ legit̄
ꝙ frequenter cum vestibus balneatis in
ecclesia pernoctabat. Mane aūt facto hu
iusmodi sue vestes magis sicce reperie=
bant̄ ꝙ̄ vestes sociorum suorum:ꝙ̄uis ve
stes suorum sociorum iuxta ignē tota no
cte dimittebātur. Tantus eñ ardor amo
ris eius pectus inflammauerat:ꝙ ei⁹ cor
p⁹ feruere faciebat:⁊ sic corp⁹ succēsum
vestimēta madida exsiccabat. Scḋo fue=
runt efficaces. Unde dixit cuidam suo fa=
miliari. Nunꝙ̄ a deo q̇cꝙ̄ petijt quin illū
consequerer iuxta votū. Ipse enim a deo
exaudiri meruit ⁊ ꝓpter intensum clamo
rē cordis. ps. Clamauit ad me ⁊ ego exo
diam eū:⁊ propter impletionē diuine vo
luntatis. ps. Uoluntatem timentium se fa
ciet:⁊ propter magnitudinem crudelita=
tis. Mat. xxi. Quecūꝙ petieritis in ora=
tiōe credentes accipietis. Tertio fuerūt
leues:⁊ ideo in celum ⁊ ascēdebāt. Illa
enim oratio est grauis que vel habet pon
dus peccati. Esa. i. Multiplicaueritis ora
tionem non exaudiā ⁊c. Uel pond⁹ terre
nitatis. Hebr. xij. Deponentes omne pō
dus ⁊c vel pondus carnalitatis. In vete
ri autē lege de altari holocaustorū erat
via ad altare incensi: quia de mortifica=
tione carnis trāsitur ad suauitatem ora=
tionis. Istud autē pondus orationes bea
ti dominici pr̄is nostri non habuerunt:qꝛ
⁊ sine peccato extitit ⁊ terrena contēpsit ⁊
carnem suā macerauit. Quarto fuerunt

continue qr in orone continue pernoctabat. Luc.xviij. Oportet semper orare et nunq̄ deficere: Uere ipse nō deficiebat quā do orare incepit in sua pueritia: quā do super nudam terrā acumbebat: ⁊ psecutus est in etate reliqua ⁊ cōsummauit l morte sua: qr tūc christo filios suos recommendauit ⁊ pollicitus est seruaturū post mortē suā. Quinto fuerūt deuote: qr tanta dulcedine plenus erat q̄ sepe a seipso deficiebat. ps. Memor fui dei et delectatus sum ⁊c. Sexto fuerunt sincere: quia non petebat aliquod terrenū cōmodū: sȝ salutem animaꝝ. Unde de eo dicit q̄ sepe deū rogauit q̄ talē gratiā sibi infundere dignaret qua se totum posset impendere vtilitatibus proximorum.

¶ Sermo.ccij. De eodem. Ser.v.

Opus fac euāgeliste, ministerium tuū imple: sobri⁹ esto. ij. Thimo.iiij. Et his verbis ostē dit q̄ laudabiliter beatus dhiens se habuit q̄ ad primū, q̄ ad deū ⁊ q̄ ad seipum. Quo ad primū q̄dē laudabiliter se habuit: qr verbo ⁊ exēplo predicauit quod notat cum dr. Opus fac euangeliste. Ad verū autem euangelistam quatuor requirunt scȝ doctrina, scientia, vita ⁊ conscientia. Et ista quatuor tangit dominus Luc.xxi. Ego enim dabo vobis scilicet apostolis qui fuerunt magne perfectionis: ecce vita, os: ecce doctrina: ⁊ sapientiam: ecce scientia cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri: ecce constantia. Scientia em̄ sine doctrina nullius est vtilitatis. Doctrina vero sine sciētia est magne fatuitatis. Sientia, ⁊ doctrina sine vita, est magne vanitatis: ⁊ habere ista tria sine constantia est magne despicabilitatis: qr timidi ⁊ pusilanimes ab omnibus contemnuntur. Beatus igitur dominicus habuit sciētiam cum doctrina alias sua scientia nullius fuisset vtilitatis Eccl.xx. Sapiētia abscōdita ⁊ thesaur⁹ inuisus, que vtilitas in vtrisq;. Tria nāq; sunt que nō debent abscondi. s. iustitia dei veritas dei: ⁊ misericordia ps. Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam ⁊ salutare tuū dixi. Non abscondi misericordiam tuam ⁊c. Prelatus igitur debet manifestare iustitiam dei ⁊c. per quam subditi sollicitentur in operandis. Ueritatem dei per quam instruant in credendis. Et miaȝ dei per quā animent in diligendis. Secū do beatus dominic⁹ habuit doctrinā cū scientia: alias doctrina fuisset magne fatuitatis: vñ Greg. Necesse est quod stulte sapit stulte predicat. j. Thim. j. Non intelligētes neq; q̄ loquūtur neq; que affirmant Tales sunt sicut filij viperarum, q̄ ante tempus rumpunt maternū vterū vt exire possint ad ortum. Sic ⁊ multi ante tempus interrūpūt studium vt exire possint ad p̄dicandū. Tertio habuit scientiam ⁊ doctrinam cū vita alias totū fuisset vanitas. Magna em̄ vanitas est instar candele, alios illuminare ⁊ seipsum consumere. Talis habet vocē Jacob. i. doctrinā: sȝ man⁹ Esau. i. operationē malam. Tales sunt similes illi egyptio de quo legit Numeri.xxiiij. qui nat⁹ erat ex patre egyptio ⁊ mr̄e iudea q̄ deū israel blasphemauit. Tales em̄ nascunt ex patre egyptio. i. diabolo p̄pter malā vitā sȝ videnk esse filij iude. i. ecclie p̄pter doctrinā. Quarto habuit cōstantiam cōtra hereticos ⁊ infideles: alias cetera p̄cedētia fuissent magne despicabilitatis: s̄m autē Chryſ. tria sunt genera hoim q̄ in suis operationibus timere non debēt. Uñ ait. Miles si bellū timere nunq̄ victoria frueret. Agricola vo si labores fugeret, nunq̄ fruct⁹ terre colligeret. Negociator si terre ⁊ maris pericula formidaret lucri commercia non cōgregaret: sic serui dñi et pericula tentationis abhorrēt ⁊ ociosi residant nunq̄ probationis coronā inueniment. Beatus ergo dominicus nō timuit sȝ valde ɔstās fuit ex eo q̄ fuit miles xp̄i. ij. Thi.ij. Labora sicut bon⁹ miles, iesu xp̄i ⁊ sicut agricola dei. Ibidē. Laborātē agricolam oportet primo de fructibus ꝑcipere. Et negociator regni, Luc.xix. Negociamini dū venio. Secū do btūs dominic⁹ laudabiliter se habuit quo ad deū, cuius ministerium adimpleuit: qđ notat cum dicitur. Ministerium tuum imple. Ministrauit quidem deo suaȝ intelligētiā per fidē nō quātūcūq; fidem: sed firmam

z certam z dilectioni coniunctam.ij.Thimo.iiij.Bonum certamen certaui,cursuz ɔsummaui,fidē seruaui:ecce ꝙ firma. In reliquo reposita est mihi corona iustitie: ecce ꝙ certa:nō solum mihi sz z his qui diligunt aduentum eius,ecce ꝙ cōiūcta dilectioni.Secundo beatus dominic⁹ ministrauit deo suā affectiuam ꝑ amorē.Noluit em̄ terrena querere sed spiritualia z celestia desiderat:qꝛ terrena in vita habet laborē. Eccl.viij.Est hō qui dieb⁹ ac noctibus somnuz non capit oculis zc.In morte habēt dolorem.Eiusdē.v.Diuitie congregate in malum domini sui pereunt in afflictione pessima.Post mortē pariūt vacuitatem z famē.Job.xxvij.Diues em̄ cū dormierit nihil secū auferet zc.Bona aūt spiritualia in vita hñt delectabilitatē.ps.Cantabiles mihi erant iustificationes tue.In morte securitatem.ꝓuerbiorū tertio.Si dormieris nō timebis zc. Post mortem satietatem.ps.Satiabor cū apparuerit gloria tua.Tertio ministrauit deo suam operatiuā ꝑ sollicitā operationē. Ipse enim bonis operibus vacauit.Et in pueritia sua,qꝛ sub nutrice sua constitut⁹ lectum dimittebat z super nudam terraz accumbebat.In iuuētute quia libros vendidit z preciuz pauperib⁹ erogauit.Et in tota reliqua sua etate:qꝛ totam vitā suā expendit in dei seruitium z conseruationē animarū.Quarto ministrauit se totū deo. Nā cum a deo acceperit corp⁹ z alam et res:ipse corp⁹ dedit primo ad vendēdū sicut patet in legenda.Animā ad compatiendum vnde dicitur de eo.Specialē sibi gratiam dominus dederat flere ꝑ pctōribus miseris z afflictis:z res ad subueniēdum quia omnia sua pauperib⁹ erogauit. Tertio laudabiliter se habuit quo ad seipz cū dicitur.Sobrius esto.Circa quod est notādū ꝙ est quadruplex homo.s.homo brutalis:qui.s.sequitur appetitū sensualitatis.ps.Cōparat⁹ est hō iumentis insipientibus z similis factus est illis:z iste nō est sobrius sed ebrius ebrietate carnalis lasciuie.puer.vij.Ueni z inebriemur vberibus.Scd's hō est ipse homo rōnalis,q.s. viuit ſm rōnis iperiū.j.Cor.vij.Qui aūt hñt vxores tanꝙ nō hñtes sint zc.Iste est sobrius sobrietate temperātie.Uñ dr de vino iocūditatis mundane.Eccl.xxxi.Si bibas illud tēperate,eris sobri⁹. Terti⁹ est homo angelicus qui.s.mūdū z omnē actū carnalem penit⁹ deserit z angelico more viuit de talib⁹ dr.Luc.xx.Equales em̄ sunt angelis.Iste est sobri⁹ sobrietate abstinētie:et abstinētia mundo z delectatiōibus mundi.j.Thes.v.Nos qui dei sumus,sobrij sim⁹.Quartus est hō diuinus.s.qui totus per amorē trāsit in deū. Talis erat apl's q̄ dicebat ad Gal.ij.Uiuo ego iam nō ego zc.Et iste est sobri⁹ sobrietate vie inde vētur⁹ ad satietatē pr̄ie. Cāticoꝝ.v.sic dr.Bibite amici:ecce sobrietas vie.Et inebriamini charissimi:ecce satietas patrie.Btūs igit dominic⁹ nō fuit hō brutalis:qꝛ sensualitatē suā rōni subigebat.Nec fuit ɔtentus esse solummodo homo rōnalis:qꝛ olbus mūdanis z terrenis abrenūciabat:sed fuit hō angelic⁹,qꝛ ab omni carnali delectatione abstinuit:z fuit homo diuinus,quia tot⁹ per amorē in deum transiuit,de sobrietate vie perueniēs ad sobrietatem patrie:vnde de eo dicit.Liber carnis vinculos celos introiuit,vbi pleno poculo gustauit z sitiuit.

¶Sermo.cciiij.

¶De eodem,Sermo sextus.

VOs estis sal terre.Mat.v.Inꝟbum presens euāgeliū ad honorē beati dñici decantat:ipse ibidē assimilat sali cōdienti,luci refulgēti,ciuitate eminēti,z lucerne in cādelabro radianti.Ipē nāqꝫ habuit diuinā sapientiam,z iō assimilatur sali condienti.cū dicitur.Uos estis sal terre.Dicitur aūt sal terre rōne originis:rōne nominis z ratione virtutis.Ratiōe originis,qꝛ sicut dicit Chrys.super.Matth. Natura salis generatur per aquā ꝑ calorem solis ac per flatuz vēti.z ex eo ꝙ fuit in aliā speciem commutatus.Sic etiam beatus dñicus in virū spiritualem est gnātus per aquā.i.lachrymarū affusionē:vñ dr de eo.Crebros adiungēs sedulis flet⁹ orōnib⁹.z ps.Lauabis me.s.ꝑ lachrymarū effusionem z super niuem dealbabor z

quia inde acquirã mentis innouationẽ.
Per calorẽ solis.i.per feruentẽ amorem
Unde interrogatus in quo libro magis
studuerat rñdit i libro charitatis. ps. In
flammatũ est cor meum.s.per feruentem
charitatẽ, ⁊ renes mei commutati sunt,
scȝ per mentis puritatẽ. Per ventũ.s. spi
ritussctı afflationẽ qui cor eius sic affla=
bat ꝙ mentis excessum aliqñ in eo facie=
bat: ita ꝙ loquẽs cũ deo in orõnibus pa
tiebat amoris ebrietatem loquens cum
proximo in exhortationibus cũ tempera
bat se per sobrietatẽ. ij. Coꝝ. v. Siue mẽ
te excedim⁹ deo siue sobrij sum⁹ vobis.
Scđo dr sal rõne nõis. Sal em̃ ẜm Isid.
dicit a salo.i.a mari salso, vel a sole: qz
sicut oĩbus est cõis ⁊ necessari⁹, ita ⁊ sal.
Uel dr a saliẽdo: qz salit ab igne. Beat⁹
autẽ dominicus per suam sapientiam et
doctrinaȝ modo inducebat homines ad
peccati amarã contritionem, ⁊ tunc po=
terat dici sal a sallo: modo ad lucidã dei
cognitionẽ, et tunc poterat dici sal a sole
⁊ modo ad mũdi cõtemptũ ⁊ despectio=
nẽ ⁊ tũc poterat dici sal a saliẽdo, qz ho
mines ab appetitu mũdi resilire faciebat.
iuxta illud Na. iij. Omnis q̃ viderit te re
siliet a te. Tertio dr sal rõne ẜtut:s. Nã
ẜm Chrys. Sal in carne fetorẽ aufert, sor
des expurgat, ⁊ ẜmes nõ sinit generari:
sic btũs dñicus per suã sapiẽtiã ⁊ doctri
nã auferebat fetorẽ male fame, expurga
bat sordes cõcupiscentie, ⁊ non sinebat
in ↄsciẽtiis generari vermẽ remordentis
culpe. Quando aũt sal istã virtutẽ nõ ha
bet, ad nihilũ valet vltra nisi vt mittat
foras ⁊ conculcetur ab hominibus. Ta=
les enim conculcabuntur a sanctis in iu=
dicio per condemnationẽ. Mala. vlt. Cõ
culcabitis impios ⁊c. A deo per sui furo
ris effusionẽ. Esa. xlij. Calcaui eos in fu
rore meo ⁊c. Ab angelis ꝑ separationẽ.
Apoc. xiiij. Calcat⁹ est locus extra ciuita
tem. A demonib⁹ calcãtur ꝑ eternã cru=
ciationẽ. Job. xviij. Calcet sup eũ quasi
rex interitus. Secũdo habuit lucidã do=
ctrinam, ⁊ ideo assimilat luci refulgenti
cum dicitur. Uos estis lux mũdi. Dicitur
autẽ mundi triplici de causa. Primo pro=
pter lucis puritatem. Cum em̃ triplex sit
species ignis, s. carbo, flãma, ⁊ lux: nõ di

xit xp̃s. Uos estis carbo mũdi vel flãma
mũdi, sȝ lux mũdi. Carbo em̃ est lux i ma
teria terrestri. Tales sũt q̃ꝝ.s. doctrina
admixta est terrene cupiditati. Flãma ẽ
ignis in materia aeris. Tales sunt quoꝝ
doctrina admixta est humane ambitiõi.
Lux ẜo ignis est i sua essentia purissima
Tales sunt quoꝝ doctrĩa est pure ꝓpter
deũ ⁊ cõmodũ aiaꝝ. Talis fuit doctrina
beati dñici ⁊ talem voluit esse doctrinam
sequentium filioꝝ. Unde in testamẽto qđ
beatus dñicus in morte fecit; tria eis le=
gauit.s. paupertatẽ, humilitatẽ, ⁊ chari=
tatẽ. In hoc em̃ ꝙ paupertatẽ legauit no
luit ꝙ ꝓpter cupiditatẽ terrenã predica
rẽt. In hoc ꝙ humilitatẽ eis legauit no=
luit ꝙ ꝓpter laudem humanã ꝑdicarẽt.
Et in hoc ꝙ eis charitatem legauit vo=
luit ꝙ predicarẽt solũ ꝓpter salutẽ ani=
maꝝ. i. Thes. ij. Neq; em̃ aliqñ fuim⁹ in
occasiõe auaritie de⁹ testis est: ecce qz nõ
fuit carbo mũdi: neq; querẽtes ab hoĩb⁹
gloriã, ecce qz nõ fuit flãma mũdi: sed fa
cti sum⁹ paruuli in medio vestri ⁊c. Ecce
qz fuit lux mũdi. Scđo dicit lux ꝓpter lu
cis effectum siue operationẽ. Lux em̃ ex=
citat dormientes delectat aspicientes ⁊
dirigit operantes. Sic beatus dñic⁹ tria
in hominib⁹ faciebat propter q̃ mõstra=
tus est in specie catuli latrãtis facule ar=
dentis: ⁊ stelle micantis. Fuit em̃ dei ca=
tulus inquãtum pctõres latratu sue ꝑdi=
catiõis a somno peccati excitabat: ⁊ fuit
facula dei inq̃ꝫtũ bonos ad celestia inflã=
mabat. Fuit stella dei: inq̃ꝫtũ omnes i viã
iustitie deducebat ⁊ dirigebat. Tertio dr
esse lux ꝓpter maioris lucis ꝑticipatio=
nẽ. Lux em̃ primo cõtinet in luminarib⁹:
deinde hr̃ in nubibus, postea i montib⁹,
postea in terris inferiorib⁹. Radi⁹ diui=
ne glorie et sapiẽtie. Primo fuit i apostho=
lis tanq̃ꝫ in luminarib⁹: deinde fuit i pri=
mis doctoribus sicut in nubibus, deide
in modernis doctorib⁹ sicut i mõtib⁹ de=
inde ẽt i subditis ⁊ ceteris electis sicut in
terris inferioribus. Beatus aũt dñicus
inquãtũ fuit deuot⁹ laicus: fuit terra dei.
⁊ ideo fuit irradiatus Inq̃ꝫtum vero fuit
regularis canonicus sic erat mõs dei, et
iõ magis fuit illustrat⁹. Inq̃ꝫtum fuit hõ
celestis ⁊ angelicus ꝑ ẜginitatẽ: erat nu=

des dei: et ideo adhuc amplius fuit illuminatus. Inq̃ʒtũ ꝟo fuit vir aplic⁹ erat luminare dei: ꝛ iõ fuit maxime illustratus. Prouerb. iiij. Semita iusti. i. btĩ dñici q̃si lux splendens: qñ. s. fuit deuot⁹ laic⁹, procedit qñ fuit regularꝭ canonic⁹: ꝛ crescit qñ fuit effect⁹ angelic⁹. Tertio habuit vitã eminẽtẽ: ꝛ iõ assimilat̃ ciuitati eminẽti: cum subditur. Non potest ciuitas supra montem abscondi ꝛc. Sicut igitur ciuitas supra montem posita est sana ꝛ munda ꝛ est secura sic et religio in eminentia perfectionis est sana propter votuʒ paupertatis voluntarie. Eccli. xxxj. Sanitas anime et corporis sobrius potus, ꝛ etiã sobrius cibus. Econtra dicitur Ecclesi. xxxvij. Propter crapulã multi obierunt ꝛc. ps. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Est munda propter votum castitatis ꝛ continentie. ij. Cor. vij. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis ꝛ spũs. Est secura ꝑpter votũ obediẽtie. Periculosum est em̃ qñ quis a ꝓpria voluntate ducit̃. Eccl̃. xviij. Si ꝓstes anime tue cõcupiscẽtias ei⁹ faciet in gaudium inimicis tuis ꝛc. Quarto habuit lucidaʒ famã: iõ assimilat̃ lucerne suꝑ cãdelabrũ radiãti cũ dr̃. Neq; accẽdunt lucernã ꝛc. Prelat⁹ etem̃ sicut alijs ꝓeminet in ordine sic ꝓeminere dʒ in fama ꝛ opiniõe: vñ dr̃. j. Regũ. x. ꝙ Saul ab humero supra oẽm ppl̃m eminebat. In humero põdus laboris intelligi põt. Suꝑ humerũ autem est caput: in quo maxime visus ꝛ odoratus viget. Prelat⁹ ergo dʒ alijs preeminere ꝛ in labore actionis: ꝛ in visu cognitionis: ꝛ in odore opinionis. Sʒ tñ multi ꝓñt dicere illð. Esa. iij. Nolite me ꝯstituere principẽ ppl̃i. Nõ sum medic⁹: ꝛ in domo mea nõ est panis neq; vestimẽtũ. Nõ em̃ ꝓñt curare aliena vulnera exẽplo vite: nec hñt panẽ sacre doctrine, nec ornamẽtũ bone opinionis ꝛ fame. Sʒ de btõ dñico ꝓt dici illð Mat. v. Qui aũt fecerit ecce vita sctã. Et docuerit, ecce doctrina clara. Hic magn⁹ vocabit̃ in regno, ecce eminẽs fama. Fuit nãq; magn⁹ in regno celorũ: id est in ecclesia militãte: sʒ modo est maior in ecclesia triumphante.

¶ Sermo. cciiij. De sancto laurentio martyre. Sermo primus.

PRobauit me q̃si aurũ qð per ignẽ transit. Job. xxiij. Beat⁹ laurẽtius fuit et aurum propter perfectionẽ vite, ꝛ fuit ꝓbatus per examinationem pene. Dr̃ aurum inq̃ʒtum fuit prelatus ꝛ inq̃ʒtum fuit martyr inuictus: ꝛ inq̃ʒtuʒ fuit ꝓdicator glosus. Dr̃ autẽ aurũ inq̃ʒtum fuit prelatus. Est nanq; aurũ temperatũ, solidũ ꝛ purũ. Sic etiã prelat⁹ dʒ esse tẽperatus in iustitia, solid⁹ in vita, ꝛ pur⁹ in cõsciẽa. Aurũ aũt hʒ ex tẽperantia ꝙ sit calidũ ꝛ humidũ sic prelat⁹ hr̃e dʒ istð tẽperamẽtũ vt sit calidus per amorẽ: ꝛ humid⁹ ꝑ cõpassionem. Istud aũt tẽperamentũ btũs Gre. quadrupl̃r ponit. Primo qñ vinum seueritatis temperat̃ oleo pietatis: sicut patet in samaritano. Scðo qñ ꝟga correctionis temperat̃ mãna dulcedinis, sicut patet in archa in qua erat ꝟga ꝛ manna. ¶ Tertio quãdo ꝟga feriẽtis discipline tẽperat̃ baculo sustentantis mie. ps. Uirga tua ꝛ baculus tuus ꝛc. Quarto qñ rigor paterne rectitudinis, temperate misceetur lenitate materne cõpassionis. Secundo aurũ est solidum, ex qua soliditate hʒ ꝙ nõ tingit sicut alia metalla. Prelatus ergo dʒ habere vitam tam solidaʒ ꝙ subditos nõ tingat. i. ꝑ malũ exẽpluʒ non inficiat. Malũ ei exẽplũ prelatoruʒ cito inficit vitã subditoꝝ. Sicut beatus Greg. ostdit exemplo capitis ducis oculi, ꝛ pastoris. Languẽte inquit capite, mẽbra incassum vigent. Frustra exercit⁹ velociter sequitur duʒ a duce errat̃. Ocl̃m ꝗ ꝓuidendis gressib⁹ ꝓeminet cura pulueris nõ obscuret. Pastor nãq; cũ ꝑ abrupta gradit̃, necesse ẽ vt ad ꝓcipitiũ grex sequatur. Tertio aur⁹ est purũ, qꝛ prelatus debet esse purus et mundus in ꝯsciẽtia: vñ beatus Greg. in pastoral̃. dt. Nulla presulẽ immũdicia polluat: qꝛ hoc ei⁹ suscepit officiũ: vt in alienis cordib⁹ pollutionis maculas tergat: qꝛ necesse est vt mundas studeat habere man⁹, ꝗ aliorũ sordes mũdare curat: ne tacta deteri⁹ inquinet. Si em̃ sordida insequẽs lutuʒ tenet qð tangit potius inquinat. Btũs ꝟo laurentius martyr inq̃ʒtum fuit ꝓlat⁹. i.

archidiaconus dr aurum, quia ipse fuit temperatus habendo calorem feruoris in reprehendendo: & humiditatem compassionis pauperibus compatiendo. Fuit etiam solidus solide exemplum sanctitatis prebendo. Et purus mundiciam mentis & corporis sectando. Scdo btus laurentius fuit martyr inuictus. Et quantum ad hoc similiter comparatur auro. Aurum nanque sub malleo non resistit ut ferrum: nec frangitur ut vas terreum: nec resonat ut es sonorum: sed in subtilissimas laminas dilatatur: sic etiam laurentius sub malleo tribulationis diuine correctioni non resistebat per mentis aut intentionis duriciam. Ut illi fecerunt de quibus dr Job.xvj. Cor eius indurabitur quasi lapis. Nec fuit fractus per aliquam mentis diffidentiam: ut illi qui significantur per statuam Danielis, cuius pedes fictiles lapis percussit & comminuta fuit. Nec murmurauit per impatientiam: sicut dr Eccl.x. Uir sapiens & disciplinatus non murmurabit correctus: sed fit dilatatus et subtiliatus per obedientiam & ideo consecutus victoriam. Prouer. xxj. Uir obediens loquetur victorias. Tertio btus laurentius fuit predicator gratiosus: & quantum ad hoc bene significatur per aurum. Quando autem lamina aurea subducta debet malleando cum argento incorporari necesse est ut a tribus precaueatur, scilicet a puluere, a vento & ab humore: sic si aurum charitatis debet adiungi cum argento sonore predicationis oportet quod illud conseruetur a puluere terrene cupiditatis & a vento humani fauoris & ab humore amoris proprij. Ista tria beatus laurentius vitauit, scilicet puluerem terrene cupiditatis: quia thesauros auare sibi non retinuit. Uentum humane ambitionis: quia archidiaconus ecclesie romane erat: & tamen pauperum pedes lauabat: & humorem noxium proprij amoris: quia vitam suam contempsit & pro primo morti se tradidit. De his tribus dicitur .i. The.ij. Neque ei aliquando fuimus in occasione auaritie, ecce quia non habuit puluerem terrene cupiditatis: neque querentes ab hominibus gloriam, ecce quia vitauit ventum humane laudis. Uolebamus vobis tradere animas nostras: ecce, quia non habuit humorem proprij amoris. Secundo btus laurentius fuit aurum in igne probatum et examinatum. In auri autem examinatione tria concurrunt, scilicet ignis sulphur et puluis antiqui lateris. Sic beatus Laurentius examinatus fuit per ignem materialem eius corpus exurentem. per inuidiam diaboli ferientem et exurentem: et ipsum crudeliter persequentem. Per auariciam decij, thesauros ecclesie sitientem. Later nanque siccus est auarus: ab omni humore compassionis vacuus. Sed nec ignis ipsum exussit, nec eius mentem ledere potuit, nec inuidia diaboli ipsum superauit, nec tyranni auaritia ecclesie thesauros auferre potuit. Aurum autem examinatum in igne retinet suam integritatem: maiorem acquirit puritatem, & ampliorem induit claritatem. Sic beatus laurentius in igne positus retinuit integritatem fidei. Est autem fides integra quando est omnibus suis articulis munita quando lingua cum corde et cor cum lingua concordat quando est charitati coniuncta quando est operibus informata. Talem fidem integram habuit beatus laurentius. Ipse enim omnes articulos perfecte credidit. Unde quando Lucillum baptizauit de omnibus articulis fidei ipsum interrogauit. Ipse Christum in corde credidit, & ore confessus fuit. Unde dixit. Accusatus non negaui nomen sanctum tuum, & interrogatus te Christe confessus sum. Ipse etiam fidem cum charitate habuit, pro qua charitate, se morti tradidit. Fides etiam eius bonis fuit operibus ornata. Unde de eo dr. Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit. Secundo maiorem acquisiuit puritatem. In anima autem triplex impuritas inuenitur, scilicet doloris, timoris & erroris. Ps. Cor meum conturbatum est: ecce dolor. Dereliquit me virtus mea: ecce timor. Et lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum: ecce error. Sed ista triplex impuritas in morte sanctorum auferetur. Ps. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me: spera in dno quoniam adhuc confitebor illi. Quando scilicet a voluntate dolor: & a memoria timor, & a ratione omnis error recesserit & successerit illa quam speramus mira claritas, plena suauitas, eterna securitas. Tertio acquisiuit ampliorem claritatem. Qui enim prius fuit ignotus: postea toti mundo factus est clarus. Amb. Beatum laurentium grano sinapis possumus comparare: qui diuersis attritus passionibus: per totum

orbem gratia sua meruit fragare martyrii, qz a natura cõstitut⁹ in corpore erat humilis: ignot⁹ & vilis. Postq͂ vo est vexatus: lacerat⁹: & exulus: vniuersis p totum mundum ecclesijs odorem sue nobilitatis infudit.

¶ Sermo.ccv. De eodem. Sermo.ij.

VApor ignis exuret carnes ei⁹. Ecclesi. xxxviij. Notandū est q͂ est quadruplex ignis: scz interior siue spūalis: exterior siue materialis: superior siue celestis: et inferior siue infernalis. Primus ignis inflāmat corda. Secūdus exurit corpora. Tertius consumit carnem: & illuminat rationem. Quartus vrit carnem & affligit mentem. Primo igne beatus laurentius fuit inflammatus per amorē. Secūdo fuit examinat⁹ p cremationē. Tertio fuit plenus: sed a quarto totaliter alien⁹. Est igit primus ignis interior & spūalis q est deuotio & feruor diuini amoris: quo btūs laurētius fuit totaliter inflāmat⁹, vñ poterat dicere cū ppheta. Inflāmatū est cor meū & renes mei cōmutati sunt. Ex quibus verbis habet q͂ iste ignis diuini amoris extinguit quadruplicē amorē inordinatū: sz accēdit diuinū amorē. Extiguit em̄ amorē carnalē. Ideo dicit. Renes mei cōmutati sunt. Greg. Gustato spiritu desipit om̄is caro. ps. Ure renes meos & cor meū. Extinguit terrenū amorē: vñ subdit. Et ego in nihilū redactus sum. Qui ei mūdū despiciunt: nihil a mūdanis hominibus reputant. j. Cor. iiij. Tanq͂ purgamenta hui⁹ mūdi facti sumus &c. Iste igit ignis spiritualis amorē terrenū extinguit: qz sicut dt. Chry. Uere nō hz super terrā quod amet q donū celeste i veritate gustauerit. Extinguit amorē domesticū. i. parentū: vnde subdit. Et nesciui. Deut. xxxiij. Qui dixerūt pr̄i suo & matri sue. Nescio vos: & suis fratrib⁹: et ignoro illos, & nescierunt filios suos. Hi custodierūt eloquiū tuum. Extinguit amorē propriū & priuatū, vñ subdit. Ut iumentū factus sum apud te. Qui em̄ se ipsos despiciūt ppter xp̄m sunt iumētuz pi: sicut & amatores sui sunt iumētu diaboli. Generat autē amorē diuinū: vnde subditur. Ego semper tecū. Amor nanq͂ diuin⁹ alas deo cōiungit. j. Cor. vj. Qui adheret deo vn⁹ spūs est cū eo. Iste igit ignis spūalis extinxit in beato laurentio amorē carnalē qz credit q͂ virginatē seruauit. Amorē terrenū: qz thesauros ecclesie sibi nō retinuit: sz pauperib⁹ dispēsauit. Amorē domesticū: qz patriā & parentes suos q erāt in hyspania deseruit: & ob amorē principis aplorū rome peregrinari voluit. Amorem priuatū qz pro xp̄o vitā suā dispexit & morti se tradidit. Habuit autē amorē diuinū: qz sup omnia xp̄m dilexit. Secūdus est ignis exterior & materialis quo beat⁹ laurēti⁹ fuit exustus & examinat⁹. ps. Igne me examinasti & nō est inuēta iniquitas. Istū aūt ignē exteriorē quo cruciabat extitit ppter tria refrigeria que habuit. Primū est desideriū celestis glorie. Ambrosius. Neq͂ em̄ beat⁹ laurenti⁹ igniū tormēta viscerib⁹ sentire poterat: q sensibus paradisi refrigeriū possidebat. Secūdū est meditatio diuine legis. Idē. Dū xp̄i pcepta cogitat frigidū est sibi omne quod patitur. Tertiū est puritas conscientie. Idē. Ardet pfecto totis viscerib⁹ fortissimus martyr & vrit: sz regnū dei ptractans refrigerio cōsciētie victor exultat. Terti⁹ vero ignis est ignis superior & celestis, scz spūs sanctus quo btūs laurētius fuit plenus. De quo dr Thre. j. De excelso misit ignē in ossib⁹ meis & erudiuit me. Si em̄ iste ignis mittit i ossa: manifestū est q͂ mittit in carnē: pellem, & medullam. Per pellē intelligit exterior cōuersatio, per carnem sensualitas: p os ratio: per medullā intētio. Iste igitur ignis incēdit pellē qz exurit conuersationē vetustam et facit nouam. Esaie. j. Excoquā ad purū scoriā tuam. Ephe. iiij. Depon te vos scōm pristinaz vestrā conuersationē veterē hominē. Incendit carnem, id est sensualitatē: vt iam homo scōm sensualitatē & voluptatē carnis nō viuat. j. Cor. j. In carne em̄ ambulantes non scōm carnem militamus. Incēdit et ossa, id est rationē vt nunq͂ ipsa rō ad sensualitatē declinet: alias magna cōfusio in animo gñaret. Prouerb. xxx. Per tria mouet: id est aia & q̄rtū nō pos-

est sustinere. Et ista tria sunt, seruus stul tus: mulier odiosa: et ancilla. Sēsualitas est serua: ideo nō debet regnare. Et stulta: ideo nō dʒ cibo saturari, sʒ fame affligi. Et odiosa: ideo nō debet cū ratione matrimonio copulari. Et ancilla: ideo nō debet dn̄a, id est ratione maior fieri. Incendit etiā iste ignis medullā, id est intentionē: vt qcqd faciat amore celestiū faciat. Sed dicit Ozee. ix. Effraim percussus est: radix eius exsiccata est: fructuʒ nequaq̄ faciet. Radix exsiccata intētio corrupta est. Idō nō facit fructuʒ, id est aliqđ opus meritorium. Quart⁹ est ignis inferior infernalis qui aīas et corpora non combusrit vt ostēdit Aug. in libro de ciuitate dei multiplici exemplo. Primo exēplo vermiū dicēs. Non nullū genus vermiuʒ in aq̄s calidis reperit quarū feruorē nemo impugne cōtractet. Illi autem non soluʒ sine vlla sui lesiōe ibi sunt: sed etiā extra viuere nō possunt. Scđo exēplo mōtiuʒ: qr montes cicilie ab antiq̄s ignib⁹ estuāt et tamē integri perseuerāt. Tertio exemplo carbonis: lignū eñ sub terra positū de facili putrescit sʒ virtute ignis in carbonē redactū putrescere nō pōt: ita vt in terra humida carbones infossi incorruptibiliter maneant. Quarto exēplo pauonis qui habet carnes quasi incorruptibiles si fuerint assate sicut ipse dī se hoc esse expertū. Quinto exēplo salamādre que in igne viuere phibetur: sexto exemplo aīe vnde ait. Ipse anim⁹ cuius p̄sentia corpus viuit et regitur et dolorē pati pōt: et mori non potest. Hoc ergo erit tūc in corporibus damnatorum: quod nunc esse scimus in animis hominum.

¶ Sermo. ccvi. De eodē. Sermo. iij.

Certamen forte dedit ei vt vinceret. Sap. x. Btūs laurentius christi pugil egregius quadrupliciter gessit certamen. Primo namq̄ certauit contra suam sensualitatem. Nam sensualitas penas refugiebat et ratio appetebat: sed ratio vicit: et penas sustinuit patienter: gratanter gaudenter et desideranter. Sustinere patienter est necessitatis: gratanter est deuotionis: gaudenter est perfectionis: desideranter est prorsus diuine virtutis. Beatus laurentius penas sustinuit patienter: qr non murmurauit: nec persecutores odiuit: sed pro ipsis orauit. Hebreoꝝ. x. Patientia vobis necessaria est: vnde dicitur de martyribus. Non murmur resonat, nō querimonia et c. Secūdo sustinuit gratanter, quia in ipsis penis gratias deo reddebat dicens. Assatus sum gratias ago. Caro assata sapidior est q̄ lixa: qr magis placet deo gratiarum actio in aduersis q̄ in prosperis. Tertio beat⁹ laurentius sustinuit gaudenter. vnde dixit. Gaudeo plane, quia hostia christi effici merui. Exemplo apostoloꝝ: de quib⁹ dicitur Act. v. Ibāt apostoli gaudentes a conspectu concilii. Quarto sustinuit desiderāter qr adhuc maiora pati et apponi desiderabat: vn̄ dixit decio. Infelix has epulas semper optaui. Sācti namq̄ viri desiderant pro christo pati et affligi sciētes q persecutores sunt tanq̄ apes qui licet pungant per penā: tamē mellificāt preparando dulcedinē eternā. Ps. Circūdederūt me sicut apes. Sunt tanq̄ fabri: quia licet feriant tamen coronā eternam fabricant. Ps. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores prolongauerūt iniquitatem suam. Sunt tanq̄ conflatores quia licet argentum ponant ad flammā: tamen purgant ab omni scoria. Malac. iij. Sedebit conflans et emundans argentum et c. Secundo certauit contra carnifices. Carnifex enim contra ipsum inferebat penas: sed beatus laurētius contra cornificem offerebat patientiam et cōstantiam. Ambro. Beatus laurenti⁹ martyr mansit in christo vsq̄ ad tentationeʒ: vsq̄ ad tyrannicā interrogationem: vsq̄ ad acerrimā cōminationē et vsq̄ ad mortem. In qua longa nece qr bene māducauerat: et bene biberat tanq̄ illa esca saginatus: et illo calice ebrius tormenta non sensit: non cessit: et in regnū successit. Istā autē tantam constantiā habebat per charitatē inuincibilē qua munitus erat. Cantico. viij. Fortis est vt mors dilectio. Sicut eñ mors separat ab homine animā sensuʒ et motū. Sic in beato laurētio charitas separauit animā suā ab amore mū

ad sensum carnis, ab amore sui, τ motu ois peccati. Et sic mortuus erat mūdo p separationē anime ab ipso: sibi vero p separationē sensus ppriꝫ: τ diabolo p separationē motus omnis peccati. Et sic christus in ipso erat loco anime viuificando ipsum per amorem. Loco sensus infundēdo sibi sensum p fidem. Et loco mot⁹ ducēdo eū ad bonā operationē vt dicere possit cū apostolo ad Gal. Uiuo ego iam nō ego: viuit vero in me xp̄s. Tertio certauit cōtra diabolū. Nam diabolus fortiter cōtra eū seuiebat τ ipse viriliter resistebat: q͞z armis spūalib⁹ munit⁹ fuit. De quib⁹ dicit͛ Ephe. vj. Induite loricā iustitie in omnibus sumentes scutū fidei τ galeā salutis assumite. Diabolus nāqꝫ habet tela multa τ venenata τ ignita, vñ dicit͛ ibidem. Ut possitis oīa tela: ecce q̄ multa nequissima: ecce q̄ venena ignea extinguere: ecce q̄ ignita, q͞z igit͛ sūt multa debem⁹ induere loricā iustitie, id est charitatē: q̄ dicit͛ lorica, q͞z ex oī pte munit τ iustitie: q͞z vnicuiqꝫ ius suū reddit, q͞z sunt ignita debem⁹ assumere scutū fidei in q̄ oīa tela diaboli extinguūt͛. Diabolus totū mūdū impleuit igne cupiditatis, voluptatis, τ ambitionis. Sꝫ fides istū triplicē ignē extinguit sicut manifeste habet͛ Heb. xj. Fide moyses grādis effectus negauit seipsum esse filium filie pharaonis τc. Quia sunt venneata debem⁹ assumere galeā salutis, id est spē: sicut eñ venenū statim cor petit: sic diabolus venenū sue malitie statim in mētē mittitur vt spem extinguere valeat: τ sicut accipiter cor auis quā ceperit statim impetit: sic diabolus ab aīa quā cepit cōtinuo spē tollit qua ablata ipsam i desperationē ducit. Et iō ipsa mens galea spei est muniēda. quarto certauit contra incēdiū. Nam ignis materialis foris vrebat carnē. Ignis vero spūalis intus inflāmabat mentē. Sed ignis interior superauit ignem cruciatiōis exterioris. Habuit autem triplicē ignē interius qui exteriorē ignē totaliter extinxit. Primus fuit charitas ignita. Augustin⁹. Superari charitas christi in laurentio flāma non potuit τ seuior fuit ignis qui foris vrit q̄ ignis q̄ intus accendit. Secūdus fuit fides succensa. Ambro. Inquātum in laurentio fi dei feruor ferbuit intātum supplicū flāma frigescit. Tertius fuit veritas lucida. Ambrosius. Fortissimū martyrē laurentium flamma superare nō potuit: quia lōge ardentius veritatis radio mens eius accēsa feruebat.

¶ Sermo. ccvij. De eodē, sermo. iij.

Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est. Eccle.xlv. Quidā diliguntur a deo sz odiunt ab hoib⁹. Luc.xxi. Eritis odio hominib⁹ propter nomē meū quidā vero diliguntur ab hominibus sed a deo odiunt. Jac.iiij. Quicūq̄ voluerit esse amicus hui⁹ seculi: inimicus dei cōstituetur: quidā vero odiuntur a deo: et ab hoibus sicut supbi. Eccl.x. Odibilis corā deo et hominib⁹ est supbia: quidā diligunt a deo et diligunt ab hoibus sicut beat⁹ Bernar. De quo in premissis principalibus vbis duo ppōnunt: scz meritū ei⁹ cū dr. Dilect⁹ deo et hoibus. et premiū cum subdit cuius memoria in benedictiōe est rc. Circa primū notandū q̄ multiplici rōne mouet homo ad diligēdū aliqd. Diligit em̄ aliqd, qz bonū, qz pulchrū, qz honestū, qz vtile, qz delectabile, et qz sile. Jn deo aūt oēs iste rōnes sunt: et ideo summe diligendus est. Jn eo q̄ppe est summa bonitas. Matthe.xi. Nemo bonus nisi solus de⁹. Sūma speciositas Sap.vij. Speciosior sole est. Uñ et Agnes dixit. Cui⁹ pulchritudinē sol et luna mirant. Summa honestas. Sap.vij. Honestatē illi⁹ nō abscōdo. Sūma vtilitas. Sap.vij. Uenerūt mihi oīa bona pariter cū illa. Summa delectabilitas. ps. Delectationes in dextera ei⁹ et nostre nature cōformitas. Phil.ij. Jn similitudinē hominū factus et habitu inuētus vt homo. Btūs vero Bernardus ppter tria. prima fuit dilectus a deo: et propter tria sequētia fuit dilectus ab hoib⁹ Primo nāq̄ a deo fuit dilect⁹ qz habuit bonitatē i affectiōe. Affectio nāq̄ bona est volūtas q̄ tūc est bona qñ gaudio et dolore spe et timore est ordinate affecta. Uñ Aug. in li. de patiētia. Uolūtas bona i. volūtas fideliter deo subdita, volūtas scītate supni amoris accēsa, volūtas q̄ deū diligit: et proximū ppter deum, sine amore. De quo respōdit Petr⁹. Tu scis dñe qz amo te. Siue timore. De quo dicit Apostolus. Jn timore et tremore vestram salutem operamini. Siue gaudio. De quo dicit idē. Spe gaudētes. Siue tristitia qualē dt se habuisse pro fratribus suis q̄cūq̄ amara et aspera sufferat. Charitas nāq̄ dei est que omnia tolerat q̄ nō diffundit in cordib⁹ nostris nisi p spiritū sanctū qui datus est nobis Scdo fuit dilect⁹ et deo qz habuit pulchritudinē q̄ puritatē in intētione, intētio aūt in mēte est sicut ocl's in capite. Ocul⁹ nanq̄ debet esse purus simplex et rectus. Tunc em̄ ocl's intentiōis est purus qñ est sine puluere et sine terrena cupiditate, tunc est simplex qñ est sine duplicitate, scilicet quādo oculuz intellectus ad deum dirigimus per fidez et oculum affectus per amorē, sz qñ affectum dirigimus ad mundū: et intellectuz ad deū tūc est duplex. Tunc autem est rectus quādo nō habet obliquitatē, sed dirēcte ad deū dirigim⁹ et corda et opa nostra iō pcipitur. Leui.xxi. Ne offerat luscus: aut lippus aut maculam habens in oculo luscus em̄ est, qui habet in intētiōe obliqūitatē. Lippus qui habet duplicitatem. Maculā hz qui hz puluerem: id est cupiditatē. Tertio Bernard⁹ fuit dilect⁹ a deo: qz habuit honestatem in cogitatione. puerbiorū.xij. Cogitatione iustorū iudicia. Qui iusti inter suas cogitationes iudicia exercent, qz malas expellunt: et bonas retinent. Dicit aūt Chrysostomus q̄ homo bonus fm volūtatē anime bonus est, fm naturā vo carnis malus. et ideo, possunt inesse cogitatiōes bone et male. Malus autem homo fm voluntatē carnis bonus est, et fm voluntatem anime puersus: et ideo nō pōt habere nisi malas cogitationes. Dicitur aūt. i. Machabeo. pmo. Qd antioch⁹ precepit idolum abominale super altare poni et ab hominib⁹ adorari et sabbatū nō celebrari. Tūc idolū super altare ponitur quando in corde praua suggestio dominatur. Tūc adorat quando vsq̄ ad consensum animus pctō adheret: et vsq̄ ad consensum peccati ptrahitur: et sic sabbatum nō celebrat, qz animi quies amittitur. Secundo fuit dilectus ab hoibus. Primo quia fuit vtilis in predicatione. ij. Thimo. iij. Omnis scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docēdum, ad arguendum, et ad corripiendū, et ad erudiendū. Sic beatus Bernard⁹ p suam doctrinā docebat ignorātes: argue

bat negligētes corripiebat delinquētes,
⁊ erudiebat penitētes. Secūdo fuit dele=
ctabilis ⁊ amabilis in cōuersatione. Pro
uerbiorū. xviij. Uir amicabilis ad societa
tē magis amicus est ꝙ frater. Prelatus
nāqꝫ debet esse mansuetus in ꝯuersando,
seuerus autem in corripiēdo, dulcis autē
⁊ pius in compatiendo ⁊ miserendo. Nā
in archa Mosi cū virga rectitudinis fuit
māna dulcedinis: ⁊ samaritanus cum vi=
no mordacis reprehēsiōis infudit oleū
pie cōpassiōis. Legitur. iij. Regi. j. ꝙ Sa
lomō in regē inūgēdꝰ super mulā fuit po
situs, que ex equa ⁊ asino procreatur. In
equa ferocitas: ⁊ i asino simplicitas inue
nitur. Mula autem cuꝫ ferocitate equina
habet simplicitatem asininā. Per qđ dat
intelligi ꝙ prelatus cū ferocitate rectitu=
dinis debet habere simplicitatem mālue
tudinis. Tertio fuit nobis similis p hūili
tatē. Eccli. iij. Quanto maiores, humilia
te in oībus. Prelatus aūt corā deo semp
debet se humiliare in oībꝰ, ⁊ corā subdi=
tis qnqꝫ debet se hūiliare in oībus. aliqñ
in aliqbꝰ. aliqñ vo in nullo. Quidā nāqꝫ
duci possunt per lenitatem: sꝫ nunqꝫ per
asperitatem. Coram istis debet se humi=
liare prelatus in oībus. vñ Grego. nazā=
zenus. Aliquos lenitate curare debemꝰ,
alios aūt hūilitate. Alij nāqꝫ sunt duri ⁊
supbi ꝙ ex mansuetudine prelati peiores
efficiunt. Corā istis nō debet se in aliquo
humiliare sꝫ debet eorū supbiā frangere.
Alij aūt sunt q medio modo se habent. q
scꝫ ex nimia seueritate frāgunt vel nimiā
lenitate soluunt. Et corā istis debet se p=
latus humiliare in aliquibus nō autē in
oībus. Tales em̄ indigēt temperamēto.
De quo dicit Greg. Faciēdū est nāqꝫ qđ=
dam temperamentū vt nec nimia asperi=
tate exulcerētur subditi, nec ēt nimia leni
tate soluātur. Hinc est in basibus templi
erant sculpti leones ⁊ boues. Per basem
platꝰ intelligit qui debet populū sustēta
re in quo dꝫ esse auctoritas vt seuere cor=
ripiat ⁊ maturitas vt misericorditer de=
mulceat. Scđo subdit pmiū cū subiungi=
tur. Cuiꝰ memoria in bñdictione erit. ⁊c.
vbi duplex premiū ponit, scꝫ memoria ⁊
glia. Qr em̄ fuit dilectus ab hominibus
est modo in memoria: quia fuit dilectꝰ a
deo est modo in celesti gloria. De memo=
ria sanctorum dicitur. Eccle. xlix. Memo
ria iosie in cōpositione odoris facta opꝰ
pigmētarij: in omni ore quasi mel indul=
cabitur eiꝰ memoria: ⁊ vt musica in conui
uio vini. Memoria quidem sanctorū de=
lectat nostrum olfactum ad odorandum
ideo assimilatur operi pigmētarij. Dele=
ctat os ad loquēdum ideo assimilat mel
li. Delectat aures ad audiendum, iō assi
milatur musice. Secundo habuit celeste
gloriaꝫ, ideo subditur. Similem illum fe
cit in gloria sanctorum. Est autem duplex
gloria vna est gloria essentialis que dici=
tur aurea que cōsistit in dei visione in qua
delectabūtur omnes sensus. Erit em̄ spe
culū visui melodia auditui balsamū olfa
ctui mel gustui, flos suauissimus tactui.
alia est gloria accidentalis que dicit au=
reola que dabitur martyribꝰ ⁊ virginibus
⁊ predicatoribus. Nā in veteri testamen
to tria habebant aureolaꝫ, scilicet altare
archa ⁊ mēsa. Per altare significant mar
tyres qui de corporibus suis deo sacrifi=
cium obtulerunt. Per archam que intꝰ ⁊
extra fuit deaurata: significant virgines
que habuerunt puritatem in mente ⁊ in=
tegritatem in carne, per mensam autē in
telligunt predicatores qui steterunt ad
mensam sacre scripture. De qua dicit in
ps. Parasti in conspectu meo mēsam ⁊c.
Et quia beatus bernardus fuit valde p=
fectꝰ ideo habuit auream, ⁊ quia fuit vir
go incorruptus ⁊ pdicator graciosus du
plicem tenet aureolam.

¶ Sermo. ccxxij. De eodem sermo. iiij.

In fide ⁊ leni
tate ipsius sanctū feci il=
lum ⁊ elegit eum ex omni
carne. Eccli. xlv. Ex his
verbis habetur ꝙ beatꝰ
bernardus quatuor spe=
ciales prerogatiuas habuit. Nam in cor
pore ⁊ in corde magnā habuit puritatē:
quod notatur cū dicit in fide. Fides nāqꝫ
habet purificare. iuxta illđ Act. xv. Fide
purificās corda eorū. In cōuersatione ha
buit magnā humilitatem. quod notat cū
dicit. In lenitate. In vita habuit magnam
sanctitatē, qđ notat cū subditur. Sanctū

fecit illū. In corpe suo nullā habuit carnalitatē. Ideo subdit. Et elegit eū ex oī carne. Deus em̄ ab oī carnalitate eū elegit ꝛ totaliter separauit. Primo igit̄ habuit magnā puritatē: qꝛ.s. virgo corpore ꝛ mēte fuit. Castitas autē est magne virtutis qñ quis eā seruat ꝛ ab hoste tentat⁹, ꝛ carne illect⁹ ꝛ ab exteri⁹ puocat⁹. Sanctus igitur Bernardus si ab hoste tentabat̄: oēs tentatiōes fugabat: vnde dicit̄ de eo perpēdēs periculū esse cohabitare serpēti: fugā meditari cepit ꝛ ordinem introiuit. Si aūt a carne alliciebat̄ ipsā ꝓtin⁹ macerabat. Unde cum adhuc esset adolescēs: ꝛ i quādā femina oculos defixos habuisset ꝛ aliquādiu tenuisset: ipsa gnū gelidarū aquarū se immersit, donec pene exanguis effectus est. Si vero ab exteri⁹ pronocabat̄: totis virib⁹ resistebat. Sicut pꝫ de puella q̄ se in lectū suū iniecit: ꝛ de hospita que ipm allicere voluit. Scdo habuit in cōuersatiōe magnā humilitatem: vnde de eo legit̄. Uincebat in eo sublimitatē nois humilitas cordis nec tm̄ poterat eū vniuersus erigere mūdus quātū seipm deijcere solus. Signū autē magne humilitatis fuit ꝙ pluribus ciuitatib⁹ in epm̄ elect⁹ semꝑ cōtradixit ꝛ repudiauit. Legit̄ Iudi.ix. ꝙ ligna siluarū venerūt ad oliuā ficū ꝛ vitē: vt scꝫ vngerēt sibi regē: per oliuā ficū ꝛ vitem intelligunt̄ religiosi q̄ debēt habere oleū cōpassiōis ꝛ mie ꝛ dulcedinem cōsciētie, ꝛ vinū spūalis leticie ꝛ sacre scripture. Sed cū promouent̄ inter ligna syluarū ꝛ turbas populoꝝ amittūt ꝯpassionē: qꝛ efficiunt̄ valde auari. Amittūt cōscie dulcedinē: qꝛ efficiunt̄ parū i ꝯsciētia. Amittūt leticiā spūalem ꝛ predicādi feruorē: qꝛ efficiuntur valde indeuoti. Tertio in vita habuit magnam sanctitatē. vnde de eo legit̄. Semꝑ aūt inueniebat̄: aut orās aut legens: aut scribens: aut meditans, aut fratres verbo edificās. Signū autē magne sanctitatis ꝛ perfectionis erat ꝙ ipse ꝓ xpo mori totis desiderijs affectabat. Unde legitur Apoc.xij. Signum magnū apparuit in celo. Mulier amicta sole ꝛc. per solē intelligūtur celestia. per lunā vo que crescit ꝛ decrescit intelligūtur terrena. per duodecim stellas intelliguntur duodecim apl'oꝝ exempla. Scti nāqꝫ viri amicti sunt sole.i.celesti cōuersatiōe lunā habent sub pedibus.i.tp̄alia sub affectib⁹: coronam duodecim stellaꝝ in capite.i.exempla apl'oꝝ in mente. Hec nāqꝫ mulier cruciat̄ vt pariat: vt scꝫ deposita corruptiōis seruitute pariat nouū hominē in statu glorie. Ro.viij. Ois creatura ingemiscit et parturit vsqꝫ adhuc. Mali autē regiosi habent lunā in capite i.tēporalia in affectione: solē sub pedib⁹ i.celestia in despectiōe: stellas duodecim in corpore.i.apl'oꝝ exempla in exteriori cōuersatione. Quarto in corpore nullā habuit carnalitatem. Ipse enim corpus suū macerabat ꝛ affligere solebat: ieiunijs, vigilijs, asperis, vestimētis ꝛ q̄plurib⁹ alijs penis. vnde de cibo ei⁹ sic legitur. Ad comedēdū vix voluptate trahebat appetitus sed solo timore defect⁹ sic accedebat ad sumendū cibū quasi ad tormentū. Solū aūt aquā frigidā sibi sapere dicebat eo ꝙ dū eā sumeret: fauces sibi refrigeraret: de ei⁹ vigilijs sic legit̄. Uigilabat seruus dei vltra possibilitatē humanā: nullū em̄ tempus se magis cōqueri perdere solebat, q̄ illud quo dormiuit. Sancti nāqꝫ viri in bonis operib⁹ ꝛ orationibus semper vigilant: ne ipsa mors eos ipaaratos inueniat. Mat.xxix. Uigilate ꝛ orate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. quod est contra illos qui tantum in morte se preparare volunt, quod fieri nō debet: sicut ostendit Chrysost. per tria exempla. Primum est, quia sponsa expectās sponsum prius se ornat. Nam si tantum in aduentu sponsi se ornaret: sponso plurimū displiceret. Secundum est strennuus miles semper debet habere arma sua preparata, vt cum tempus belli aduenerit ire possit ad preliū. Qui autem gladiū eruginare dimiserit loricā sordescere scutū frangi non poterit celare negligentiam cum ingens necessitas non permittit longi temporis opus implere. Tertium est: quia malus seruus absente domino opera sua non aspicit ꝛ negligenter operat̄: sed cum viderit dominum suum venientem incipit festinare: sed nihil pficit festinatio huiusmodi: qꝛ multoꝝ dierū ne-

gligentia non pōt vna hora expleri. De eius vestimēto sic legitur. In vestib⁹ sem per ei paupertas cōplacuit: sordes vero nunq̄ cilicium multis annis portauit q̄diu occultū esse potuit: sed vbi cognitum esse sensit: illud remouit. habens in ore sepe illud Prouer. q̄ hoc facit qd̄ nemo miratur oēs. Sācti em̄ viri: sibi cauēt a varietate ciborū ꝛ vestimentorum: qr ibi nō de est pctm̄. Hier. ɔtra Iouinianū. Recte in tāta diuersitate victus aut vestitus neces se est hic aut ibi ēe pctm̄ non in cibo vl' in vestib⁹ asserā pctm̄ ēe: sz q̄ varietas ꝛ cō mutatio in deterius reprehensioni ꝓxima sit. qd̄ autē reprehendit ꝓcul est a vir tute: qd̄ autē a virtute ꝓcul est vitio mācipat: quod vero vitiosum est pctō ībgitur tādem peccatum est in sinistra, ꝛ hyr corum grege describitur.

¶ Sermo. ccxiij. De eodē ser. v.

Nemo accendit lucernā et in abscōdito ponit ꝛc. Luc. viij. alias. xi. Beatus bernardus fuit lucerna super cādelabrū posita: qr oib⁹ fulsit ꝑ doctrinā ꝛ ꝑ vitā bonā. Fulsit aūt ad laicos. Fulsit ad religiosos. Laicoꝝ autem q̄dā erāt gn̄a. s. tyrāni ecclesiā ꝑsequētes: ꝛ inter istos fulsit ꝑ magnā cōstātiā: sicut pz in duce acq̄tanie q̄ cū ecclesiā ꝑsequeret̄ beatus Bern̄. post missam cum xp̄i corpore ignea facie ad eū accessit dicēs. Ecce ad te venit fili⁹ virginis quem tu ꝑsequeris. Resiste ergo ei si vales, statimq̄ dux ille ad pedes beati Bernardi accessit: ꝛ sibi in oibus ꝛ ꝑ oia obediuit. Similr. ij. Reg. x. legit̄ q̄ dauid misit nūcios ad regē Amon. sz illi dimidiā barbā eis raserūt ꝛ vestes ꝓciderūt. Dauid autē exercitū fecit, ꝛ eos cōtriuit. Nūcij Dauid sunt clerici ꝛ prelati: filij Amon sunt demones vel principes mali: due ꝑtes barbe sunt vita ꝛ sciētia: vel ordo vl' ecclesiastica beneficia. Demones igit̄ dimidiā barbā radūt: qn̄ scz vitā tollunt ꝛ scientiā dimittunt. Tyrāni etiā mediam barbā radunt quādo auferunt substātiā temporalē, ꝛ dimittunt eis ordinē clericalē. Sz ꝛ Dauid q̄ interpretat̄ manu fortis. s. bonus prelat⁹ debet habere audacem animū vt tales nō timeat: debet habere imperiosum verbū: vt. s. eos reprehēdat et excōmunicatiōi subijciat: ꝛ dz hre huiusmodi ꝓlat⁹ fortē manū vt etiā per brachiū seculare si op⁹ fuerit eos coerceat. Alij erāt ei⁹ inimici cū indebite ꝑsequētes iter quos fulsit ꝑ patiētiā. Distinguit aūt ipse triplicē gradū patiētie. vn⁹ est ad iniurias ꝑborum: ꝛ iste est magnus ali⁹ est ad dāna rerū: ꝛ iste grad⁹ est maior. Terti⁹ gradus patientie est ad contumelias verborū, ꝛ iste est maxim⁹. Istū triplicē gradū ipse ostēdit: nā ipse fuit patiens ad iniurias verborū: nā cū cuidam episcopo de sua correctiōe amicabiliter scripsisset: ille indignat⁹ rescripsit salutē ꝛ nō spiritū blasphemie: sz tñ in nullo cōmotus sibi rescripsit: ego spiritum blasphemie in me habere nō credo. Fuit etiā patiēs ad dāna rerū. Nā cū q̄dā abbas trecētas marcas sibi mitteret ꝑ vno monasterio ɔstruēdo, tota illa pecunia a ꝓdonibus est sublata. Qd̄ audiens nihil aliud respondit: nisi benedict⁹ deus qui nobis pepercit ab onere. Fuit patiēs ad contumelias verberum. Cum enim quidā eum in maxillā percussisset vir dei circūstātes adiurauit ne tangeret̄ sz in pace dimitteretur. Alij nanq̄ erant humiles ꝛ deuoti: inter eos Bernardus fulsit per beniuolētiam. Unde dicitur in ei⁹ legenda. Inter summos honores vt sepi⁹ fatebat̄ alterum sibi mutuatum hominē videbatur: seq̄ potius reputabat absentem velut quoddam somnium suspicat⁹, vbi vero inter simpliciores erat ꝛ amica decebat humilitate frui se inuenisse gaudebat ꝛ in propriam redūsse personam. Debent nanq̄ prelati ad subditos beneuoli esse: ꝛ eorum infirmitatibus condescendere. Hier. j. Dedi te hodie in ciuitatem munitā: vt. s. fugientes ad te recipias per ɔpassionē ꝛ columnā ferreā vt sustentes pauperes et infirmos per bn̄ficiorum exhibitionē: ꝛ in murū eneū vt oppressos ꝓtegas per defensionē. Alij aūt erāt ad ꝟba sua valde audi: ꝛ inter istos fulsit ꝑ magnā gratiā. Uñ mater vidit se in vtero habere catulū totaliter cādidū: ꝛ in dorso subrufum atq̄ latrantem. Ipse nāq̄ fuit catulus: ꝛ hoc inquātum lingua

sue predicationis peccatorū vulnera sanauit: fuit cādid⁹ inquātum puritatē mētis ⁊ corporis seruauit. Fuit subrufus in quātum igne celi succēsus fuit. Et fuit latrās. s. inquātū ipsos tyrānos redarguit: et hereticos a grege dei cōpescuit. Scđo ista lucerna fulsit inter religiosos. Et hoc ꝑ quinq3 radios. Primus est ꝙ laicos ad religionis habitū cōuertebat: ⁊ hoc doctrinis, miraculis, ⁊ exemplis. Doctrinis quidē sicut fratres carnales quos verbis salutaribus ad religionem adduxit. Miraculis sicut patet in gerardo fratre suo in carcere posito quē miraculose extraxit ⁊ ad ordinē adduxit. Exēplis ꝑut pꝫ in quodā nūcio ab archiepiscopo ad ipm trāsmisso: q̄ qdē nūcius visa tanta beati Bernardi sāctitate seculo vale fecit ⁊ religionem introiuit. Scđs est qꝛ nouicios carnalē affectum relinquere satagebat. vñ dicebat eis. Si ad q̄ intus sunt festinatis hic foris dimittite corpora que de hoc seculo attulistis. Soli nanq3 spūs ingrediant: caro autem nō prodest quicq̄. Religiosus em̄ nō dꝫ portare ad religionem corpus. i. corporalem voluntatē: vt scꝫ propter ventrem pascendū ingrediat sed reuera de multis pōt dici Hiere. li. Replebo hominib⁹ terrā tuā q̄si bruchō Bruchus totus est in vētre ⁊ fructū nullū facit. Et aliquādo in tanta sunt multitudine vt solē obscurare videant. Hodie em̄ sic etiam multi religionē intrēt vt vētrē pascant ⁊ nullam vtilitatem faciant, et malo exēplo bonos obumbrēt. Nō dꝫ etiā religiosus ad religionē portare corpus: scꝫ carnalē, siue propriā volūtatē: vnde Seneca. Tm̄ virtuti adijcitur q̄tuꝫ ꝓprie voluntati subtrahit. Nec etiam religiosus dꝫ ad religionē apportare corpus. i. carnalē parentum amorē. Gene. xij. Egredere de domo pr̄is tui ⁊c. Tertius grad⁹ siue radi⁹ ꝑ quē fulsit est a lucerna: qꝛ professos virtutib⁹ ⁊ moribus informabat. Tria em̄ i vita sua seruauit ⁊ docuit q̄ moriēs dereliquit dicēs. Tria vobis obseruāda relinquo, q̄ siquidem ego ꝓ virib⁹ obseruaui. Nemini verbo scādalū feci, min⁹ sensui meo quā alteri⁹ credidi, lesus de ledente vindictā nunq̄ non expetij. Ecce charitatē, humilitatem ⁊ obediētiā vobis relinquo. Docebat nāq3 ꝙ vt nullus verbis ꝯtumeliosis aliū scādalizaret vel malediceret. Legitur nāq3 Deut. xxij. Quod filij cōcubinarū iacob electi sunt ad maledicendū: filij ꝟo liberarum ad benedicendū. per quod datur intelligi ꝙ maledicere ⁊ cōtumelias īferre est vilium personarum: ⁊ ergo de eis nō est curandū. Docuit etiā humilitatem ⁊ relinquere propriā voluntatem. Eccli. xviij. Post cōcupiscētias tuas non eas. ⁊c. Docuit patientiā similiter. Luce. xxj. In patientia vestra possidebitis aias vestras: ⁊ ꝓpt̄ ista tria dixit abbas Joseph ꝙ tria sunt honorabilia corā deo scꝫ patientia in infirmitate, obediētia sine propria voluntate ⁊ bona operatio cum mūda intentione. Quartus est: qꝛ tentatos cōsolationib⁹ ⁊ oratiōib⁹ refouebat. Vñ cum quidem nouicius tentatus diceret. Nūq̄ ampli⁹ letus ero: btūs. Bernard⁹ taliter eū consolatus est et tam feruēter pro eo orauit ꝙ ille tandem ait. Nunq̄ ampli⁹ tristis ero. Deus em̄ non permittit de nouo cōuersos grauiter tētari. Vñ Greg. distinguit tres status conuersorū: qui sunt inchoatio: medietas: ⁊ ꝑfectio. In inchoatione veniūt blandimēta dulcedinis. In medio veniunt certamina tētationis: ad extremū venit perfectio plenitudinis: qꝛ sponsam suam quilibet vir primo dulcius blādimentis fouet vt alliciat: quā coniunctam asperis increpationibus probat: ⁊ probatā securis cogitationibus possidet. Quint⁹ est: qꝛ apostatas reuocabat: sicut pꝫ in diuersis ⁊ pluribus apostatis quos recepit. Vñ legit. j. Regū. xviij. ꝙ filij israel videntes se in antro vel spelunca positos q̄dā eorū abscōderunt se in speluncis ⁊ quidā se abscōderūt in abditis: in cisternis q̄dā qui sūt trāsierūt ad philisteos: quidā remāserunt cū rege suo saule. Sic etiā israelite, id est religiosi quādo in antro penitētie ⁊ abstinētie sunt positi: q̄dā volūt ad hospitiū, ⁊ isti abscondunt se in speluncis quidam ad infirmatoriū: ⁊ isti abscōdūt se in abditis: q̄dā exire volunt scꝫ extra ad solatium ⁊ refrigeriū: ⁊ isti abscōdūt se in cisternis quidam transeūt ad philisteos, id est ad seculū. Bōi autē religiosi

remanēt cū xp̄o ⁊ plato cōtra philisteos idest cōtra demones fortiter dimicātes.

¶ Sermo.cclxxiij. De sancto bartholomeo apostolo. Sermo.j.

Quicunqꝫ honorificauerit me glorificabo eū.j. Regū.ij. Magna siquidē dei liberalitas qui pro modico honore quē ei sibi exhibent in terris ipse deus eos glorificare dignatur in celis. Talis beatus Bartholomeus qui deū honorificauit ⁊ iō deus ipsum glorificauit ⁊ glorificare d gnat̄. In premissis ergo v̄bis duo cōiter tangi ⁊ notari p̄nt. Primo meritū btī Bartholomei cū d̄r. Quicūqꝫ honorificauerit me Secūdo tangit̄ premiū eiꝰ. Ibidē cū subiungit̄ glorificabo eū. Circa p̄mū est notādū ꝙ sctūs Bartholomeꝰ deū honorificauit.s.corde:ore:opere: et corpore. In corde aūt sunt itelligētia voluntas ⁊ memoria. Illi ergo corde deuꝫ honorificāt q̄ eiꝰ bn̄ficia recognoscūt et eū ⁊ eiꝰ bn̄ficia diligūt ⁊ nunq̄ obliuioni tradunt. Talis fuit btūs Barth.q̄ humane redēptionis bn̄ficiū cognoscebat, et sue memorie illud sepius imprimebat: ⁊ illud fortiter retinebat:⁊ ip̄m regi cū tā ta dilectiōe exponebat ostēdēs ꝙ ꝑ ip̄m nr̄a redēptio facta est valde cōgruēter, qꝛ primꝰ hō factꝰ est de v̄ginea terra:secūdus v̄o hō factꝰ est de v̄gine maria. Est facta valde potēter: qꝛ dyabolū inuasorē ⁊ abusorē alieni iuris potēter eiecit. Est ēt facta valde iuste siquidē vt diabolꝰ q̄ hoīem comedētē vicerat: a ieiunāte vinceret̄. Est ēt facta nr̄a redēptio valde sapiēter:qꝛ xp̄s diabolo tāq̄ illusit dū escā carnis ostēdēs hō diuinitatis eū cepit. Secūdo sanctꝰ Bartholomeꝰ Christū honorauit ore, dum xp̄i gloriaꝫ per orbē vniuersum fideliter p̄dicauit. Mundus siquidē erat mendicꝰ ignobilitate abiectus et refutatꝰ ⁊ mesticia plenus. Beatus autē Bartholomeꝰ erat thesaurꝰ dei:margarita dei:⁊ luminare dei: ⁊ iō mundū ditauit ac nobilitauit ⁊ illuminauit. Ista tria tangit beatꝰ Teodorꝰ in sermone quē fecit de ipso: vbi ait qualiter eiꝰ corpꝰ ad liparā insulā eē trāslatū dicēs. Uenit ad pauperculā thesaurꝰ ditissimꝰ. Uenit ad ignobilē p̄ciosissima margarita: venit ad mestā splendissimū luminare. Tertio deū honorificauit opere: quia demonum culturā destruxit ⁊ cultū dei ampliauit: sicut autē dicit beatꝰ August. in lib. de ciui. dei: tria gn̄a deorū tradita sunt. Unū a poetis, alterū a philosophis: tertiū a principibꝰ ciuitatum: ꝙ autē isti dij nullo modo sunt colendi: ibidē ostēdit dicēs. Proponūt greci, si dij tales colēdi sunt ꝑfecto tales homines sūt honorādi. Assumūt romani: sꝫ reuera nullo mō honorādi sunt homines tales. Cōcludūt xp̄iani nullo mō ergo tales dij colēdi sūt: oīa nāqꝫ ista gn̄a deorꝫ bartholomeꝰ destruxit: sicut patet in legēda. Quarto Bartholomeꝰ honorificauit deū in corpore seu cū suo corpore: qꝛ cēties i die et cēties in nocte genua flectebat. Unde sup hoc beatꝰ Augusti. Omne quodcūqꝫ inchoaueris facere: p̄mo inuoca deū et gratias age illi ⁊ cum consummaueris illud silr̄ fac vnde Hier. Nec cibi ante sumant̄ nisi oratiōe premissa nec recedat̄ a mēsa nisi grē referant̄: nec priꝰ corpus quiescat nisi pascat̄ anima. Secundo ponit̄ eiꝰ p̄miū quod tangitur cuꝫ d̄r glorificabo eum. Deus nanqꝫ cuꝫ glorificauit in vita ⁊ in morte tandē glorificauit post mortē. In vita siquidē beatus bartholomeus deū glorificauit ⁊ laudauit: ⁊ ipse deus eūdē in eiꝰ vita glr̄ificauit multiplr̄. Primo nanqꝫ fecit eum magne dignitatis de cuiꝰ dignitate sic d̄t Theodorus. Petrus apostolus docet nationes. Bartholomeꝰ consequēter patrias inuestigat. Petrꝰ operatꝰ est ꝓdigia magna. Bartholomeꝰ fecit ꝓdigia multa, petrus demū capite crucifigitur: sed beatus bartholomeus viuꝰ excoriat̄. Ad q̄t valet Petrꝰ mysteria capescēda: ad tot sufficit bartholomeꝰ penetrāda. Secundo fuit multe sanctitatis, que quidē sanctitas in tribus et ex tribꝰ apparet: ⁊ cōsistit scꝫ terrenorum despectione vnde dicitur de eo ꝙ ipse dicit. Ego nihil terrenum nihilqꝫ carnale desidero. Probat̄ ēt ipsius sanctitas in feruenti orōne: vn̄ dixit ei d̄mō. Apostole dei bartholomee incendunt me orationes tue ⁊ in cōstātī mē

te. Unde de eo dicitur. Semper eodē vultu et animo letus ⁊ hylaris perseuerat. ¶ Tertio fuit potētie multe ipse nāq₃ diabolus habet potētiā astutiam atq₃ maliciam. Sed ipse ipsius diaboli potentiā₃ ligauit vñ dixit demon Deus vr̄ cathenis igneis est cōstrictus: ⁊ illa hora qua apostol⁹ dei bartholomeus tēplū intrauit eius astutiam detegebat. Fingebat eī diabolus se sanare infirmos quos tñ nō sanabat subueniēdo sed a lesione cessando. Ei⁹ maliciā impediebat: sicut patet in filia regis a qua diabolū exire coegit. Quarto fuit magne vtilitatꝫ. De hoc sic dicit Theodorus. vide bartholomeum lingue aratro rationabilia iura sulcantē: fidei verbum in profundo scilicet. cordis recondentē: paradisum et vineas domini plātantē: siluas euellere: spinas impietatis secare, sepes circumponere ⁊ infra: sed respuunt egroti medentem orbi manuducētem: naufragi gubernatorem mortui viuificatorē. Secundo principaliter deus ipsū glorificauit in morte: ipsi⁹ mortē sue assimilādo: Christ⁹ namq₃ fuit expoliat⁹, flagellat⁹, crucifix⁹, ⁊ sic mortuus, sic iste fuit flagelat⁹: crucifixus sua pelle expoliat⁹: ⁊ sic idē per capitis obtrūcationē mortuus. Cant. v. Inuenerūt me custodes qui circuierūt ciuitatem: percusserunt me. s. flagellādo vulnerauerūt crucifigendo et decollando: tulerunt pallium meum. s. me excoriādo. Tertio de⁹ eum glorificauit post mortē: ⁊ hoc respectu sui et respectu nostri: respectu quidē sui quo ad animā₃ ⁊ quo ad corpus. De gloria aīe sic dt ipse Theodo. Gaude Bartholomee qui mare gressibus sanctificasti qui terrā purpureā tuo cruore fecisti: qui ad celum commeasti vbi in medio diuine aciei refulgens in splendore immarcessibilis glorie splendēs in exultatiōe iocūditatꝫ mirabilis gaudēs glorificauit etiā deus ipsius corp⁹: q2 sicut dicit ipse Theodor⁹ de armenia vsq₃ ad partes sicilie quatuor archis sanctorū in mari proiectis precedētibus archā beati bartholomei cum reuerentia deduxerunt. Secūdo glorificauit de⁹ eū respectu nr̄i. Et hoc q̄drupliciter. primo quia factus est aduocat⁹ peccatorū sicut ipse cuidā suo deuoto apparuit dicēs ꝙ multis tp̄s de⁹ nostris precib⁹ ⁊ meritis populo huic pepercit. Scd̄o, q2 ipse est liberator deuotorū sicut p3 in magistro quem ab insidijs diaboli liberauit. Tertio q2 est cōdēnator reproborū: put p3 in Frederico imperatore qui eiusdē corp⁹ de loco in quo est remouere voluit. Quarto ipse est reprobator munerū iniustorū, sicut p3 in muliere q̄ oleum iniuste acquisitum in lampadem beati Bartholomei infūdere voluit: s3 tñ illō facere nequit.

¶ Sermo. ccxxv.

Eodem die sermo. ij.

Extendens celum sicut pellem qui tegis aquis superiora ei⁹. ps. In q̄stum beatus bartholomeus fuit apostolus competit sibi quod dicitur celū. Apostoli nā ꝙ celum vocantur secundum istud ps. Celi enarrant gloriam ⁊c In q̄stum autē ipse fuit excoriatus cōpetit sibi illud qđ dicitur. Extendens celum sicut pellem. In q̄stum vero ipse interpretatur filius suspendens aquas competit sibi illud quod dicitur. Qui tegis aquis superiora eius: quod ergo dicitur celum: respicit dignitatē apostolice dignitatis: ꝙ vero celū dicit extensum respicit gen⁹ passionis: ꝙ autem dicitur quis tegis aquis superiora eius respicit interpretatione nominis. In verbis ergo premissis sanctus bartholomeus a tribus commendatur. primo a sublimitate perfectiōis ⁊ vite in eo ꝙ vocat celū. Dicit autē Isido. Celū philosophi ardens volubile, ⁊ rotundū esse dixerūt. Dicit autem ipse celum, quia fuit ardens per charitatem succensā₃. ex qua charitate quatuor carbones pdierūt. Unū carbonē iecit cōtra diabolū q̄ mediāte incēdit, ⁊ iste carbo fuit ei⁹ oratio ignita. Un̄ dixit demō. Apostole dei bartholomee icēdūt me orationes tue. Aliū aūt carbonē iecit ꝯ diabolū q̄ diabolū ligauit q̄ fuerūt ipsius apl'i merita gloriosa. Unde dicit in ipsius legenda. Deus vester cathenis igneis est ligat⁹: nec respirare nec loq̄ audet ex illa hora qua apostol⁹ ingress⁹ est illuc. san

etenim viri ex se tot carbones emittūt, qt in se virtutes habent: et quot opera fervētia faciūt ex quibus vnā cathenā constituunt cū qua diabolum ligatum tenēt: Tertiū carbonem direxit et destinauit ad deū qui ipsi deo odorem facit et iste carbo fuit eius caro cōcremana. Geñ. viij. Edificauit. Noe altare dño: et infra odorem suauitatis odoratus est dñs. Quartū aūt carbonē direxit ad pximū q̄ primū ad dei amorē inflāmauit: et iste carbo fuit ipsi⁹ p̄dicatio ignita. ¶ Theodo. Gaudeas Bartholomee sol orbis terre cūcta illuminās os dei lingua ignita sapiētiā pmēs fons vite sanitates emanās. Secūdo ibe dicit celum: quia ipse fuit mobilis et volubilis per operationē sollicitā: Ipse nāq tā sollicitus fuit q tres prouincias peragrauit: sicut dt Theo. s. licaoniā indiā et armeniā. Nec mirū si tā volubilis et solicit⁹ fuit qr fuit rota dei, nubes dei, plenus dei et plen⁹ feruore dei fuit etenī nubes dei. Esa. lx. Qui sunt isti qui vt nubes volāt, et ideo terrā etiā fecundi⁹ irrigauit. Sol nāq virtute sui caloris illud qd subtile ē i aquis vaporalr extrahit et nubes cōdēsat: sic etiā xps Jesus qui est sol iustitie ex calore et virtute sui amoris omne humanum effectum qui in apostolis erat ad se per desideria attrahebat et in nubes condensat. Btūs nāq apostolus fuit etiā tā volubilis et tā velox, qr fuit rota dei. Eze. x. Rotas ille vocauit volubiles: iō aūt rote sic sunt volubiles qr non tāgūt terrā nisi in pūcto, sic ipse bartholome⁹ a deo velox erat q terrenis in pūcto. s. necessitatis articulo adherebat. j. Thim. vj. Hītes victū et quib⁹ tegamur his contenti simus. Fuit etiam beatus Bartholomeus tā mobilis et tā velox: qr fuit plenus sapientia. Nā sicut dicitur Sa p. vij. Omnib⁹ mobilib⁹ mobilior est sapientia: qr quos replet mobiles hos et veloces facit. Fuit etiā tā velox, qr fuit plenus zelo dei. Uidebat nāq mundum esse tenebrosuz ac esse insipidū: et ēt vide b at mundū esse incultū: et iō p ipm velociter discurrebat: vnde btūs Theodorus. Bartholomeus vero famulus dei, pgit per mundū velut: lux vt tenebrosos illuminare, tāq sal vt insipidas gētes saliret, tāq agricola vt spiritualē culturā pficeret. Tertio pricipaliter dr celū: qr fuit rotund⁹ per finalē perseuerētiā: forma nāq sperica fine caret. Nō enim potuit p missis emolliri. Uñ cū rex camelos oneratos auro et argēto et lapidibus preciosis sibi dare vellet: ipse respondit. Nihil terrenū nihil carnale desiderio nec etiā potuit nimis deterreri: vñ cū rex diceret sibi. Tu es qui aduertisti fratrem meum. Ipse respondit audacter. Ego vero non euertieū sed potius conuerti. Etiā non potuit suppliciis superari. Licet eī ipse fuerit flagellat⁹: crucifixus excoriatus et decollatus tñ in dei amore semp permāsit inuict⁹. Secūdo commendat a, q̄litate passionis pene, cum dicit. Extendens celum sicut pellem. fuit eī excoriatus et pelle sui corporis denudatus et decollat⁹: tñ in dei amore semp māsit inuictus. Hoc significatum est Leuitici. j. vbi dicit. Detracta pelle hostie artus in frustra concident et subijciēt i altari ignem strue lignorum ante composita intestinis pedibus lotis aq̄ adolebit eas sacerdos super altare in holocaustū: et suauem odorem domino. Ista hostia dei fuit Bartholomeus cui fuit pellis detracta: qñ sez ipse fuit excoriat⁹. Fuerunt etiā artus in frustra concisi quādo ipse fuit crucifixus et, decapitatus. Fuerūt etiā ipsius intestina et pedes loti: qr affectiones eius fuerunt emundate ab omni terrena concupiscentia et cupiditate ex diuino sermone. Joā. xv. Iaz vos mundi estis, pter sermonē quē locutus sum vobis. et ex spū sancto a quo et per quē ipse fuit mundat⁹: vt de hoc legit et hr Act. j. Uos aūt baptizabimini spūsctō. Fuerūt etiā ipsi⁹ apli affectiōes mūdate in sanguine fuso. Apoc. vij. Lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas. in sanguine agni: circa istā hostiā posita est strues lignoz. Nā et intus in ala hūit ligna desiderioz sctōrum et ab extra ligna bonorū operū deinde, subiect⁹ est et ignis amoris in mēte: et ignis cōpassiōis in corpore: et sic holocaustū extitit: qr totus incensus fuit ei⁹ anim⁹ p amorem, et corp⁹ ei⁹ succensum fuit per passionē verba p celli ardorē eiusq opa per feruorem. Et sic odorē suauitatis fecit dño. Fudit eī

odorem suauez per odoriferā famā, sua
uiorē per sincerā cōsciētiā. suauissimuz
odorem per spontaneaz penam. Tertio
commendatur a ꝓfunditate diuine sapiē
tie: cum dicitur. Qui tegis aquis superio
ra eius. Superiora anime sunt rōnalis
cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. Fuit enim ta
cta ⁊ repleta eius rationalis aquis diui=
ne sapientie. Eccli.xv. Aqua sapientie sa
lutaris potauit illū Fuit em̄ cōcupiscibi
lis repleta aque diuine gratie. Esa.xliiij.
Effundā aquā sup sitientē. Fuit eius ira
scibilis repleta aquis emulationis serui
de. Cant.iiij. Fons hortorū: puteꝰ aqua
rū viuentiū, que fluūt impetu de libano.
Nā sicut dicit de sanctis aialibꝰ. Eze.i.
Ubi erat ipetꝰ spiritꝰ illuc gradiebant.

Sermo.ccxxvj.

Eodem die Sermo tertius.

EXtendens celum sicut pellē. Istud ver=
bum multiplicē habet intel
lectam. Primo enim dicitur
celum extensuz sicut pellis
ad scribendū. Sicut em̄ hō pellē extēdit
vt in ea scribat: sic ipse deꝰ celū extendit
vt in eo scribat nomina electorū. Luc.x.
Gaudete qꝛ nomina vestra scripta sunt
in celis. Scđo ad inhabitandū. Sicut em̄
hō de pellibus facit tentorium. sic deus i
celo hz suū habitaculū. Unde alia trans
latio habet extendēs celū sicut camerā.
Unde celū dicitur quasi casa eloy.i. dei.
Job.xxxvj. Extendit quasi nubē tentoriū
suum. Tertio ad circundandū. Sicut em̄
pellis totū corpus circundat ⁊ nihil est,
quod non sit circundatū pelle: sic secūdū
Dam. Celū empireū cōtinet omnes crea
turas: ⁊ nihil est creatū quod non sit in=
fra celū. Quarto ad regendū. Est em̄ ce=
lum quasi tectū orbis terrarum. Unde dr
ibidē. Celum quasi tectum mundi exten
dit deꝰ. Fecit nāq; amplum firmamentū
vt tegat orbē terrarū. Et subdit glos. et
hec sine pelle.i. sine labore: sed tā facili=
ter sicut pellē. Quinto ad alliciēdū: sicut
em̄ pelliparius pellem pulchrā corā
emptore extēdit atq; exponit, vt sc; ipm̄
emptorē alliciat ad emendū. Sic deus
firmamētū syderibus depictum extēdit
vt alliciat ad desiderādū. Sexto ad cō
mensurandū. q.d. Quātū homo corā
deo suā pellē extēdit tm̄ extēdit hoi ce=
lum suū. Oibus his modis btūs bartho
lomeꝰ sicut pellis fuit extēsus. Primo vi
delicet ad scribendū. Fuit em̄ hec pellis
primo excoriata Michee.iij. Pellē desup
excoriauerūt. Eadēq; pellis fuit scripta
intꝰ p impressionē scutū. Threñ.iiij. Cā
didiores nazarei eiꝰ niue ⁊ foris p ipres=
sionem passionū. Similiter ⁊ pellis car=
nis xp̄i fuit in cruce extensa, vñ ps. Dinu
merauerunt omnia ossa mea. Fuit scri=
pta ab intus multiplicitate dolorū. Thre
norū.j. Attēdite ⁊ videte si est dolor sicut
sicut dolor meꝰ. Et foris confixione cla
uorū. Malachie.iij. Configitis me gens
tota. Secūdo fuit extēsus ad habitādū:
qz deus in eo per fidē habitauit. Ephes.
iij. Habitare xp̄m p fidē in cordibꝰ vr̄is.
Et quia p fidē in eo habitauit veraciter:
ideo multa miracula fecit. Fidei em̄ opa
tio miraculorū attribuitur. Ostendit em̄
miracula in quatuor elementis: ⁊ prio in
aere: quia ipsum a diabolo purgauit, in
igne qz pmissione dei ossa sua tāq; ignis
splēdentia demōstrauit. In aqua: qz ar=
cha in qua ossa sua erāt recōdita de ar=
menia, vsq; in siciliā per mare deduxit.
In terra qz mōtē quēdā per septē stadia
elongari fecit. Tertio fuit extēsus ad cir
cūdādū. Fuit em̄ circūdatꝰ penis sursuz
qz fuit decollatꝰ: ⁊ deorsuz, qz fuit i cru=
ce pedibꝰ affixꝰ: a dextris ⁊ a sinistris qz
manibꝰ in cruce fuit clauatus, ante ⁊ re=
tro qz flagellatus. In toto corpe: qz fuit
excoriatus. Iste nāq; est ille hō de quo dr
Luc.iiij. Qui ad hierl'm in hierico descē=
dit qñ xp̄s ipm̄ lunaticū ad predicandū
misit: q̄ incidit in latrones q̄ eū expolia=
uerūt. excoriādo, plagas imposuerūt fla
gellādo ⁊ crucifigendo, ⁊ semiuiuū reliq̄
runt decolādo. Tūc em̄ fuit semiuiuꝰ sc
licetꝰ: qz q̄tū ad corpꝰ fuit mortuꝰ: s; co=
rā deo fuit in anima viuꝰ. Quarto btūs
Bartho. fuit extēsus ad ꝓtegēdū. Quā=
uis em̄ alij electi sint lapides i domo dei
apl'i tñ sūt tectū: qz p̄e ceteris sanctis, ce
lo.i. deo magis fuerūt vicini. Uñ alij seruí
vocant serui: ipsi aūt sūt amici. Joā.xv.
Jā nō dicā vos seruos, s; amicos meos

&c. Tum quia solis radio fuerunt illustrati. Num. xviij. Apposui gladium sup tectum federis tuum quasi illi qui ad aplorum auxilium confugiunt sunt magis securi. Mat. xxiiij. Qui in tecto sunt non descendant aliquid tollere de domo sua. Tum quia defendunt ab estu viciorum et a turbine tribulationum: et a pluuia temptationum Esa. xxiiij. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu et in securitate et in absconsione a turbine et a pluuia. Quinto fuit extensus ad alliciendum. Corpora enim sanctorum in hac vita multa claritate et miraculis fulgent. Si igitur tam preciosus saccus exterius patet quam preciosus thesaurus est qui intus latet: in isto namque sacco latet duplex thesaurus, scilicet interior qui fuit animus dei gratia plenus. Prouerb. xxi. Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti et thesaurus superior. scilicet glorie celestis de quo dicitur. Mat. xix. Uade et vende oia que habes: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo. Istum thesaurum hodie beatus Bartholo. recepit. Ambro. in prefa. Bartholomeus mortuis viriliter proferendo discrimen gloriosi certaminis ad celestem gloriam secum portauit triumphum. Sexto fuit extensus ad commensurandum: quia secundum quod ipse extendit pellem suam deo per diuersitatem suppliciorum: sic deus extendit sibi celum suum per immensitatem premiorum. Multum siquidem pellem suam extendit. quia primo fuit flagellatus, deinde secundum beatum Theod. fuit excoriatus: quia antequam in cruce moreretur inde fuit depositus et postmodum excoriatus. Ultimo secundum Usuardum fuit capite truncatus: quia igitur sic vehementer extendit pellem suam: ideo deus excellenter extendit sibi celum suum. Unde sup hoc Theodo. Ad celos beate Bartholomee commeasti vbi in medio diuine aciei refulgens in splendore immarcessibilis glorie splendens, in exultatione dignitatis insatiabilis gaudes. Quantum ergo homo extendit pellem deo per macerationem: tantum deus extendit celum, suum per glorie largitionem. Multum namque beatus bartholomeus se extendebat. Threnorum. v. Pellis mea quasi clibanus exusta est. Job xix. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum. Minusque extendebat qui dicebat. Luce. xviij. Ieiuno bis in sabbato. Nihil extendebat qui dicebat eiusdem. xij. Anima mea habes multa bona: requiesce, bibe et epulare &c. Extendenti igitur deo multum pellem suam: deus multum extendit celum suum et extendenti parum pellem suam deus parum extendit celum suum: et nihil extendenti pellem suam deus claudit celum et aperit infernum. Joan. xxvi. Extendit aquilonem super vacuum.

¶ Sermo. ccxxvij.

¶ De eodem, sermo quartus.

Pellem pro pelle et cuncta que habet homo, dabit pro anima sua Job. ij. Secundum gl. Pellis pro pelle datur; quia sepe dum ictus contra oculum venit manum opponimus vt potius in ipsa manu quam in oculo vulneremur ac si dicat. Ideo tot flagella Job equanimiter extra sustinet: quia nec ipse intus feriatur pauet. Notandum tamen est, quod quadruplex est pellis. Nature culpe, gratie et glorie. Primam pellem induunt omnes homines Unde super hoc ipse Job inquit. iiij. Pelle et carne vestisti me &c. Sed istam pellem Bartholomeus multiplici ratione deposuit. Primo enim deposuit in signum feruide charitatis. Solent enim homines calore nimio estuantes exponere vestimenta. In hoc ergo quod beatus Bartholomeus pellem suam deposuit ostenditur quod igne amoris plenus fuit. Hoc significatum est. j Reg. xviij. vbi dicitur. Diligebat Jonathas Dauid quasi animam suam. Nam expoliauit se tunica sua et dedit eam dauid. Per Jonatham qui donum columbe interpretatur beatus Bartholomeus intelligitur qui dono spiritussancti fuit repletus Iste ergo qui diligebat dauid. i. xpm sic se. i. animam suam, tunicam expoliauit, dedit dauid quando propter xpi amorem se excoriari permisit. Secundo in augmentum maioris puritatis. Solent enim rami arborum quando excoriantur albiores apparere: sic et Bartho. pelle mortalitatis exutus in alia extitit magis purus. De hoc legitur Jo. i. Ficum meam. i. Bartho. qui fuit vtilis: fructuosus et dulcis decorticauit: mundans expoliauit eam. Albi facti sunt rami eius. Prou. xxv. Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum. Tertio in spem future immortalitas

tis. Solet nãq hõ libẽter deponere vestẽ
vetustã vt vestẽ induere valeat deaura=
tã. Sic ipse libẽt vestẽ mortalitatis exu t
qr se decorãdũ veste imortalitatis sciuit
vñ ps. Astitit regina, id est ei⁹ aĩa q̃ cor=
pus bñ rexit, a dextris tuis i vestitu deau
rato, id est cũ corpore glorificato. j. Ma=
cha. x. Iussit rex expoliari ionathã vesti
mẽt's suis τ induit eũ purpura, id est car
ne gl'iosa: qđ erit in gñali resurrectione.
Quarto deposuit pellẽ suã in odorẽ sua
uitatis. Solebat nãq sacerdos in vete=
ri lege pellẽ hostie detrahere igneq̃ sup
posito ipsam i odorẽ suauissimũ dño im
molare. Sic btõ bartholomeo est pellis
detracta q̃ igne charitatis incẽsus: i odo
rẽ suauissimũ est dño imolat. Sap. iij. Tã
q̃ aurũ in fornace pbauit illos τ q̃si ho=
locausti hostiã accepit eos. Scđa aũt pel
lis de q̃ premittit est pellis culpe. Et ista
est triplex. Una est q̃ induũt luxuriosi que
est pellis vetusta. Thren. iij. Vetustã fecit
pellẽ meã. Luxuria nanq dicitur vetusta
siue quia hominẽ cito ducit ad senectutẽ
siue vetustatẽ: siue qr homo q̃ se illi vicio
immergit vsq ad mortẽ in illo inuetera=
scit. ps. Inueterasi inter omnes inimicos
meos ₇c. Siue qr cũ ipsa sit lutũ fetiduz
facit ipsum hominẽ turpẽ τ vetustũ ₇c.
Eccli. ix. Omnis mulier que est fornicaria
quasi stercus in via cõculcabit. Alia est q̃
induunt superbi: τ ista pellis est a vento
inflata. Ozee. xij. Effraim pascit ventuz.
Aug. O pellis inflata quid tenderis. O
sanies fetida quid inflaris qr igit est vẽ=
to plena: ideo statim detumescit si pũgit.
Job. vij. Memẽto qr vent⁹ est vita mea.
ideo leui impulsu circũfert. ps. De⁹ me⁹
pone illos vt rotã τ sicut stipulã añ faciẽ
vẽti, iõ cito deijcit. Job. xxx. Eleuasti me
τ quasi super vẽtum ponens allisisti me
valde. Alia est qua induunt auari τ hec
est pellis nigra. Hier. xiij. Si mutare po=
test ethiops pellẽ suam ₇c. τ auarus con
trahit nigredinẽ corporalẽ: quia p lucro
captãdo die noctuq̃ exurit: τ gelu puni=
tur. Thren. v. Pellis mea quasi cliban⁹
exusta est auarus etiã cõtrahit nigredi=
nẽ spũalẽ qr cũ auaritia sit lutũ: anima q̃
luto immergitur, nigra efficit. Abacuch.
ij. Ve q̃ multiplicat nõ sua τ vsq quo ag=
grauat cõtra se densum lutũ, istã triplicẽ
pellẽ bartholome⁹ nõ induit, qr terrena
despexit τ honores fugit verã castitatẽq
seruauit. Tertia vero pellis est pellis grẽ
qua induũt iusti imitãdo cõuersationem
xp̃i, xp̃s enĩ indut⁹ est pelle, id est cõuer=
satione cãdida rubicũda: τ electa. Cãt.
v. Dilect⁹ me⁹ cãdidus τ rubicũdus ele
ctus ex milib⁹. Esa. xlij. Nõ erit tristis ne
q̃ turbulẽt⁹, ecce q̃ cãdida. Vñ ps. Cum
his qui oderũt pacẽ erã pacific⁹: ecce q̃
rubicũda: τ firma charitate pacifica. Ma
thei. xj. Discite a me qr mitis suz τ humi
lis corde: ecce q̃ pro oib⁹ mãsueta. Ista
pelle grẽ bartholome⁹ fuit tectus: quia
ei⁹ cõuersatio fuit iocũda pacifica τ mã=
sueta. Vñ de eo dicit in eius legẽda sem
per eodẽ vultu τ animo let⁹ et hylaris
perseuerat. Quarta pellis, est pellis glĩe
qua induũtur beati. Unde legit Exodi
xxvj. Quod tabernaculũ tribus pellib⁹
operiebat sez pellibus rubricatis. hiacin
tinis τ sagis ciliciniis q̃ fiebãt de pilis ca=
prarũ. Operiebatur etiã de pellib⁹ ma=
gnis nigris: sed formosis. Cãt. j. Nigra
sum sz formosa filia hierl'm sicut pelles
salomonis. Beati igit induerũt pellẽ for
mosam p corporis claritatẽ. Apoc. xix. Da
tũ est ei vt cooperiat se bysso splẽdẽti et
cãdido. pelle hiacitina p subtilitatẽ. hu
iusmodi enĩ pelles hñt colorẽ aereũ. cor
pora sciẽrũ nãq q̃ mõ sunt grossa τ pon
derosa tũc ad instar aeris erũt subtilia.
j. Cor. xv. Seminatur corpus animale τ
surgit corpus spũale, etiã induunt pelle
rubricata per immortalitatẽ. Huiue nãq
color est valde viu⁹. vnde de homine ru
bicundo cõiter dicimus. Iste est valde vi
uus. Sap. v. Iusti aũt in perpetuum vi=
uent. pelle caprina per agilitatẽ: p quã
sancti comparant fulguri coruscãti. Job
xxxviij. Nunquid mittes fulgura. San=
cti etiã propter eorum agilitatez compa
rãtur nubi τ scintille discurrenti. Deute.
xxxiij. Magnificẽtia eius discurrent nu=
bes. Sap. iij. Tãq̃ scintille in arundine
to discurrent. Comparãtur etiam aui ve=
lociter volãti. Tunc enim aues velociter
volãt qñ sunt plumis plene τ subtiles: τ
vento agitate. Sic sancti tunc erũt pleni
plumis omniũ virtutũ. Habebunt cor=

pus subtile et gloriosuz τ agitabunť per
spiritum sctm̄. Ezech.i. vbi erat impetus
spūs illuc τ gradiebātur. Uel pōt dici ꝙ
pellis tripliciter ponit scilicet ꝓ re tēpo=
rali. Michee.ij. Desuper tunicā τ palliū
subtulisti. Ponit etiā pellis pro vita mor
tali. Geñ.iij. Fecit de⁹ ade tunicas pelli=
ceas. Et ꝓ superficie corporali. Job.x. Pel
le τ carnib⁹ vestisti me. Beat⁹ igit bartho
lomeus dedit rem temporalē pro celesti
substantia. Matth.xix. Si vis pfect⁹ esse
vade τ vende omnia que habes τ da pau
peribus. dedit etiā vitā temporalem pro
vita ppetua τ gloriosa. Joh.xij. Qui odit
animā suā in hoc mūdo pdet eā. Etiā de
dit pellem corporalē per carnē glorifica
tā. Phil.iij. Saluatorē expectamus do=
minum nostrum iesum christum.

¶ Sermo.cclxxviij. De sancto Au=
gustino epo τ doctore. Sermo.j.

Quasi vas
auri solidū ornatū
omni lapide pcio=
so. Eccl.l. Illud vas
aureū τ pciosum re
pñtat btm̄ Aug. doc
torē egregiū q̄ in p=
missis verbis a tribus
commendatur. Primo commendatur a
plenitudine diuine sapientie. cum dicitur
Quasi vas auri. Per aurum nāqȝ diuina
sapientia intelligitur qua ipse beat⁹ Au=
gustinus tanquā vas dei fuit repletus: si
cut autem ipsemet ostēdit in libro de qua
litate anime triplex est sapientia: scilicet
nociua, supflua τ necessaria. Nociua eni
sapientia est de impedientibus ad salu=
tem. Necessaria est de expedientibus. Sz
superflua est de impertinētibus. hoc ostē
ditur per simile in corpore humano. Cū
enim translato verbo anima discendo di
catur crescere: τ dediscendo decrescere: τ
in corpore sit triplex argumentum: vnum
nociuū quod tumor dicitur: alterū super
fluum per qd interdū euenit vt senis di=
gitis in manib⁹ aut pedibus nascantur ho
mines. Tertiū vero est necessariū quo na
turalis conueniētia adimpletur in mem=
bris sic τ in anima est sapiētia nociua q̄
est de impedientibus. Et sapiētia supflua
que est de impertinentib⁹. Et sapiētia ne=
cessaria que est de expedientib⁹ τ necessa
rijs. Ista triplici sapientia iste vas plenū
fuit: scz sapiētia nociua que ante ꝯuersio
nem suā plen⁹ fuit de qua dicitur Jac.iij.
Nō est ista sapiētia desursum: sed terrena
animalis diabolica. Est eni terrena qz cō
sistit i terrenoꝝ cupiditate: vn hoc ipsemet
ait i ꝯfessionib⁹. Docebā artem rhetori=
cam victoriosam locacitatē. victus cupi=
ditate vēdebā. est etiam animalis que cō
sistit i carnali voluptate. De hac dicit ibi
dem, recordari volo trāsactas feditates
meas nō ꝙ eas amē, sed ꝙ amē te deus
meus. est diabolica que ꝯsistit in superba
et ventosa ambitione. De hac ibidem ait.
Libros discebā eloquētie i qua eminere
cupiebā fine damnabili et ventoso pro=
pter gaudia vanitatis hūane. Secūdo
añ suā cōuersionem habuit sapientiam su
perfluā que est sapiētia secularis τ phi=
losophica q̄ ideo superflua dicitur: quia
sine ea salus eterna habetur. In libro cō
fessioꝝ. De illa sapiētia dicit Infelix aūt
ille homo qui scit omnia hec: te autem ne
scit. btūs autem qui te etiā si illā nesciat.
Qui vero te τ illam nouit: non propter
illam beatior est: sz propter te btūs solū.
Ista autē sapiētia plenus fuit. qui ait ibi
dem. Oēs libros artium quas liberales
vocant tunc nequissim⁹ malarum cupidi
tatum seruus per meipsum legens intel=
lexi. Itē ibidē. Quid, est de arte loquēdi τ
disserēdi: q̄cquid est dimēsionib⁹ figura
tum τ de musicis τ de numeris sine ma=
gna difficultate τ nullo homine tradēte
intellexit. Tertio habuit post suam cōuer
sionem sapiētiam necessariā, id est diuinā
que dicit necessaria. Quia sicut dicitur.
Prouer.xviij. Ubi nō est sciētia anime ibi
non est bonū. Primam igitur sapiētiā. scz
nociuā ipse ex toto τ omnino abhorruit.
Secūdam.s. superfluā totis viribus cō=
tēpsit. Tertiā sapientiā scz necessariā et
diuinā totis suis virib⁹ ꝯcupiuit vt de eo
dici possit illud.iij. Reg.iiij. Dedit sapiē
tiā salomoni, τ prudētiā multā nimis et
latitudinē cordis quasi arenā que est in
littore maris. Ubi quatuor implicātur. s.
qui habuit sapiētiā multā sufficiētem: et
habuit sapientiam nimiā τ ꝙ habuit cor

latum. Unde habuit sapiẽtiã multã quia
habuit sapiẽtiã diuinã nihil enim sibi de
fuit quod ad ea ꝑtineret haberet. Volu-
sianus. Legi dei deest quicquid augusti
num cõtigerit ignorare. Habuit sapiẽtiã
nimiã, nõ habuit sapiẽtiã superfluẽtem.
vnde legit̃ q̄ cũ quidã tractatꝰ beati Au
gustini in matutinis legeret̃ beatus Ber
nardus obdormiẽs parum vidit quẽdã
iuuenẽ de cuius ore tam immẽsus fluuius
exibat q̄ totã ecclesiã irrigabat. Cui du-
bium non fuit illum augustinũ fuisse qui
habuit cor latũ qꝛ scilicet habuit celerẽ
intellectum ꝛ nobile ingenium. Unde in
libro confes. ait. Scis tu domine deꝰ meꝰ
qꝛ celeritas intelligendi ꝛ discendi acu-
men donum tuum est, sed nõ inde sacrifi-
cabã tibi. Prosper. in libro de vita cõtem
platiua dicit. Sctũs Augustinus fuit acer
ingenio: suauis eloquio secularis litera-
ture peritꝰ in ecclesiasticis laboribꝰ ope-
rosus. Qui habuit sapiẽtiam sicut arenã
maris. Sicut eñ arena ẽ innumerabilis:
sic ꝛ libri eius innumerabiles sunt. vnde
dicit Remigius q̄ lꝫ hieronymus sex mi
lia voluminũ origenis se legisse fatet̃ Au
gustinꝰ tñ tanta scripsit vt nullus posset
eius libros diebus ac noctibus scribere:
sed nec legere quidem occurrat. Secun-
do commẽdatur a solidate doctrine: cũ
dicit. Solidũ. eius enim doctrina est soli
da propter quatuor cõditiões quas ha-
bet. Habet eñ purissimã veritatẽ. vñ cõ-
paratur simile. Uñ Greg. in epl'a ad ꝑfe-
ctũ africe sic ait. Beati Augustini cõpa-
triote opuscula legite ꝛ ꝯparationẽ illiꝰ
similaginis nr̃m furfurẽ nõ q̃ratis. Pro-
uer. ij. Puri ꝛ purissimi eius fructus. Ser
mones nãq̄ beati Augustini sunt puri: qꝛ
nullã habẽt falsitatẽ. Sũt puriores: quia
non habent dubietatẽ. Sũt purissimi qꝛ
omnẽ cõtinẽt veritatẽ. vñ Cassiodorꝰ i ꝓ
logo sup psalteriũ. est autẽ Aug. oim lite
rarũ magister. Et q̄ in vbertate reruꝫ est
cautissimus disputator. decurrit q̄ppe tã
q̄ fons purissimꝰ. nulla fece pollutꝰ: sꝫ in
integritate fidei perseuerãs nescit hereti
cis dare: vnde se possint aliq̃ collutatiõe
defendere totus catholicus. totꝰ ortho-
doxus inuenitur. In ecclesia pꝛoinde suauissi-
mo odore splẽdens superni etiã luminis
claritate radiatur. Secũdo eiꝰ doctrina
habet altissimã, profunditatem: ideo cõ
paratur aquile. Hiero. Augustinꝰ episco
pus volans per mõtiũ cacumina q̃si aq-
la. ꝛ ea que sunt in montiũ radicibus non
cõsiderãs. multa celoꝝ spacia terrarũq̄
situs ꝛ aquaꝝ circulos claro sermone ꝓ
nunciat. Job. xxviij. profunda fluuioꝝ
scrutatꝰ est ꝛ abscõdita ꝓduxit in lucem.
fluminis sacre scripture habet supficiem
scꝫ sensum literalẽ ꝛ hꝫ mediũ scꝫ sensuꝫ
moralẽ ꝛ hꝫ ꝓfundũ. s. mysticũ ꝛ spũalẽ.
Iste autẽ nõ tñ scrutatꝰ est scripture sup
ficiẽ sꝫ etiã mediũ ꝛ ꝓfunduꝫ. Tertio hꝫ
firmissimã soliditatẽ. Jõ ꝯparat̃ malleo.
vñ Ber. Aug. hic ẽ validissimꝰ malleꝰ he-
reticorũ. Sicut eñ malleus ictibꝰ suis in
cudẽ firmat ꝛ ferrũ domat ꝛ melodiã ge
nerat sic Aug. doctrinis suis ecclesiã fir-
mauit. Eccl'. l. In vita sua suffulsit domũ
ꝛ in diebus suis corroborauit tẽplũ. He-
reticos eñ domuit ꝛ fugauit. Et ibidem.
Qui curauit gentẽ suã ꝛ liberauit eã a ꝑ-
ditiõe. Prosp. i libro de vita ꝯtẽplatiua
sic ait. Sctũs augustinꝰ fuit in quotidia
nis disputationibꝰ clarꝰ ꝛ in oibꝰ actioni
bus suis bene cõpositus in q̃stionibꝰ sol
uendis acutus. In hereticis cõuincẽdis
circunspectus. In expositiõe nr̃e fidei ca-
tholicꝰ. In explanãdis scripturꝫ canoni
cis cautꝰ dei laudẽ generauit Tota nãq̄
ecclesia laudat deũ q̄ sibi ꝯcessit doctorẽ
tam egregiũ. Unde cãtat eccl'ia. Magnꝰ
dñs ꝛ laudabilꝫ valde q̄ de tenebrꝫ gẽtiũ
lumen eccl'ie. vocauit aug. Quarto btũs
aug. hꝫ dulcissimã suauitatẽ. Jõ ꝯpat̃ ci-
bo dulcissimo. Uñ Gre. vbi. s. Si delicio
so cupitis pabulo saginari bti aug. opu-
scula legite. Et vocat ipse Greg. doctrinã
bti. augu. pabulũ ꝛ deliciosuꝫ ꝛ sanguina
tũ pabulũ qꝛ faciat deliciosũ qꝛ dlectãt.
vñ cãtat̃. Tu de ꝟbꝫ saluatoris dulcẽ pa
nẽ conficis. Panẽ qꝛ satiat dulcẽ: qꝛ dele
ctat. vocat ẽt saginatũ: qꝛ ipinguat. De
hoc nãq̄ cassiodorꝰ sic inq̄t. Btũs augu.
in q̄busdã libris nimia ẽ difficultate recõ
ditus. In q̄busdã vero sic planissima vt
etiã paruulis ꝑbeat̃ accessus. Cuius ope
ra suauia sũt obscura vero vtilitatibꝰ ma
gnis farcita pinguescũt. Tertio ꝯmẽdat̃
a ꝑfectione oim virtutũ ꝛ grẽ: cũ dicit̃ os

natū ol lapide p̄cioso. Et isti lapides p̄ciosi dicunt esse quatuor v̄tutes. s. prudētia, iustitia ac tēperātia, ⁊ fortitudo ex q̄bus coronat q̄ sp̄osa x̄pi ornat. h̄ns prudētiā ab anteriori q̄ preuidet a futuris. Justitiā a posteriori: p quā satisfacit de p̄teritis. Tēperantiā autē a dextris ne eleuaret in p̄speris. Fortitudinē vero a sinistris ne succūbat in aduersis. istas q̄tuor v̄tutes august. habuit put scʒ sunt purgati animi. Nā scd̄m plotinū iste v̄tutes pugnāt cōtra iordinatas affectiōes, ⁊ tūc dicunt pollitice: aut auferūt eas omnino. ⁊ tunc dicunt purgatiue, aut auferūt memoriā illarū: nō tn̄ illas, ⁊ tunc dicūtur v̄tutes purgati animi: aut talem faciūt vt nephas sit in illo noiare affectiōes ⁊ tūc exēplares dicūtur ⁊ si sunt in deo. Prime igit iordinatas affectiōes reprimūt. Secunde auferūt Et tertie nesciūt. In quartis nephas est affectōes hmōi cogitare. Beat⁹ vero augustin⁹: aut tales inordinatas affectiones l memoria nō habebat aut in horrore aut in aspernatiōe habebat. vñ cū rō in libro soliloquioꝝ ipm īterrogasset. Nōne te delectat vxor casta pud ca pulchra morigerata et diues. rñdit quātūcūqꝫ mulierē depinxeris atqꝫ de bonis omnibus cumulaueris: nihil mihi tā fugiēdū q̄ ɔcubitū decreui. de hinc ratio nō quero quid decreueris sed verum adhuc alliceris. ⁊ respōdit prorsus nihil hmōi q̄ro nihilqꝫ desidero sʒ etiā cum horrore ⁊ aspernatione talia recordor.

¶ Sermo. cccxix. De eod. Serm. ij.

Aufer rubiginem de argento ⁊ egredietur vas purissimum. Prouerbioruʒ. xxv. Ostenditur nonqꝫ in his verbis premissis qualis beatus augu. fuit ante suā conuersionem quia tunc fuit rubiginosus ⁊ qualis fuit in ipsa conuersione: quia fuit a rubigine purgat⁹ ⁊ qualis fuit post ei⁹ conuersioneʒ: quia tunc totus purissim⁹. Ante conuersionem vero istud vas contraxerat quadruplicē rubiginem scʒ infidelitatis quia in sectam manicheorū incidit in qua aliquibus annis fuit inuolutus ad has siqdē nugas p̄duct⁹ est vt ipē ait in libro cōfes. vt diceret. Ficum plorare cuʒ decerpitur ⁊ matre eius arborē lacteis lachrymis flentem. secūdo contraxerat ipse beatus aug. ante eius cōuersionem rubiginē philosophice vanitatis vt ipse ait vbi. s̄. Institui animo intēdere in scripturis sacris: sʒ visa ē mihi sacra scriptura indigna quā Tullīane dignitati cōpararē. Tumor eī mētis fugiebat ei⁹ modum. Illa autē erat que cresceret cū paruulis: sʒ ego dedignabar esse paruul⁹ et turgid⁹ fastu mihi grādis videbar. Tertio cōtraxerat rubiginē terrene cupiditatis vnde ipse de cartagine romā ⁊ de roma medielanum perrexit vt rhetoricam vēderet: ⁊ sue cupiditati satisfaceret. vnde ait vbi supra. Docebā arteʒ rhetoricā victoriosam loquacitatē vict⁹. s. cupiditate vēdebā. Quarto rubiginē carnalis voluptatis. vñ ait ip̄e vbi supra. Exhalabāt nebule de limosa ɔcupiscētia carnis ⁊ scatebra pubertatis obnubilabat cor meū vt nō discerneret serenitas dulcedinis a caligine libidinis. Scd̄o notat q̄lis fuit in ipsa cōuersiōe qr. s. fuit ab omni rubigine purgatus. Ad istam nanque rubiginem auferēdā quedā fuerūt loco p̄ modū cause efficiētis: quedā p̄ modū cause disponētis. est eī purgat⁹ p̄ verā ɔtritionē. vñ dr̄ ibidē. q̄ sub q̄dā arbore se ꝓiecit ⁊ dimisit habenas lachrymis ⁊ ꝓruperūt flumina ex oculis ei⁹ acceptabile sacrificiū deo ⁊ iactabat voces. s. miserabiles ⁊ plorabat amarissima ɔtritiōe cordis sui. Scd̄o fuit purgatus per verā confessionē vñ deo cōfitebat dicēs. vbi supra. Recordari volo trāsactas feditates meas: nō q̄ eas amē sʒ vt amē te de⁹ me⁹. amore amoris tui facio illō recolēs vias meas neqssimas vt tu dulcescas mihi dulcedo nō fallax: dulcedo felix et secura. ⁊ nō solū de hoc sʒ etiā de minimis se accusabat: sicut de eo q̄ cū puer esset ad pillam ludebat: ⁊ q̄ ad scholas non nisi violēter ire volebat: ⁊ q̄ fabulas poetaꝝ nimis libēter legebat: ⁊ q̄ didonē ex amore mortuam flebat: ⁊ q̄ in ludis pueroꝝ fraudulentas exercebat victorias: ⁊ q̄ de quadā arbore piri pira furatus fuerat. Tertio fuit purgatus cum plena satisfactione. Ipse nanqꝫ tres partes satisfactionis ha

uauit scz ieiunia, oratiões, ⁊ eleemosynas
corporales: ⁊ ꝑ maxime eleemosynas spi
rituales q̄ consistūt in docēdo indoctos.
vnde dicit̃ de eo. Post mortē matris re-
uersus est augustin⁹ ad agros proprios
vbi cum amicis ieiunijs ⁊ orationib⁹ va
cans: scribebat libros ⁊ docebat indo-
ctos. Disponentia autem ipsum ad istam
conuersionē quatuor fuerunt scilicet fla-
gella exēpla, ⁊ doctrina, ac solicitudo ma
terna. Fuit autē quatuor vicib⁹ flagella-
tus. sicut ipse in libro confes. refert. Prio
dolore stomachi: cū adhuc iuuenis esset
⁊ nōdū baptizat⁹ fuisset. Sed mater vo-
luit vt baptizaretur ⁊ lauatus fuit. Pater
eīn prohibuit ne baptizaretur ne iterū fe
daretur. Secūdo cū iuisset romā vbi in-
currit egritudinē validā ⁊ hoc mater ne
sciebat: quia si adhuc vulnere feriretur:
nun. ꝓ cor ei⁹ sanaret̃. Tertio i ꝑmordio
sue cōuersionis tā validissimo dolore dē
tiū torquebat̃ ꝙ etiā loquelā amisit: vñ
in tabulis cereis scripsit vt oēs ꝓ eo ora-
rēt. Ipse autē cū alijs genua flexit ⁊ sana
tus fuit. Quarto flagellat⁹ fuit in quodā
amico suo defūcto. In cui⁹ morte cor ei⁹
a deo cōturbatū fuit ꝙ quicquid aspicie-
bat erat illi mors ⁊ seipsum semimortuū
reputabat. Secūdo dispositiua fuerunt
exempla scilicet Ambrosij, Simpliciani,
Uictorini, Anthonij: ⁊ aliorum sanctorū.
Exēplum siquidem Ambrosij ipsum ani
mauit ad cōuersionem, nam ⁊ omni do-
minica beatus Aug. predicationem san-
cti Ambrosij audiebat ꝙ Ambrosius pa
terne suscipiebat ⁊ clementer tractabat.
Mater etiā eius btīn Ambrosiū quasi an
gelū dei diligebat. Sciensq̧ per eū eius
fili⁹ ꝯuerti debebat qđ ⁊ factum est. Exē-
plū simpliciani ipm animauit ad sctē vi-
te electionē. Uñ ad ipsuz perrexit ⁊ gest⁹
suos sibi retulit: ⁊ qs esset aptus modus
viuēdi ab eo petijt: videbat eniz ecclesiā
plenā esse clericis: i qua alius sic ⁊ alius
sic ibat. Simplicianus autē viā salubrez
eum docuit. Exemplū victorini ipm ani-
mauit ad imitationē. Uñ cū simplicianus
ei narrasset: vt in eodē libro habet̃ qño
do victorin⁹ philosoph⁹ rome i foro sta
tuam meruisset ⁊ quomodo Christianus
factus fuisset exarsit August. ad imitan-
dum eum ⁊ cepit grauiter suspirare. Exē
plum Antonij ipsum animauit ad cele-
stium auiditatem. Nam sicut ibidem ha-
betur. Cum quidam miles nomine Pon-
tianus, de affrica venisset ⁊ vitam ⁊ mira
cula Antonij eremite narrasset. cepit au-
gustinus ingemiscere ⁊ ad alipidiū excla
mare. Quid patimur: quid audiuimus.
Surgunt namq̧ indocti ⁊ celum rapiunt:
⁊ nos cum doctrinis nostris in infernum
demergimur exempla sanctorum defun-
ctorum ipsū aiauerūt ad ardētez charitatē.
vnde ait ibidem. Exempla seruorum tuo
rū quos de nigris lucidos: ⁊ de mortuis
viuos feceras congesta in sinum cogita-
tionis me vrebant ⁊ accendebant me val
de. Tertium dispositiuum fuit doctrina
Tulij Pauli ⁊ Ambrosij. Cuz enim vt ibi
refert esset annorum. xix. ⁊ quendam li-
brum Tulij q̇ hortensius dicitur legisset
q̇ exhortationē facit ad philosophiā re-
pente affectū eius mutauit: ⁊ immortali-
tatē sapientie concupiuit. Scđo doctrina
Pauli. Nā cum codicem apostolicū ape
ruisset ⁊ capitulū qđ primo sibi occurrit
legisset. Induimini dñm iesuz christū ⁊c.
Statim a corde ei⁹ omnes dubietatis te
nebre diffugerunt. Tertio doctrina Am-
brosij Cum enim eius ꝑdicationē aude
audiret: ⁊ quadā vice cōtra sectam mani
cheorum Ambrosius diuti⁹ disputasset
error ille a corde Augustinus penitus est
ablat⁹. Quartū dispositiuū fuit sollicitu
do materna q̄ sicut cum carne pepererat
mūdo: ita postmodū multo lachrymarū
semine genuit xp̄o. Et cū apđ quēdā epi
scopū vbertim fleret Ille ait. Fieri nō pōt
vt filius tātarum lachrymarum pereat Et sic
de filij sui cōuersiōe mater certificata est.
Et tā ꝑ ipsius epī rñsionē ꝙ etiā celestiū
reuelationē qua secum filio in quadam
linea stātem aspexit. Tertio post ꝯuersio
nē fuit pijssim⁹ qđ patet: qr diuitias cōtē
nebat, honores respuebat, voluptates
abhorrebat ꝙtū ad diuitias Ideo i libro
soliloquiorum quē i primordio sue ꝯuersio
nis fecit ipm interrogari fecit dicēs Di-
uitias nullas cupio. Et ipse respōdit Hec
quidē nec nūc primum nam cum. xxx. an-
nos agaz. xiiij. anni sunt ex quo istas cupe
re destiti. porro vn⁹ liber ciceronis mihi

facile psuasit nullo modo esse diuitias ap
petēdas. Quātū ad honores interrogat
dicens: qd honores fateor eos pene his
diebus cupere destiti. Quātū vero ad vo
luptates interogat rō dicens Quid vxor
respondit. Quātūcūq mihi eam depin
xeris nihil mihi magis fugiendū q̄ cu
bitum decreui. Deinde subiungit dicens.
Quid de cibis: respondit Siue de cibo ⁊
potu ceteraq corporis voluptate nihil in
terroges tm̄ ab eo peto q̄stum mihi vali
tudinis opem conferre potest.

¶ Sermo. ccxxx. De eodem sermo. iij.

Aqua pfūda
⁊ verba ex ore viri ⁊ tor
rēs redundās fons sapiē
tie ⁊c. Prouē. xviij. Inter
ceteros alios sanctos do
ctores btūs Aug. tria pri
uilegia specialiter a deo recepit. Nā deo
habuit sapiētiā ⁊ doctrinam profundā
lachrymarum abundantiam ⁊ dulcedi
nem internam Et ab his tribus pmissis
verbis cōmendatur. Nam primo habuit
pfundā sapientiam ⁊ doctrinam: cum di
citur. Aqua profunda verba ex ore viri.
Sacre namq scripture pfunditas tanta
est q nullus eā perfecte penetrare potest
quod significatū est Ezech. xlvij. vbi dici
tur. Mensus est mille cubitos ⁊ traduxit
me per aquam vsq ad talos ⁊c. vsq vbi
quē nō potui trāsuadare. In flumine em̄
sacre scripture quilibet doctor vsq ad ta
los ducitur quādo expositiones elicit qui
bus pedes affectionum in auditoribꝰ pu
rificātur vsq ad genua quibꝰ auditores
ad bene operandū confortant vsq ad re
nes quibus tentatiões ⁊ praua desideria
superant. Ad quartū vero gradum. s. vt
diuine scripture profunditas pfecte trās
uadari possit nullus mortalis attingere
potest de ista profunditate dicit ipse in li.
cōfess. Mirabilis profunditas eloquiorū
tuorum quorū ecce ante nos superficies blā
diens paruulis. Sed mira profunditas
deus meus: mira profunditas error est in
tendere in eam. Istam autem profundita
tem sacre scripture: inquantū homini fuit
possibile August. scrutatus fuit ⁊ inde co
piositatē expositionum ⁊ sentētiarū edu
xit. Eccl. j. In diebꝰ illius emanauerūt pu
tei aquarū: ⁊ quasi mare adimpleti sunt
vltra modū vbi tria implicātur. s. q ista
emanatio facta sit ad instar putei instar
maris ⁊ supra modū. Tūc aūt sit emana
tio instar putei qn̄ aque de pfundis ter
re visceribꝰ ducunt. Et q̄to puteꝰ pfun
dius fodit: tāto magis aque lympide in
ueniunt Sic ipse puteū sacre scripture sub
intrās de occultis scripture sensibꝰ salu
tiferas scripturas eduxit ⁊ quāto scriptu
ras pfundius penetrabat tāto inde hūi
diores ⁊ lympidiores sentētias educere
videtur Job. xxviij. Profunda quoq flu
uiorū scrutatus est ⁊ abscondita pduxit
in lucem. Tūc aūt fit emanatio ad instar
maris quādo a mari fontes ⁊ flumina de
riuant. Sic etiā a doctrina beati Aug. de
riuantur olim expositionum dicta sequen
tiū doctorū: vt possit dici de eo illud. Nu
meri. xxiiij. Fluet aqua de situla eius, pro
fundū flumen sunt dicta apostolorū pro
phetarū ⁊ euāgelistarum. Aquā aūt isto
rū: predictorū fluuiorū beatus Aug. col
legit in situlis. i. diuersis libris. Una em̄
magna situla est q̄ appellat liber de triñ.
alia ē liber de ciuita. dei: ⁊ sic de alijs. De
istis namq situlis ceteri doctores hause
rūt: nā omnes sermones q̄stiones summe
tractatꝰ: ⁊ decreta ac decretales resonāt
augustinum. Esa. xj. Repleta est terra sciē
tia dn̄i: sicut aque maris operientis. Tūc
aūt fit emanatio supra modum quando
diuersa loca plus solito irrigantur: Sic ⁊
doctrina Aug. in diuersis locis: ⁊ in diuer
sis modis emanauit. In diuersis qdē lo
cis quia omnia scripture loca exposuit ⁊
inq̄siuit. iij. Reg. iiij. Disputauit a cedro
que est in libano vsq ad ysopū q̄ egredie
tur de pariete ⁊ disseruit de iumētis ⁊ vo
lucribus ⁊ reptilibus ⁊ piscibus. Per ce
drum intelligitur sublimitas diuinitatis.
Et p ysopū intelligit humilitas humani
tatis Disputauit igit a cedro diuinitatis
vsq ad ysopū humanitatis Uñ ipse fecit
librū de tri. quasi de cedro ⁊ de humani
tate quasi de ysopo. Asserit ēt de iumētis
i. de virtutibus sanctorū: q̄ sunt iumenta
dei. ps. Ut iumētū factus sum apud te ⁊c.
De volucribꝰ. i. de dignitatibus angelo
rum ⁊ de reptilibus. i. de vicijs ⁊ crimini
bus peccatorū que in terra repūt p amo
rē. Et de piscibꝰ. i. de pena dānatorum qꝛ

dānati gemunt sub aquis tribulationuꝫ. Emanauit etiā diuersis modis. Alij nāq̧ doctores habent specialem modū tractādi sicut est videre in Hiero. nam ⁊ ipse versatur circa expositiones. Ambr. vero circa sensus spirituales, Greg. aūt circa instructiōes morales. Iste aūt nō habet specialem modū, q͛ habet cōmunem et vniuersum modum. Ideo significaꝛ per eufratē. Alia tria flumina q̄ habēt specialia loca per que fluunt significāt doctores. Eufrati aūt nō determinaꝛ locus: q͛ fluit per diuersa loca. Sic etiā alij doctores habent speciales materiam de qua tractāt. Iste autem nō hꝫ spālē materiā de qua tractat, q͛ de oībus tractat. Secundo principaliter cōmendaꝛ a lachrymarum vbertate: cū diciꝛ. Et torrēs redūdās. Quasi eñ quidam torrens oculis emanauit aque lachrymarum q͛ de eis ipse quattuor genera lachrymaꝝ habuit. Nā habuit lachrymas cōpunctionis, ⁊ hoc ꝑ peccatis ꝓprijs. Et has lachrymas habuit in principio sue cōuersionis: qñ. s. sub quadā ficu se ꝓijciēs lachrymas amaras effudit. Scdo habuit lachrymas deuotionis, ⁊ has habuit ꝑ celestib⁹ desiderijs de quib⁹ ipse dicit in lib. cōfes. Quātū fleui in hymnis ⁊ canticis suaue sonantis eccl̃ie voces igitur ille influebant auribus meis ⁊ fluebant lachryme: ⁊ bene mihi erat cū illis. Tertio habuit lachrymas lamentatiōis ⁊ has habuit pro mundanis periculis: ordinatus eñ in presbyterū ⁊ postea in epm̄ status illi⁹ periculū ꝯsiderās multū ac amare fleu t. vñ dicit in nulla re deū mihi sentio ita iratū sicut in hoc q̧ cū nō essem dign⁹ poni ad remū posuit me ad amplustre in apice regiminis ecclesie. Quarto habuit lachrymas cōpassionis quas habuit pro alijs miserijs. Cū enim ipsi barbari cūcta deuastarēt. beat⁹ Aug. lugubrem vitam duxit. Fuerūt eñ lachryme eius panes die ac nocte. Tertio cōmēdatur ab affectionū dulcedine cum dicitur fons sapiētie. Sapientie eñ a sapere dicitur. In ipso nāq̧ tāta fontalis suauitas fuit q̧ tria mira in ipso generauit. Primo nāq̧ mentis inflāmationem. Unde cātaꝛ de eo ⁊ est sumptum de li. cōfes. Gestabat verba eius in visceribus quasi sagittas acutas ⁊ exempla seruorum dei tāq̧ carbones vastatores. Secundo in eo generauit mentis vulnerationem. vnde cātatur de eo. Uulnerauerat charitas christi cor eius: ⁊ ipse dicit in lib. confes. Sagittaueras in cor meū charitate tua. Tertio fecit in eo mentis deificationē vnde ipse ait supra. Audiui vocem tuā de excelso cib⁹ sum grandium cresce ⁊ manducabis me: nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue, sꝫ tu mutaberis in me, quarto fecit in eis mentis alienationē, vnde ait vbi supra. Aliquādo intromittis me in affectū multum insitatum introrsus: nescio ad quam dulcedinē que si perficiatur in me nescio quid erit quod vita ista non erit.

¶ Sermo. ccxxxi. De eodem. sermo. iiij.

Quasi sol refulgens: sic ille effulsit in tēplo dei. Eccli. l. Sicut sol radios suos vbiq̧ spargit sic ⁊ ipse beatus Aug. vbiq̧ refulsit. In vita quidem. s. in statu laicali: clericali: ⁊ pōtificali. Nam in statu laicali refulsit quādo incepit a feruenti dilectione vnde ipse ait in li. confes. Sagittaueras tu cor meū charitate tua ⁊ gestabā verba tua transfixa i viscerib⁹ meis: ⁊ dederas sagittas acutas carbones ⁊ vastatores Incepit a dulci deuotiōe vnde ait vbi supra. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili cōsilij sup salutē generis humani. Incepit ab omniū sensuū in deū perfecta cōuersatione. Unde ait vbi supra. Uocasti ⁊ clamasti ⁊ rupisti surditatem meam chorucasti ⁊ splenduisti: ⁊ fugasti cecitatem meam ⁊ duxi spiritū. anhelo tibi gustaui esurio ⁊ sitio te, tetigisti me ⁊ exarsi in pacem tuā. Scdo fulsit in statu clericali ostēdēs suam humilitatem: sanctitatem: ⁊ doctrine veritatē. Tāte quidē humilitatis fuit q̧ indignū se reputabat in presbyteꝝ ꝓmoueri Et idcirco lachrymas vberrime fudit. Ondit etiā tūc suā sctitatē: quia mox monasteriū clericoꝝ instituit ⁊ scdm regulā apostoloꝝ in illo monasterio viuere sucepit. vbi null⁹ quicq̧ ꝓpriū habebat: sed omnes in cōmuni viuebat. Ondit

etiā sue vite ⁊ doctrine veritatem, q᷑ ver-
bū dei insatiabiliter p̄dicabat ac libros
scribebat ⁊ hereticos conuincebat. Ter
tio fulsit in statu pontificali. In quo sex ra
diis infulsit a quibus alii episcopi con-
sueuerunt priuari. Primo enim remouit a
se omnem suspectam familiam. Unde di-
cit Gre. Legitur q̄ beatus Aug. nec cum
sua sorore habitare consensit dicēs. Que
cū sorore mea sunt: sorores mee nō sunt.
Secundo remouit a se omnem ambitio-
nē ⁊ pompam, tam in vestibus q̄ȝ in vasis
Uestimenta enim sua nec fuerunt nitida
nimium nec abiecta plurimuȝ, sed ex mo
derato ⁊ competenti habitu erant. Ipse
etiam dix ille legitur fateor de preciosa ve
ste erubesco. Et ideo cū mihi datur vēdo
eā. Et quia vestis non potest esse commu-
nis: preciuȝ ergo sit commune. Uasa etiā
aurea vel argētea nō habuit: sed ligneis
vel marmoreis vsus fuit non necessitatis
inopia sed proposito voluntatis. Tertio
remouet a se omnem cupiditatem ⁊ aua-
ritiam. nullam enim villam vel agrū eme
re voluit vnq̄ȝ. Multas etiā hereditates
ei dimissas respuit. ⁊ propinquis mor-
tuorum dari fecit. Quarto ad pauperes
habuit magnam libertatem adeo q̄ qn̄q̄
vasa dominica iubebat frangi ⁊ conflari
⁊ captiuis indigentibus dari. Quādo ve
ro pecunia deficiebat hoc populo nūcia
bat ⁊ eos ad erogandam pecunias pro-
uocabat. Quinto in cibo ⁊ potu ipse ha-
buit magnam parcitatem. Unde scribitur
de eo q̄ mensa frugali ⁊ perca vsus est.
Ipse nāq̄ in libro confes. dicit. Sic me do
cuisti domine queadmodum medicamen-
ta sic alimenta sumpturus accedam In
ipsa namq̄ mensa potius lectionē q̄ȝ epu-
lationem diligebat. detractiones vo pe-
nit° ꝯpescebat. Unde in mēsa versus scri
ptos habebat. Quisq̄s amat dictis absen
tum rodere vitā. hanc mensam vetitā no
uerit esse sibi. Unde si detractio ibi incide
bat. dixit q̄ aut tacerēt aut illos vsus de-
lerēt, aut de mēsa recederent. Sexto nul-
lam habuit ad suos cōsanguineos carna
litatem. Uñ dicitur de eo: Consanguineis
sic benefecit non vt diuitias haberēt: sȝ vt
aut non aut minus egerent. Secūdo fulsit
in morte. Et hoc quinq̄ radiis. Primo ei
sibi ostendit magnā cōpassionē: q᷑ cuȝ in
lecto decūberet ⁊ barbari oia deuastarēt
⁊ ipse amarissime fleret. cōuocatis fratri
bus dixit eis. Ecce rogaui dn̄ȝ vt aut nos
ab istis periculis eruat aut nobis patien
tiam tribuat aut me de hoc vita suscipiat.
⁊ in isto tertio fuit exauditus. Secūdo ha
buit magnā deuotionē nā septē ps̄os pe-
nitentiales sibi scribi fecit ipsosq̄ cōtra
parietem positos decumbens legebat et
vberrime flebat. Tertio habuit magnaȝ
puritatem. Dicebat enim nullum q̄ȝtum-
cunq̄ excellens fuerit siue cuiuscunq̄ me-
riti foret sine eucharistie sacramento de-
cedere ⁊ exire debere: quod ⁊ ipse in se vo
luit obseruare. Quarto habuit magnam
charitatem. Quidā enim eger ad ipsum
venit cum gemitu magno sibi rogans ma
num imponere ⁊ sanitatem cōferre Et cū
se excusare inciperet ⁊ diceret q̄ non pos
set sibiipsi sanitatem conferre, instabat il
le eger ardentius rogando dicens q̄ sibi
per somnium reuelatum esset q̄ ad beatū
Augu. accederet ⁊ ille sibi manum impo
neret, ⁊ tunc sanitatem obtinere deberet.
Ipse igitur auditis ab illo infirmo huius
modi deprecatiuis verbis, illi statim ma
num imponens p̄ eo orauit, ⁊ sic infirm°
ille sanitatem recepit: ecce ergo q̄ȝte cha-
ritatis fuit potius ille ergo ad eum ve-
nienti q̄ȝ sibiipsi charitatem voluit impē-
dere, nec mirum: quia desiderabat trans
ire ad eum. Quinto habuit paupertatē
magnam, vnde de eo dicitur: q̄ testamen
tum nullum fecit quia vnde facere posset
pauper ipse non habebat. Quamuis au-
tem dimiserit rerum substantiam tamen
toti mundo dimisit triplicem thesaurum:
scilicet preciosam sui corporis margari-
tam, perpetuam famam, ⁊ affluenteȝ suā
doctrinam. Eccli. xliiii. Corpora sancto-
rum in pace sepulta sunt. ecce corporis
margaritam, ⁊ nomina eorum viuent in
generationes: ecce ꝑpetua fama. Sapiē-
tiā ipsoꝝ narrant populi. Ecce affluēs do
ctrina. Tertio fulsit post mortē, ⁊ hoc qua
tuor modis. Primo quia illustratus est lu
mine celestis claritatis. Unde quidam
monachus in spiritu raptus vidit ipsum
super lucidam nubē sedentem cuius ocu
li quasi solis radii totam ecclesiā illumi-

nabant. de quo odor nimius exhalabat. Scdo est immersus in pelagus infinite suauitatis. Unñ legit q̄ beat⁹ Bern. ipsum vidit de cuius ore tant⁹ aquarū impet⁹ exibat q̄ totā ecclesiā replebat. Augusti. Nunc imersus in pelagus illud. De quo dicitur in ps. Fluminis impetus let ficat ciuitatē dei. de sua influentia nos irrigat ⁊ fecundat. Tertio collatus est i culm ne diuine maiestatis. vnde cū quidā in eccle sia sancti petri pernoctās vidisset sanctū Grego. cum multis ep̄is processional. ter incedētē interrogauit Gregoriū: si inter eos Augu. erat. Et ille respondit Augu. virum excellentissimū de quo queris al tior locus nobis tenet. Silr̄ mō de quodā in spiritu rapto qui cū omnes sanctos in gloria conspexisset ⁊ augustinū minime videret: responsum est illi. Amice noli du bitare: Augu. residet in excelsis. Ubi di sputat de gloria excellentissime trinitatꝭ. Quarto cōstitutus est in plenitudine po testatis. ps. Introibo in potentias dn̄i. Itē idē. potēs in terra. s. viuentiū semen eius. Beat⁹ autem Augustinus quē xp̄s genuit per Ambrosiū doctrinam ⁊ baptis mi gratiā: ⁊ lachrymarū matris abundā tiam. Et q2 ipse est in tāta potētia cōstitu tus. Ideo deuotos sibi adiuuare pōt si cut in multis patere potest quos a diuer sis languorib⁹ ⁊ afflictionib⁹ liberauit.

¶ Sermo. cccxxij. In decollatione beati Joannis baptiste. Sermo. j.

Male tractaue runt eum quia ventre ma tris consecratus est pphe ta. Eccl. xlix. Legitur q̄ñ nis beatus Joānes ab vte ro matris sanctus fuerit: a multis tamē male tractat⁹ fuit. s. ab he rode q̄ ipsum beatū ioānē in carcere de collauit: ab herodia que ei⁹ sanguinē si tiuit: etiā male tractat⁹ fuit a phariseis: quorū consilio fuit incarceratus: fuit etiā male tractatus a iuliano apostata q̄ eius ossa dispersit ⁊ ex parte combussit. Oēs enim isti prelibati male tractauerūt eum in vita: in morte ⁊ post mortem. Nā he rodes ⁊ eius complices beatum ioannē male tractauerunt in vita: quia ipsum in carcerauerūt: ⁊ tñ ipse incarceratus ostē dit quo ad herodem magnā constantiā vnde super hoc ait. Chry so. id quod he rodes beato ioanni faciebat pro iniuria ipse totū hoc suscipiebat pro beneficio: q2 dei mia fouebat: q2 verꝫ gaudiū sciēꝫ est exire de mūdo. Ostendit quo ad xp̄m magnā reuerētiā ⁊ amorē nimiū: q2 sciēs se xp̄i nūciū ⁊ famulū ei⁹ etiā misit disci pulos ad xp̄m vt sciret si ipsum xp̄m nū ciare debebat inferis sicut nū ciauerat su pernis. Quo ad discipulos ostendit ma gnā diligentiā vñ Chryso. Missus ioan nes in carcerē nō de suo periculo: sed po tius de discipuloꝝ salute sollicitus misit eos ad xp̄m vt miracula sua viderēt que tot fecit vt paucoꝝ aīas lucraret q2 me lior est apud deum vnus iustus q̄z totus mundus peccatorib⁹ plen⁹. Ostēdit quo ad se magnā sanctitatē ⁊ gratiā: q2 mun dū reputabat fore paradisum. Chry. Jo annes specie hō: grā angel⁹, q2 nihil car nis seu carnaliter erat i eo nisi visio sola. Corpe tenebat in carcere: animo autē in celo. Secūdo male tractabant eū in mor te, q2 ipsum decollauerunt: eius aūt de collatio facta est pro iustitie defensiōe, q2 scꝫ herodē de stupro arguebat: facta est cum multa fui deuotione: q2 deo se recō mendabat. Unde cantatur hodie. In me dio carceris stabat Joannes ⁊ voce ma gna clamabat dicēs. Dn̄e deus me⁹ tibi cōmendo sp̄m meū: etiā facta est cum pa trū multorū qui erāt in lymbo gaudio: Unde legitur in euāgelio Nichodemi q̄ ipse eis dixit. Ego sum ioānes q̄ xp̄m ba ptizaui: ⁊ digito demōstraui ⁊ descēdi nū ciare vobis, q2 vos in proximo visitabit. Facta est etiā cum mystica significatione quā significationē beatus Aug. assignat dicēs q̄ Christus natus est eo tēpore quo dies incipiunt crescere. Joānes eo tēpo re quo incipiunt decrescere. Christ⁹ fuit in cruce exaltat⁹ Joānes fuit capite mi noratus. per que dat itelligi q̄ fama ioā nis decrescere debebat. Famā vero xp̄i crescere oportebat. facta est etiā cū ecclīe veneratione: q2 q̄uis ad lymbū descen derit eius tamē passio celebrat. Eorum enim qui ad lymbū descenderūt quidam spectāt simpliciter ad vet⁹ testamētū si

erat abraham dauid ꝛ ceteri. Et istorū so lennitas non agit. Quidam vero spectabant ad vetus testamentū: sed ꝙtū ad tēpus: ad nouū. Et ideo ꝓpter causam: eorū obit⁹ celebrat: sed ꝓpter tēpus alleluya subticetur. Johānes aūt spectabat ad nouū ꝛ rōne cāe: qꝛ ꝑ iustitia est mortu⁹: ꝛ rōne tēporis qꝛ fuit finis veteris testamenti ꝛ initiū noui. Et ideo eius obitus collitur: ꝛ alleluya cantatur. Tertio male tractauerūt beatum Johānē post eius mortē scilicet herodes caput eius in disco afferri faciēdo quasi quoddam ferculū discūbentibus inde faciēs: ꝛ herodias corpus sine capite sepeliēdo: timens ne ipse ꝓpheta resurgeret si cū capite corpus positum fuisset. Et iulianus apostata eius ossa dispergēdo ꝛ in parte comburendo. Et quia omnes isti beatū Johānē male tractauerunt idō a deo ipsi male tractati fuerūt. Nā herodes in exiliū fuit missus: ꝛ ibi miserabiliter est mortuus: herodias autem vt aiunt quidam cum caput beati Johannis manu teneret ꝛ sibi insultaret diuino iudicio in ei⁹ faciē insufflauit: ꝛ illa subito mortua corruit. Puella autē dum super glaciem ludendo discurreret: glacies sub pedibus eius frangitur: ꝛ ista sic miserabiliter suffocat. Judei a tyto ꝛ vaspasiano fuerunt capti ꝛ triginta pro vno denario vēditi. Julianus apostata celesti plaga percuss⁹ ab hostib⁹ excoriatur: ꝛ de corio scabellum regi persarum efficitur. Quamuis autem Johannes sic fuerit male tractatus in vita in morte et post mortem, de⁹ tamen in hoc triplici statu eum venerabiliter tractauit. Nā in vita celestib⁹ mysteriis interesse fecit: quia celos apertos vidit vocem patris audiuit: spiritum sanctum in specie colūbe aspexit: filiū diuinitatē agnouit: ꝛ sic tota trinitas venerabiliter eum tractauit. Similiter ꝛ in morte: qꝛ mors sua fuit valde ꝑciosa respectu dei: quia pro iustitia mortem sustinuit respectu sui: qꝛ precio sanguinis regnū celorū acquisiuit respectu lymbi: quia preciosum nuncium patribus apportauit: respectu mundi: quia eius mortem venerabiliter colit. Simili modo post eius mortem. Ipse em̄ dicius est patriacha ꝓpheta. Apostolus angel⁹ martyr cōfessor et virgo: ꝛ ideo in celo existēs modo moratur in societate patriarcharum: mō in societate prophetarū: modo in ordinibus angelorū: modo in choro apostolorum: modo inter rosas martyrū, modo inter violas confessorum: moodo inter lilium virginum et sic deinceps.

¶ Sermo. ccxxxiij. De eodē Ser. ij.

Male tractaue rūt eū ꝙ de vtero mr̄is sue consecratus est ꝓpheta ꝛc. Eccl'a. xlix. In ꝟbis ꝓmissis ꝗtuor ponūtur. Primo ponit herodꝭ crudelitas ꝗ Johānē crudeliter tractauit. Notandū ꝙ aliquādo mali male tractant malos. Prouer. xiij. Inter superbos sepe iurgia sunt. Aliqn̄ mali male tractāt bonos: vn̄ de hoc ait. ps. Persecut⁹ est hominē inopē ꝛ mendicum. Aliquādo boni pugnāt contra malos: vnde ps. zelaui sup iniquos pacem peccatorū vidēs ꝛc. Aliquādo ꝛ boni cōtra bonos: qn̄. s. sūt imperfecti, pfecti autē cōtra perfectos pugnare nō possunt. Ista multiplex pugna pōt inueniri circa beatū Johannē. Tunc em̄ pugnabāt mali cōtra malos. s. herodes ꝛ herodias ex vna hac parte. Et philipp⁹ cuius vxorē herodes abstulerat ex alia parte pugnabāt mali cōtra bonos. s. herodes ꝛ herodias contra Johānē. Et pugnabāt boni contra malos. s. Johānes cōtra herodē ꝛ herodiā: quorū vitā persequebat. Pugnabāt et tūc boni imperfecti contra bonos sicut discipuli Johānis qui tunc pugnabāt contra discipulos Christi. Inter Johānē autē perfectū ꝛ Christū pfectissimū nō potuit esse pugna: sꝫ pax ꝛ amicitia perpetua. In hac aūt pugna Johānes nō succubuit nec etiā cadere potuit. Primo qꝛ firmissime stetit ꝛ fuit stabiliter fundatus super montē altissime trinitatis qꝛ ꝛ patrē cognouit in voce: ꝛ filiū, in humana carne: ꝛ spm̄ sctm̄ in colūbe specie. Scdo fuit lapis ꝗdratus: habuit em̄ tēperantiā per quā sic abstinebat: fortitudinē per quā herodē sic arguebat: sapiētiā per quā populū sic instruebat ꝛ iustitiā ꝑ quā corā christo sic se humiliabat.

Tertio qr fuit cū xp̄o forti vinculo amo-
ris copulatus quā amicitiā in vtero ma-
trum contraxerūt quādo matres mutuo
se salutauerūt q̄ nūq̄ interrumpi potuit,
nec in p̄speris nec in aduersis. Scdo in
Johāne fuit magna scitas: quod notat
cū dr̄ Ex ventre matris cōsecrat⁹ est. Ex
illa autē sanctificatiōe accepit grē reple
tionē. Luce.j. Spiritu sctō replebit ad-
huc ex vtero matris sue. Accepit ēt ex il-
la sctificatiōe gaudiosaz xp̄i cognitionē.
ibidē cū dicit Exultauit infans ⁊c. Acce-
pit in bono cōfirmationē. Esai.xlix. Sub
tegumēto man⁹ sue p̄texit me. Pcti pur-
gationē. Hiere.j. Anteq̄ exires de vētre
sanctificaui te. Et p̄pter illa ei⁹ natiuitas
fuit miraculosa. Tres nāq̄ sunt natiuita-
tes. Una q̄dē q̄ fuit facta cū hoie sine fe-
mina sicut fuit natiuitas eue. Alia est fa-
cta de femina sine hoie sicut natiuitas
xp̄i. Tertia facta est de hoie ⁊ femina cō
tra solitū cursum nature sicut natiuitas
beati ioānis q̄ sine pctō natus est. Ubi ēt
fuit triplex impedimentū. Unū fuit ex p̄-
te p̄ris scz nimia senectus. Et iō nō pote-
rat generare. Et duo ex parte m̄ris scz se
nectus ⁊ sterilitas. Et iō non poterat con
cipere. Tertio notat similr̄ in btō Johā-
ne magna dignitas: in hoc q̄ dr̄ p̄pheta.
In omi genere creature Johānes semp̄
dignioib⁹ cōparatur. Nam inter corpo
ralia assimilat corpori luminoso. Sicut
lucerne ardenti. Inter spūalia assimilat
angelis qui inter spirit⁹ rōnales nobilio
res sunt. Inter cōposita ex corpore ⁊ spi
ritu assimilat ipse prophetis qui ceteris
hominib⁹ excellentiores sūt. Patet etiaz
in hoc dignitas ipsi⁹, qr ceteris sanctis
xp̄o proximior esse videtur. Xp̄s nanq̄
est verbū dei. Johānes vero est vox dei
Sz ceteri sancti sunt tuba dei. Ozee.viij.
in gutture tuo sit tuba. ⁊c. xp̄s ēt fuit spō-
sus. Johānes autē fuit amic⁹ sponsi. Ce
teri vero sancti sunt serui sponsi: xp̄s nā
q̄ fuit sol et ioānes fuit lucifer ceteri vo
sctī sunt stelle. Baruch.iij. Stelle vocate
sunt ⁊ dixerunt: assum⁹: xp̄s fuit ignis ad
heb.xij. Deus noster ignis cōsumēs est.
Et ioānes fuit facula ardens. Eccl.xliij.
Uerbū illi⁹ q̄si facula ardebat. Ceteri ve
ro facti sunt scintille. Mat.xiij. Fulgebūt
iusti et tanq̄ scintille ⁊c. Christ⁹ fuit lux
⁊ Johānes lucerna lucēs. Ceteri sunt rā-
dij lucis. Quarto ponit beati Joānis ma
gna autoritas cū dr̄. Euellere et patere
et dissipare ⁊c. i. viā domini preparare:
quē q̄dē via quatuor modis preparat. s.
fossa replēdo tumētia: deprimendo lapi
des, ⁊ offendicula remouēdo, ⁊ tortuo-
sa rectificādo. Hec q̄tuor tāgunt Esa.xl.
Ois vallis exaltabit: ⁊ ois mōs ⁊ collis
humiliabit: ⁊ erūt praua idirecta ⁊ aspe
ra in vias planas. Tunc eni fossa replet
qn̄ in precipitiū desperatiōis prolapsi in
spē venie eleuant: ⁊ tūc tumentia deprī-
munt: qn̄ p̄ superbiā elati ad humilitatē
reducunt. Tūc offendicula remouentur
qn̄ oia pctā abijciant. Tūc vero tortuo-
sa rectificant qn̄ oēs intentiōes nostre in
deū dirigunt ⁊ qr Joānes est apud deuz
tāte sanctitatis, dignitatis, et autorita-
tis: manifestū est q̄ pōt ⁊ scit ac vult nos
iuuare. Adiuuat aūt nos in triplici statu.
s. in vita: sicut p̄z in lōgobardis quoruz
aduocatū se dixit: vt refert ipse Paulus
lōgobardorū historiograph⁹. Adiuuat
⁊ in morte sicut p̄z ⁊ in sanctulo q̄ cū de-
collari deberet Joānes speculatori spatā
tenuit: vt dicit Greg. Etiā adiuuat post
mortē sicut p̄z in lōgobardo i ecclia bea
ti Johannis sepulto: vt refert predictus
Paulus lōgobardorū historiograph⁹.

¶ Sermo.ccxxxiiij. De eodē Ser.iij.

HErodes mi-
sit ⁊ tenuit ioānem: ⁊ vin-
xit eū i carcerē. In presen
ti euangelio tria de bea-
to Johāne ponunt: scz in
carceratio eius, decolla-
tio eius, ⁊ sepultura ei⁹. Circa primū no
tandū q̄ multiplex est carcer in quo fuit
Johānes. Primus est carcer materni vte
ri: ⁊ iste fuit totus gaudiosus. Lu.j. Exul
tauit infans cum gaudio in vtero meo.
Gaudebat q̄dē de tāta virginis digna-
tiōe: qr matrē suā visitabat de christi in
carnatione quem in virginis vtero esse
sciebat de sui precursione quā iam extūc
inchoabat. Secūdus carcer est carcer p̄
priū corporis: ⁊ iste carcer fuit totus spe-
ciosus. Sap̄.viij. Ueni ad corpus incō-

inquinatum. Puritas enim beati Joānis post puritatē xpi ⁊ virginis gloriose Marie maior fuit. Istorū triplex puritas significat̄ p tres lucidiores planetas .s. p solē, p lunā, ⁊ per luciferū. Puritas enim xpi assimilat̄ soli. Ps. In sole posuit tabernaculū suū: sȝ puritas Marie assimilatur lune. Can. vj. Pulchra vt luna. Puritas Johānis comparat̄ lucifero. Job. xxxviij. Nunqd pduces luciferū in tēpore suo? Sicut igit̄ in sole est lux fontalis sic fontalis puritas est i xpo, ⁊ sicut post solē magis lucet luna: sic post xpm maior est puritas i virgine Maria. Et sicut post solē ⁊ lunā lucifer magis splēdet: sic etiā post xpm ⁊ Mariā Joānes ampliori claritate refulget. Tertius est carcer deserti. Et iste fuit valde penuriosus exterius: sed tñ fuit valde deliciosus interius. Quāuis enim exterius ederit locustas: tñ interius edebat delicias sempiternas. exterius edebat mel silucestre: sȝ interius mel celeste. Itaqȝ exterius bibebat aquā materialē: sȝ interius aquā spūalē. Exterius vestitus erat pilis camelorū: sed interius in dumētis virtutū. Ipe exterius habitabat in deserto: sed interius habitabat in celo. Exterius nāqȝ habebat societatē ferarū: sed interius habebat societatē angelorū. Quartus erat carcer tyrāni .s. herodis, et iste fuit valde gloriosus: qr magna leticia ⁊ iubilatio fuit btō Johāni pro xpo ⁊ p iustitia carcerē sustinere fuit em incarceratus p triplici veritate .s. p veritate iusticie quā defendebat qñ dixit herodi. Non lȝ tibi habere vxorē fratris tui. Pro veritate doctrine quā pdicabat. Unde dt Josephus q herodes vidēs ad pdicationem beati Johānis magnā ppli multitudinē couenire timēs tumultū populi in ipsum incarcerauit, ⁊ fecit carceri mancipari. Tertio p veritate sctē vite quā ducebat. Sicut em serpētes ⁊ bufones odorē vinearū fugiūt: ⁊ sicut noctue solis lucē declinant ⁊ aufugiūt. Sic Judei vitā beati Joānis imitari no valētes ipm odiebāt: ⁊ arti demonū attribuebāt. Mat. xj. Joānes nō māducās neqȝ bibēs: ⁊ dicūt demoniū hȝ. Quintus est carcer limbi: ⁊ iste carcer fuit valde gratiosus ei: qr sanctis patribus gratiosum encenīū apportauit.

Erāt nanqȝ in magna tristitia: tum qr del visione carebāt: tum qr ibi diu permanserāt: tum qr demonū vicinitatem habebant, sed Joānes eis nunciauit q cito lucem diuine visionis perciperēt. Uñ Luc. j. Illuminare his q in tenebris ⁊ in vmbra ⁊c. Quia vlterius i loco tenebroso nō sederēt: vnde subdit̄. Et in vmbra mortis sedent: q cito ad recedēdū pedes dirigerēt, vnde subditur. Ad dirigendos pedes nostros: ⁊ q cito angelorū societate gauderēt porqȝ pax inter ipsos angelos facta erat: vnde subditur. in viam pacis. Secundo fit mentio de Joānis decollatione. Circa qđ sciendum q in beato Joāne fuit duplex caput .s. corporale qđ amputari potuit: scđm vero caput .s. supersubstātiale amputari nō potuit. Caput siquidē corporale de corpore amputatū fuit ab ipso herode. Magnū si q̄dez pietatis genus q tm̄ ⁊ tam sanctum caput amputatū fuit. In quo siqdē capite erāt illi beati oculi q spiritū sanctū in colūbe specie cōspexerūt. In quo erāt ille beate aures que vocē dei patris audire meruerūt. In quo fuerūt beate nares q̄ totiens fragrātiā xpi senserunt, Et illa beata labia q̄ totiēs testimonia iesu xpi ptulerūt. Caput aūt supersubstātiale scđz esse xpus: ⁊ illud nūqȝ separari potuit. Sed p sensuz ⁊ motū per ipm ⁊ in ipso refulsit in vtero ⁊ in mūdo ⁊ nō in celo. In vtero per sensum quo eū cognouit: ⁊ motū quo eū salutauit. In mundo per ipm sensum fidei: et motū operationis bone in celo nō influit sensum quo illuminat̄ in pfundā dei cognitionē: ⁊ motū quo semper mouetur in deū per intimū amorē. Tertio fit mentio de eius sepultura: cū dicit̄: quo audito discipuli tulerunt corpus eius ⁊ sepelierūt. Et qñuis reliquie eius ad diuersa loca fuerint trāslate: nūc autē ad ianuā sūt venerabiliter tumulate vbi Johānes sepe ptātē suā sup multas infirmitates quas sanauit ostēdit: suaz potentiam ostendit super quatuor elementa que sepe compescuit ⁊ immutauit .s. super ignem qui cum tan, magnus fuisset accensus reliquie opponebant̄: ⁊ statim ignis euanuit. Super aerē: qr cū violētia vēti naues in portū cōfringeret reliqe opponebant̄: ⁊ sta-

tim huiusmodi tempestas cessauit. Sup mare qđ.s.cū diuersis nauib⁹ ei⁹ reliqe ianuā deferri deberēt tāta in mari orta est tempestas vt oēs naufragiū formidarēt. Reuelatū est autē cuidā sacerdoti q͛ si reliqe insimul reponerent magnā maris trāquillitatē sentirēt: qđ ꝛ factum est. Sup terrā: q: cū siccitas magna esset reliqe ipsi⁹ deferebant ꝓcessionalr: et pluuie ceciderūt: ꝛ terra dedit fructū suum.

¶ Sermo.ccxxxv. De natiuitate beate Marie Sermo primus.

Sapientia edificauit sibi domū. Prouer. ix. Cupiēs dei fili⁹ ꝑ susceptionē humane nature nobiscum habitare: nullam domū inuenire potuit quare tm̄ habitatorē recipere digna fuit: ꝛ iđ oportuit vt de nouo talē domū crearet. Et iđ dicitur. Sapientia edificauit sibi domū ꝛc. sicut autē dicit beat⁹ Ambro. in examerō. Bonus artifex primo fundamentū ponit posito fundamēto edificatiōis mēbra distinguit, adiungit, ꝛ ornat. Et ista tria diuina sapientia in hui⁹ dom⁹ edificatione seruauit. Primo nanq̄ ipsam fundauit. ps. Ipse fundauit eaꝫ altissimus. Idem. Fundamenta ei⁹ in montibus sanctis id est in altitudine trinitatis scilicet patris cui attribuit potētia: filij cui attribuitur sapiētia: spūssancti cui attribuitur bonitas et gratia. Et ideo cadere non potuit: neq̄ per ignorantiam, nec per aliquam maliciam. omnis nanq̄ casus in peccatum fit aliquo istorum trium modoruꝫ: ꝛ isti tres modi inter sctōs apostolos reperti fuerunt. Petrus nanq̄ cecidit per infirmitatē dū timore mortis christum negauit. Et ratio est: q: nonduꝫ fundatus erat super altitudinē diuine potentie. Paul⁹ cecidit ꝑ ignorātiā. Timo. j. Ignorās feci in incredulitate. Et ratio est: quia nondum erat supra altitudinē diuine sapiētie. Iudas vero cecidit ꝑ maliciā excogitatā et affectatā. vnde ps. Dilexit maledictionē ꝛ ueniet eam. Et ratio est: quia nodum fundatus erat supra altitudinem diuine grē. nullo autem istorum modorū ista domus cadere potuit que dicit Eccl. xxiiij.

In me omnis gratia vie et veritatis. In me omnis spes vite ꝛ virtutis: nō tm̄ domus huiusmodi cadere potuit per maliciam. quia fundata erat supra altitudinē diuine gratie: ideo dicit. In me ois gratia vie, nec per ignorantiā: quia fundata erat supra altitudineꝫ diuine sapientie: ꝛ ꝓpterea subiungit ꝛ veritatis. Nec ꝑ infirmitatē humanaꝫ: quia fundata fuerat supra altitudinē diuine potētie: ideo subdit. In me omnis spes vite ꝛ virtut. Secundo diuina sapiētia edificiuꝫ pulchrū erexit. Circa qđ duo videnda existunt. s. qui fuerunt artifices qui erexerunt hoc edificium: ꝛ qđ fuit edificium qđ erexerunt. Artifices enim isti fuerunt pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. Pater pulchrā fecit ei⁹ mentē: q: eā purgauit. Fili⁹ ei⁹ ventrē: q: ipsuꝫ inhabitauit. Spūssanct⁹ ꝛ ei⁹ ventrē ꝛ ei⁹ mentē: q: vtrūq̄ sanctificauit. Un̄ scribitur Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nō est in te. Ipsa nāq̄ ꝓ merito fuit pulchra: cui⁹ fili⁹ dei sic ventrē illustrauit. Fuit etiam sine macula cuius mentem spūssanct⁹ sic purgauit ꝛ fuit tota pulchra cuius ventreꝫ ꝛ mētem pater sic sanctificauit. Istud nāq̄ edificiū de triplici materia fuerat erectū de argento et auro ac de lapidib⁹ ꝓciosis. j. Cor. iij. Si quis super edificat supra fundamentū hoc aurum ꝛ argentum ꝛ lapides preciosos ꝛc. Per argentuꝫ intelligitur eius corpus lucidum ꝛ virgineum. Sap. iiij. O q̄ pulchra ē casta generatio cum claritate. Quāuis autē fuerat pulchra: ꝓ virginitatē tamē reputabat se nigrā per magnā humilitatē. Cant. j. Nigra suꝫ sꝫ formosa filia hierl'm ꝛc. Sepe em̄ lucidū nigrū habet effectū: sicut dicit August. in li. de ciui. dei. vbi ponit triplex exemplū. Nā licet ignis sit splendid⁹, tamen carbonē nigrū facit: sic etiam est de argento. nam lꝫ argētū sit fulgidū: tn̄ lineas nigras facit: Oleum sit fulgidū: tn̄ maculas nigras expurgat. Sic ꝛ btā virgo Maria: lꝫ habuit igē diuinuꝫ. i. alum dei amore inflāmatū: lꝫ habuerat ēt argētū fulgidū. i. corp⁹ ꝟgineū ꝛ lꝫ habuerat oleū lucidū. i. abūdātiā meritoꝝ: tn̄ de se sꝫ nigra ꝛ hūilia sentiebat. Fuit ēt istud edificium factū de auro. Per aurū nanq̄

significatur animus aure⁹.i.tot⁹ deifi-
catus ⁊ in amorē ipsi⁹ conuersus. Sicut
etem̄ hō amādo terrena efficit terra: sic
amādo deū efficitur deus. Istud ostēdit
Guido. Cartusiēsis in lib. suo dicēs. Si
ymago stercoris ex auro fiat melior est
substātialiter ꝙ ymaginabilr. Substātia
liter quidē est aurum. Sed ymaginabili
ter est vile ⁊ sordidissimū lutū. Si autem
ymago angeli fiat ex auro melior ē yma
ginabiliter ꝙ sic substātialiter: nā ymagi
nabiliter est substātia rationalis: substā-
tialiter vero est corpus inanimatū. Cum
igit mens nostra rebus terrenis per amo
rē afficit melior est substātialiter ꝙ yma
ginabiliter. Substātialiter quidē est spi
ritus rōnalis: ymaginabiliter aūt talis
est qualia sunt illa quibus intendit. Cum
igit p amorē dei afficit melior est forma
liter ꝙ substātialiter. Substātialiter qui
dē est aīa, formaliter ꝟo si dicere licitum
sit, est deus. Fuit quoq ⁊ istud edificium
factum de lapidibus preciosis .i. virtu-
tibus gloriosis: de eius siquidem virtu-
tib⁹ dī Hiero. ad Cromaciū ⁊ Heliodo-
rum ꝙ btā virgo Maria, istā regulam si
bi statuerat: vt a mane vsq ad vesperam
orōnib⁹ insisteret, ⁊ a tertia vsq nonā opi
vacaret. A nona vero ab orōne nō rece-
debat donec angel⁹ apparens sibi cibū
ministraret, ecce ergo quatuor lapides p̄
ciosi istius dom⁹ preciose. Primus est orō
deuota. Scōs est opatio sollicita. Terti⁹
patiēter refectio expectata. Quartus est
cōuersatio angelica. magis nāq cōuer-
sabat cū angelis ꝙ cū hoīb⁹. Tertio sa-
piētia diuina ipsam domū depinxit ⁊ or-
nauit: ⁊ hoc triplici colore. s. albo purita
tis, nigro hūilitatis ⁊ colore rubeo cha-
ritatis. Ecce ergo ꝙ pulchra colorū per-
mixtio scz alb⁹, niger, ⁊ rubeus: qꝛ in vir
gine pulchra cōiūctio fuit scz virginitas
hūilitas ⁊ charitas. Istū triplicē colorē
se hūisse ꝟgo maria attestat dicēs. Cāti.
j. Nigra sum. Ecce color hūilitatis: sed
formosa: ecce color alb⁹ ꝟginitatis: sicut
pelles salomonis: ecce color rube⁹ cha-
ritatis qꝛ ꝺm glosam ibidē iste pelles ru
bricate erāt p quas charitas designat.

¶ Sermo. cclxxxvj.

De eodem. Sermo secundus.

Sapiētia edi
ficabitur dom⁹ ⁊c. Pro
uer. xxiiij. Illa dom⁹ sa
pienter est edificata que
habet in se tria, de qbus
dicit btūs. Augu. in lib.
de tri. Bona dom⁹ est paribus membris
disposita, ampla est lucida virgo ergo
beata que est sapienter edificata vt in ea
sapiētia diuina inhabitaret ista tria hūit.
Fuit enim primo paribus mēbris dispo
sita. De quorū membrorū dispositione di
citur Cant. iij. Ferculū sibi fecit salomō
rex de lignis libani: colūnas eius fecit ar
gēteas, reclinatoriū fecit aureum ⁊ ascē-
sū purpureū media charitate cōstrauit.
Fecit igit primo sibi in ipsa domo cena-
culū: qꝛ fecit eam ferculū. Pōt autem vo
cari ferculū vas escarū: ipa em̄ vas esca
rū fuit: q̄ nobis cibū angelorū ministra-
uit. Prouē. xxxj. Facta est quasi nauis in-
storis de lōge portās panē suū. In ista nā
ꝙ naue erectū est velū. De quo dī Ezec.
xxvij. Byssus ⁊ purpura varia de egy-
pto texta est tibi i velū. Et istō velū signi
ficat xp̄m multiplici depictū colore, in
ip̄o nāq fuit caro humana: aīa ⁊ deitas.
Ex carne etem̄ resultat color alb⁹ ꝓpter
puritatē ex anima color rubeus propter
charitatē: ⁊ ex deitate resultat color au-
reus pp p̄ciositatē. Cāt. v. Dilect⁹ meus
cādid⁹ ꝓpter carnē mūdissimā rubicūd⁹
ꝓpter aīam feruētissimā, elect⁹ ex mili-
bus pp diuinitatē p̄ciosam. Et ista nauis
nobis apportauit panē: sz de lōge. Istud
em̄ de longe dī distātiā locorū: qꝛ scz de
celo apportauit in mūdū. Et ēt dī distā-
tiā naturarū: qꝛ iste est panis ex natura
diuina ⁊ hūana. Etiā iste panis dī distā-
tiā meritorū qꝛ nulla merita p̄cesserūt vt
verbū caro fieret. Scōo i ista domo fecit
thalamū vt ibi requiesceret, id dī reclinato
riū aureū. In ꝟgine nāq tria reclinato-
ria fuerūt spūs, aīa, ⁊ corp⁹. De qb⁹ dī.
j. Thes. v. Integer spūs noster aīa: ⁊ cor
pus sine q̄rela seruat. In istis reclinato-
riis xp̄s requieuit in ei⁹ spū inquātū sedu
le cōtēplationi vacabat. In aīa scz inquātū
rō ei⁹ a xp̄o nō recedebat. In ei⁹ corpe
inquātū sensualitas nūq rōni ꝯtradixit.

Tertio

mines illuc ascēdere, vñ ipsi ceciderunt: inde inuidia torqueant. Scḋm preliū est qḋ cū diabolo de corpore moysi habuit. sicut dicit in canonica Jude. Sciēs enim diabol⁹ iudeos ad idolatriā prōptas esse volebat corpus moysi honorabiliter sepeliri: vt iudei suas idolatrias ibi exercerēt, sed michael victoriā habuit qr corpus moysi ab oībus abscōdit forte ista altercatio fuit, qr diabolus dicebat se in moyse ꝓpter peccatū ad aquas cōtradictionis aliquod ius habere. Sed cū michael sibi culpā remissam assereret: ꝛ diabol⁹ adhuc instaret. Michael ei dixit. Imperet tibi dn̄s ꝛc. Tertiū preliū est quod habuit cōtra pharaonē ꝛ egyptios. Creditus eñ fuisse ille angelus qui plagas egyptijs intulit: qui mare diuisit: qui in columna ignis ꝛ nubis populū israeliticū antecessit: ꝛ ad terrā promissionis introduxit. Fuit eñ princeps synagoge. Unde dr̄ Dan. x. Nemo mihi adiutor est nisi michael princeps vester. Sed postq̄ iudea dn̄m crucifixit factus est princeps ecclesie. Uñ refert Josephus q̄ audite sunt voces angeloꝝ dicentiū. Trāseamus ab his sedibus. Quartū preliū est qḋ cōtra antichristū habebit. Sicut eñ dicit glos. sup illud Apoc. xiij. Uidit vnū de capitibus eius occisum. Antixp̄s mortuū se finget ꝛ per triduū latēs: postea apparebit dicēs se suscitatū ꝛ ferētib⁹ eū demonib⁹ in aere ascendet: ꝛ vniuersis mirantibus adorabunt eū. Tandē dū stabit in papilione in montē oliueti: ipse michael antichristū occidet: vt dicit glos. sup illud .ij. Thessa. ij. Quem dn̄s de⁹ interficiet spū oris sui. Quarto ponit nobilitas triūphi cū dr̄. et nō valuerunt nec loc⁹ inuētus est eorū amplius in celo. Locus quidē inuētus est: sed nō in celo. In demonib⁹ quidem est cōsiderare naturam, officium et culpā. Nature cōueniret locus suprem⁹: scilicet celum in quo fuerūt creati: et ibi stetissent si perseuerassent. Officio vero qḋ habēt scꝫ hoīes exercere ꝯuenit locus medi⁹ scꝫ aer caliginosus. ꝛ vt nobis ꝓpinqui sint ad exercitandum ꝛ claritatis lucem nō habeant ad gaudendum: et celum sursum respiciant ad inuidendum. Culpe autem conuenit locus infimus scꝫ infern⁹. Uñ post iudiciū quādo cessabit eorum officiū detrudētur in infernū: nec vltra pacrē habebūt trāsitū: sꝫ incarcerati perpetuum sustinebunt tormentum.

Sermo. ccliiij. De eodem Sermo. iiij.

Michael vn⁹ de principibus primis venit i adiutoriū meū. Dan. x. Btō michaeli deus quintuplex officiū in sua cura assignauit. Primū est officium principādi. Jō dicit Michael vnus de principib⁹ primis. Licet eñ olim fuerit princeps synagoge: modo tñ fact⁹ est princeps ecclesie intātū angeli ꝓ his qb⁹ principant zelare videnť: vt sibi inuicem obuiare ꝛ pliari dicant. Uñ Dan. xiij. ponunt quatuor angeli de ordine principatus: quoꝝ vn⁹ scꝫ Michael erat princeps eoꝝ q̄ remāserāt in terra ꝓmissionis, ali⁹ scꝫ q̄ loquebať cū Daniele erat princeps illoꝝ iudeoꝝ q̄ erāt in captiuitate persarū, alius erat princeps grecoꝝ. Quartus erat princeps psaꝝ. Ubi Greg. dicit. Recte angeli cōtra se veniunt: qr subiectaꝝ sibi gentium vicissim sibi merita cōtradicunt. Cūq̄ vnusq̄sq̄ gentis vel culpa vel iustitia ad supremū cōsiliū dei ducit. eiusdē gētis prepositus vel obtinuisse in certamine vel nō obtinuisse perhibet. Scḋo habet officiū adiuuādi. Unde dicit Michael venit in adiutoriū meum. Ipse eñ cū ceteris angelis sibi cōmissas adiuuat malos ꝛ bonos. Malos mouēdo eos ad cōtritionē. Hoc nāq̄ significatū est Judicū. vi. Ubi angel⁹ eduxit ignē de petra Nā sepe de hoīb⁹ duris angelus educit ignē ꝯtritiōis. Purgat labia ad ꝯfessionem. Hoc significatum est. Esa. vi. Ubi ꝑ angelum labia esaie expurgantur. Inducit ad satisfactionem. Hoc significatum est. j. Paraľ. xxi. In angelo q̄ dixit Gad prophete vt diceret Dauid vt in monteꝫ ascenderet a deo satisfaceret. Adiuuat etiam bonos, diabolus enim nititur intelligentiam nostram obnubilare per errorem: ꝛ voluptatem nostram coinquinare per amorem: ꝛ memoriam nostram offuscare per obliuionem. Angelus autē ꝫm Dionysiū habet virtutem illuminati

nam: purgatiuā: ⁊ perfectiuā. Et ideo ei⁹
indigemus ministerio: vt rationē illumi=
net: affectionē purget: memoriā perficiat
⁊ cōsummet. Tertio habet officiū preliā=
di. ꝓliabaꝛ eni cū dracōe. Dan. xij. In tpe
illo cōsurget michael princeps magn⁹ q̄
stat pro filijs populi tui: vt ꝓlieꝛ cū dra=
cone.i.cū diabolo. Apo.x. Michael ⁊ an
geli eius ꝓliabanꝛ cū diabolo. In canoñ.
Jude. Cū michael archāgelus cū diabo
lo altercareꝛ ⁊c. preliabaꝛ etiā cū princi
pe ꝑsaꝝ. Dan.x. Princeps regni persaꝝ
restitit mihi: ⁊ ecce michael venit in adiu
toriū meum. Per draconē qui est animal
sitibundū significaꝛ demō q̄ preest aua=
ritie contra quē michael pugnat qñ ipm
refrenat. Per diabolū qui diciꝛ deorsum
fluens: significaꝛ demon qui preest super
bie: qꝛ diabol⁹ per superbiā de celo deor
sum defluxit. Cōtra quē preliū gerit qñ
ipm ab infestatione cessare facit. Per re=
gem persarū intelligitur demon q̄ preest
luxurie. Perse nanqꝫ interpretanꝛ sua la=
tera dissoluentes: qꝛ luxuria tota ad ter
ram deprimit ⁊ tota deo diuidit ⁊ segre=
gat: ⁊ totum corpus miserabiliter dissol=
uit ⁊ totam substantiam consumit. Et io
tales recte vocanꝛ perse, id est sua late=
ra dissoluentes. Cōtra istū ergo draconē
pugnat quando ipsum ab impugnatione
refrenat. Quarto habet officiū ponderā
di nam secundum ecclesie picturas. Mi=
chael habet animas ponderare. Dicitur
autē Dan.v. Appensus es in statera ⁊ in
uentus es minus habens. Sunt nanqꝫ q̄=
dam anime vacue q̄ nulla secum merita
portauerunt istas appendet ⁊ eis dicet.
Appensus est in statera, ⁊ inuentus es
nil habens. Quedam vero sunt anime q̄
semiplene sunt. Istas ponderabit ⁊ dicet.
Appensus est in statera ⁊ inuentus es mi
nus habens. Sunt quedā anime plene q̄
multa merita secū portauerunt. Istas pō
derabit ⁊ dicet. Appēsus es in statera: ⁊
inuentus es satis habens. Sunt etiā que=
dam superplene q̄ non tantū ꝑcepta chri
sti: sed etiā ꝯsilia seruauerūt. Et istas ani
mas pōderabit ⁊ dicet. Appensus es in
statera: ⁊ inuentus es multū hñs. Quinto
habet officiū deportandi: qꝛ cum ceteris
angelis sibi subiectis aias iustas in celū
deportat. Portant aūt animas valde re
uerenter: qꝛ nō in humeris sed in mani=
bus. ps. In manib⁹ portabunt te ⁊c. Por
tant diligenter qꝛ eas ab omnibus offen
diculis custodiūt. Unde sequitur ne forte
offendas ad lapidē pedem tuū. Portant
valde gaudenter cū canticis ⁊ iubilatio=
nib⁹. Esaie.lv. In letitia egrediemini ⁊c.
Portāt valde humiliter: quia pauperes
⁊ mendicos non despiciunt sicut patꝫ Lu=
ce.xvj. in lazaro mendico quē angeli de=
portauerunt. Et ista deportatio fit in si=
gnum fiducie: vt scꝫ ex hoc detur intelli=
gi q̄ secure sunt anime sanctorum de hac
vita egrediētes: que tales habēt defen=
sores. ps. Angelis suis mandauit de te
⁊c. In signum reuerentie. Sicut aliquan
do socius in itinere aliū portat non in hu
meris: sed solatijs. Esa.lv. Mōtes ⁊ col
les, id est maiores ⁊ minores angeli can=
tabunt coram vobis laudem.

¶ Sermo.cclv. De eodē. Sermo.v.

Angelis suis mandauit de te: vt custo=
diāt te in omnibus vijs
tuis. ps. Ista verba pertra
ctans beatus Ber. sic dicit
Magna dilectio charitatis quis quibus
de quo ⁊ quid mandauit. Si quidem de⁹
mandauit ⁊ angelis suis mandauit. De
te homine mandauit: ⁊ vt custodiant te
in omnibus vijs tuis mādauit. Ex quib⁹
verbis habetur q̄ in illo qui mandauit:
ostendiꝛ magna charitas: ex eo q̄ tātos
⁊ tales homini deputauit. Unde dicit ibi=
dem. Dñe quid est homo qꝛ innotuisti ei:
aut filius hoīs, quia reputas eū. Deniqꝫ
ei mittis vnigenitū tuū immittis spm̄ san
ctū tuum, promittis vultum tuum: ⁊ ne
quid vacet in celestibus ab ope sollicitu
dinis: illos etiā beatos spiritus propter
nos mittis in ministerium nostrum. Scdo
in angelo ostenditur magna humilitas:
qꝛ tam humile officium non recusat. Et
ideo magnā sibi debet homo reuerentiā
exhibere. Unde Ber. In quouis diuersorio
in quouis angulo reuerētiā exhibe ange
lo tuo: ne audeas illo ꝑsente qd me pre
sente nō auderes. Ber. Angelis suis de⁹
mandauit de te: quātā tibi inquit debet

hoc verbū inferre reuerentiā: afferre deuotionē cōferre fiduciam reuerentiā pro presentia deuotionē ꝓ beniuolētia: ⁊ fiduciā ꝓ custodia. Tertio in hoīe notaꝝ magna dignitas in hoc ꝙ ab angelis meruit custodiri. Hier. Magna dignitas aīaꝝ vt vnaqueq; ab ortu sue natiuitatis angelū habeat ad sui custodiā deputatū. Libēter eni angelꝰ homini ministrat ꝓpter hoīs dignitatē necessitatē: ⁊ suā vtilitatē. Dignitas hoīs in hoc attenditꝛ ꝙ natura diuina associata est nature humane in eandem personā Et ideo homo est frater dei ⁊ honor q̄ exhibetꝛ homini in christū fratrē refunditꝛ. Necessitas hoīs est: q2 diabolus sepe rationem in homine seducit: voluntatē allicit: opprimit virtutē, ideo necesse est vt angelus rationem erudiat per suā sapiētiā volūtatē inflammet ꝑ charitatē ignitā: ⁊ virtutē roboret ꝑ exhortationē internā. Utilitas vero angeli est: q2 eoꝝ ruina debet saluādis hominibus restaurari. Dicit aūt Aug. ꝙ tot hominibꝰ restaurari. Dicit aūt Aug. ꝙ hoc hoīes saluabuntꝛ: quot angeli ceciderūt. Greg. dicit ꝙ tot hoīes saluabuntꝛ quot remāserūt angeli. Aliq̄ dicūt ꝙ i celo erūt due societates nūero equales. Una erit societas angeloꝝ: quoꝝ ruina de solis virginibꝰ restaurab.i. Et alia est societas hoīm alioꝝ. Quarto notaꝝ magna vtilitas: cū dicitur, vt custodiant te in omnibꝰ vijs tuis. Custodiūt enim hoīem, in vita, in morte, ⁊ post mortē. In vita quidem a tentat oīe diabolica ꝯseruando. Hoc significatū est Apo. xx. In angelo qui demonē ligauit ⁊ in abyssum misit. In bonum gratie eos perficere faciēdo.s. in donum gratie preuenientis, proficientis et perficientis. Judith. xiij. Uiuit dn̄s quia custodiuit me angelus eiꝰ ⁊ hinc euntem quo ad gratiā preuenientē: ⁊ ibi cōmorātem quo ad gratiā proficiētē ⁊ inde huc reuertentē: quo ad gratiā perficientem. Bona eoꝝ in conspectu dei representādo, scꝫ orōnes, ieiunia, elemosynas. Tobie. xij Bona est orō cū ieiunio ⁊ elemosyna magis q̄ thesauros auri cōdere ⁊c. Scḋo angelus custodit hoīem in morte. Alā nāq; tūc quatuor incōmoda patitur. vnū est: q2 timor mortis eā affligit. Cōtra hoc sepe sanctis viris angelus suā saluationem reuelat ⁊ sic timorem excludit et letanter animā exire facit. Esa. lv. In leticia egrediemini. Secundū est: q2 rōnem deus requirit. Contra hoc angelus deū sibi reconciliat. vnde Ber. super Canti. Discurrit angelus mediꝰ inter dilectū ⁊ dilectā vota offerēs ⁊ referēs dona. excitat istā placat illū, tertiū est q2 diabolꝰ recipere aīam cōtēdit. cōtra hoc angelꝰ diabolū fugat. hoc significatū est Gen. xxxij. Ubi cū iacob esau valde timeret angelos obuios habuit ipsum adiuuare paratos ⁊ ait. Castra dei sūt hec quartū est q2 peccatoꝝ multitudo ipsum terret, ⁊ sollicitū reddit. cōtra hoc angelus sepe pctā dimissa reuelat. Dan. ix. Dixit gabriel ab exordio precum tuaꝝ egressus est sermo. Glosa. i. snīa a deo. Et seq̄tur. Ego autē veni vt indicarē tibi, scꝫ pctā esse dimissa: q2 vir desiderioꝝ es. Tertio angelus custodit animā post mortē in oībus vijs suis. tres eni sunt vie vna que ducit ad infernū alia ad purgatoriū tertia ad celū. In prima via angelus animā custodit ne per eā incedat. vnde; talis aīa regratiaꝛ deo dicens. Nisi quia dn̄s adiuuit me. s. per angelū suum paulominus habitasset in inferno aīa mea. In scḋa via eā custodit, q2 ipsam purgandā ad purgatoriū ducit: ⁊ purgatam inde educit. Thob. v. Dixit angelꝰ. Ego sanum ducā ⁊ reducā filiū tuū. In tertia via eam custodit: quia ipsam in celum feliciter introduxit. Exo. xxiij. Ecce ego mittam angelum meū qui te custodiat in via ⁊ inducat in terrā quā promisi patribus tuis.

¶ Sermo. cclvj. De eodem. Sermo. vj.

Qui facit angelos suos spūs ⁊ ministros suos ignē vrētē. ps Angelꝰ est nomē officij: spūs aūt est nomē nature, minister nostre opationis: ignis vero nomē ardentis amoris. In pmissis ergo verbis quatuor de angelis cōsiderantur. Primum est obedientie valūtas. cū dr. Qui facit angelos. Sunt nāq; angeli dei nūcij q̄ vadūt ⁊ discurrūt fm dei imperiū vn̄ Dionysiꝰ distinguit in angelis triplicem motū: scꝫ circularem, rectum ⁊

obliquũ. Circulari motu mouent̃ cũ ad deũ mouent̃. Recto ad nos mittunt̃. Obliquo vero q̃ ex recto ꝛ circulari motu cõponit̃: qñ scꝫ ꝛ nobis ꝓuidẽt ꝛ i deũ immobiles manẽt. Si em̃ ad nos mouent̃ vt a deo minime auertant̃. Scḋo in angelis cõsiderat̃ nature dignitas: cũ dr̃ Spiritꝰ. Aug. Sicut aurũ corruptũ meliꝰ est q̃ argẽtũ incorruptũ: ꝛ argentum corruptũ, meliꝰ q̃ plumbũ incorruptũ: sic etiã q̃libet corruptus spũs melior est q̃ corpus incorruptũ. Et hoc est rõne simplicitatis nature. Quãuis em̃ angelꝰ dignior sit hoīs ꝓpter nature simplicitatem. Hõ tñ ẽ dignior angelo ꝓpter assũptã a dei filio humanitatẽ. Hõ em̃ magis attinet xp̃o q̃ angelꝰ. Qḋ tribꝰ modis faciliter ostẽdi põt. Primo qꝛ deus angelũ de ꝓgenie sua fecit, qñ ad imaginẽ ꝛ nõ similitudinẽ suã fecit eũ. Hoīeꝫ vero fecit de ꝓgenie sua: qꝛ ad imaginẽ ꝛ similitudineꝫ suã fecit eũ. Et insuper se fecit de progenie nr̃a scꝫ qñ verbũ caro factũ fuit. Secundo qꝛ angelꝰ tm̃ attinet xp̃o ex parte pr̃is: qꝛ deus pr̃ est pater xp̃i scꝫ per eternã gñationẽ: ꝛ est pater angeloꝝ ꝑ creationẽ: homini vero christꝰ attinet ex parte patris sicut angeli: ꝛ ex parte mr̃is q̃ non est angelꝰ. Tertio quia deus contraxit parentelã cũ angelo solũmodo dãdo quãdo scꝫ filiã suam, id est imaginẽ suaꝫ eis dedit. Cũ homine vero contraxit dãdo filiã suam, id est sanguinẽ suum et recipiendo sororem nostrã, id est humanã naturã. Tertio cõsiderat̃ in angelis operationis strẽnuitas: cum dr̃ Et ministros suos Ut autẽ videamus illa q̃ nobis ministrãt, Notãdũ est scḋm Aug. q̃ quedã sunt bona infima: quedã media ꝛ q̃daꝫ suprema. Bona infima sunt bõa tpalia q̃ angeli nobis ministrãt ad sustẽtationeꝫ. Et hoc significatũ est. iij. R. g. xix. Ubi angelꝰ ministrauit helye cibũ ꝛ potũ. Thobie. xij. Bonis operibꝰ ꝑ eũ repleti sumꝰ. Media vero bõa sunt bõa spũalia q̃ angeli nobis ministrant ad iustificationeꝫ. Quia illuminant ad cognitionẽ: hoc significatũ ẽ Apo. xviij. In angelo de quo dr̃ q̃ terra illuminata est a claritate eiꝰ. Inflãmãt nostrũ amorẽ: hoc significatũ est. iiij. Reg. ij. In angelꝫ q̃ i curru igneo ꝛ eq̃s igneis apparuerũt: ꝛ excitãt nr̃aꝫ operationẽ. Zach. iiij. Angelꝰ dñi excitauit me q̃si hoīem q̃ excitat̃ a somno. Bona vero sũpma sunt bona celestia q̃ nobis ministrãt ad glorificationẽ portant em̃ aīas nr̃as ipsas in manibꝰ suscipiendo. Ps. In manibꝰ portabũt te: vñ cãtat ecclia. Archãgele michael cõstitui te ꝑncipẽ sup oẽs aīas suscipiendas. Susceptas vero ꝑ viã reducẽdo. Exoḋ. xxiij. Ecce ego mitto angelũ meũ q̃ custodiet te in via ꝛc. Deductas vero deo repñsentãdo: hoc signatũ est Luc. xv. in illo mẽdico quẽ angeli in celũ deduxerũt: ꝛ deo repñsentauerũt Quarto in angelis cõsiderat̃ feruẽs charitas cũ dr̃ Ignẽ vrenteꝫ. Dicunt̃ aũt angeli ignis vrẽs duplici de cã scꝫ qꝛ ardẽt ꝑ amorẽ ꝛ lucẽt ꝑ cognitionẽ: ſm aũt Dionysiũ amor hꝫ triplicẽ vim scꝫ eleuatiuã: qꝛ eleuat inferiora superioribus coordinatiuã: qꝛ coordinat equalia coequalibꝰ: inclinatiuã: qꝛ inclinat superiora inferioribꝰ. Istã aũt triplicẽ vim amor in angelis operat̃. Et quantũ ad hoc ipsi angeli vocantur ardores sempiterni lãpades ignite ꝛ carbões accẽsi. Nã inquantũ amor hꝫ in angelis virtutẽ eleuatiuã ꝑ quã ad deũ eleuãtur: et ab ipso inflãmant̃: dicũtur ardores sempiterni. Esa. xxxiij. Quis habitare poterit de vobis cũ ardoribꝰ sempiternꝭ. Inquãtum autẽ hꝫ in eis vim inclinatiuã ꝑ quã ad nos inclinãtur: ꝛ ad deũ nos inflammãt tũc dicuntur carbones accensi. Ezech. j. Similitudo aīaliũ ꝛ aspectꝰ eorũ q̃si similitudo carbonũ ignis ardẽtium. Inquãtum vero hꝫ vim coordinatiuã ꝑ quã se inuicẽ coordinãt: ꝛ i dei amore inflammãt dicũtur lapides igniti. Ezech. xviij. In medio lapidũ ignitorũ ambulasti. Scḋo ipsi angeli dicunt̃ ignis qꝛ lucẽt ꝑ cognitionẽ. Habẽt em̃ triplicẽ cognitionẽ scꝫ matutinã, vespertinã, meridianã. Cognitio vero matutina est ꝓut cognoscũt res i verbo. Cognitio vespertina est ꝓut cognoscũt res: ꝓut sũt in propria natura. Sicut aũt mane ẽ ꝑncipium diei: vespere aũt terminꝰ: ita cognitio dr̃ matutina scḋm q̃ res sunt i ip̃o p̃mo ꝑncipio. Uespertina aũt scḋm q̃ i ꝓpria natura cõsistũt. Et cognitionẽ meredianam

habēt in x̄pō deū aperte ꝛ clare cognoscūt: ꝛ istam cognitionē spōsa petebat dicēs. Cañ. j. Indica mihi vbi pascas ꝛ vbi cubes in meridie: ꝛ ꝗ̄tū ad istā cognitionē triplicē: ipsi angeli tripl'r nominātur. s. astra matutina. Job. xxxviij. Ubi eras cū me laudarēt astra matutina. Specula pura. Dionisi⁹. Angel⁹ ē ymago dei manifestatio occulti luminis speculū puruꝫ incōtaminatū immaculatū Lumina. ij. dam. loquēs de angelis dt eos esse lumina scḋa intellectua ex ꝑncipio sine principio illuminationē habētia Lumē ꝑmū ꝛ ꝑncipale: est ipse de⁹ cūcta illuminās ꝛ a nullo illuminat⁹. Sꝫ lumē scḋm est ipse angel⁹ ab ipso primo lumine illustratus. Lumen autem tertiū pōt hō vocari ꝗ sepe ministerio angeli mediante diuinas illuminationes recipit.

¶ Sermo. cclvij. De eodē sermo. viij.

Unquid nosti ordinē celi ꝛ ponas rōnē ei⁹ i terra. Job. xxxviij. Cū de reb⁹ ꝑ triplicē modum noticia habeat. s. ꝑ reuelationē diuinā ꝑ eruditionē humanā ꝛ per inquisitionē ꝓpriā: ordinē celi ꝗ consistit in hierarchijs ꝛ ordinib⁹ angeloꝝ: beatus paulus vsq; ad tertiū celū raptus cognouit ꝑ diuinā reuelationē. Dyonisius per pauli eruditionē ceteri autem doctores cognouerūt per reuelationeꝫ dei ꝛ ꝑ eruditionē pauli ꝛ dyonisij: aut ꝑ inquisitionē ꝓprij studij. De isto ergo ordine celi tria sūt vidēda. primo qual'r x̄pi ordines ab inuicē distinguunt: ꝗ quidē distinctio haberi pōt: ad distinctionē ꝛ silitudinē regalis curie vbi sunt quidā qui circa personā imperatoris assidue cōuersant. Similes his sūt ordies prie hierarchie. Eorū autē ꝗ circa personā regis conuersant hoc ꝗbusdā cōpetit ratione familiaritatis ꝛ amicitia: vt sūt amici filij ꝛ cubicularij. Et istḋ spectat ad seraphin ꝗ dei familiaritate pre oi̇b⁹ sunt dilecti. Greg. Seraphin sunt illa agmina ꝗ ex singulari ꝓpinquitate conditoris sui incōparabili ardēt amore. Quibusdā autem hoc cōpetit rōne sapiētie: vt sunt philosophi ꝛ cōsiliarij: ꝛ istud spectat ad cherubin ꝗ dei cognitiōe ꝛ sapiētia sūt ꝑditi. Greg. Cherubin plenitudo sciētie ꝛ dicitur sublimior illa agmina cherubin vocata sūt: ꝗ tanto perfectionis sunt plena scientia quanto claritatem dei vicinius contemplant. Quibusdā aūt hoc competit rōne iustitie: vt sunt iudices ꝛ assessores ꝛ istḋ spectat ad thronos. Grego. Throni dei sunt qui tanta diuinitatis gratia replentur vt in eis dominus sedeat ꝛ per eos iudicia decernat. Alij sunt qui circa negocia toti⁹ regni generaliter occupantur. Similes autem his sunt ordines medie hierarchie. Eorum aūt quidam hoc faciunt per modum imperādi vt sunt regalis curie domini, ꝛ istud spectat ad dominationes. Ad quos pertinet alijs angelis inferioribus preesse et eis diuina ministeria imperare quod' innuit zacha. ij. Ubi vnus angel⁹ imperauit alteri dicēs. Curre ꝛ loquere ad puerū istum ꝛc. Quidā vero faciūt ꝑ modū operādi: vt sunt iusticiarij: ꝛ istud spectat ad ꝟtutes quarum est ardua opari. Unde attribuit eis operatio. Greg. Uirtutes vocant illi spiritus ꝑ quos signa ꝛ miracula frequentius fiunt. Quidā vero hoc faciūt ꝑ modum pugnādi. Ut sunt milites ꝛ legiōes ꝛ istud spectat ad potestates ꝗ cōtra demones habēt pugnare ꝛ eorū potentiaꝫ refrenare Gre. Potestates vocant hi angeli qui hoc pre ceteris potentius ꝑcepe runt vt eorū iurisditiōi potestates aduerse subiecte sint. Alij ꝟo ad loca determinata vel negocia regis specialiter deputant. Similes his sunt ordies tertie hierarchie Eorū aūt ꝗdā hoc faciūt ꝑ modum legatorū ꝛ istud ad principat⁹ spectat. Quidā vero ꝑ modum simplicium ministrorū ꝛ istud proprie spectat ad archangelos Quidam vero per modū cursorū ꝛ nunciorū: ꝛ hoc spectat ad angelos, vel dicendū est: ꝙ ꝗdā presunt prouincijs: et isti sunt de ordine principatus. Quidam ciuitatibus ꝛ locis: ꝛ isti sūt de ordine archangelorum. Quidā singularib⁹ ꝑsonis: ꝛ istud spectat ad angelos. Secundo videndū est qualiter homines ad ipsorū angeloꝝ choros assumantur. Quidam eñ assumunt ad ordines inferioris hierarchie: ꝛ istorꝫ tria sunt ge-

nera. Quidā enim sunt simplices et litte
rati: verbo tamen ꝛ exemplo ꝓximū possūt
edificentes alios: ꝛ isti assumuntur ad or
dinē angelorū. Greg. Sūt plerique qui par
ua capiunt: sed tamen pie hec annūciare
fratribus non desistunt: isti angelorū nu
merū currūt. Quidā vero sunt magna in
telligentes: ꝛ sollicite alios admonētes:
illi in ordinē archangelorum assumunt.
Greg. Sūt nonnulli qui summa capere ꝛ
nunciare preualent: quo isti nisi in archā
gelorū numero deputant. Quidam sunt
per vite perfectionem aliorū merita trā
scendentes illi assumunt ad ordinē prin
cipatuū. Grego. Sunt nōnulli: qui etiam
electorū hominum merita transcendunt
cunctis bonis meliores sint: sortem suā ni
si inter principatuum numerū acceperūt.
Uel potest dici quod ad ordinē principatuum
assumuntur illi qui bene rexerūt suā prin
cipalem prouinciam. Ad ordinē archan
gelorum assumūtur qui bene rexerūt suā
terrā ꝛ suam ecclesiam. Ad ordinē vero
angelorū assumuntur qui bene rexerunt
suā personam. Alij vero assumuntur ad
ordinem medie hierarchie. Et istorū tria
sunt genera. Quidā enim sunt de aliorū
corporib⁹ ꝛ animabus peccata et demo
nes expellentes. Et isti assumūtur ad or
dinē ptātuum. Greg. Sūt nōnulli qui et de
obsessis corporib⁹ malignos spūs effu
gāt ꝛ expellunt quo isti meritū suū nisi in
tra potestatū numerum sortiuntur. Qui
dam vero sunt signa ꝛ miracula operan
tes. Et isti assumūtur intra ordinē virtu
tū Grego. Sunt qui mira signa valenter
operant: quo isti nisi ad supernarū virtu
tū sortē congruunt. Quidam vero sūt oi
bus in seuitijs dn̄antes. Et isti assumunt
intra ordinē dn̄ationū. Greg. Sunt non
nulli qui in seipsis cunctis vitijs dn̄ant
quo ergo isti nisi intra numerū dn̄ationū
currūt. Alij autē assumunt ad ordines su
preme hierarchie. Et istorū tria sūt gene
ra. Quidā enim sunt valde spirituales ꝛ iā
de alijs iudicantes. De quibus dicitur. j.
Cor. ij. Spiritualis homo omnia iudi
cat: ꝛ ipse a nemine iudicatur. Et isti assu
muntur ad ordinē thronorū. Greg. Sūt
nonnulli qui sibimet vigilāti cura domi
nantur ꝛ hoc in munere virtutē accipiūt:
vt iudicare se ꝛ alios recte possint quorū
mentibus velut in throno domin⁹ presi
dēs aliorū facta examinat qui ergo isti
nisi throni sui conditoris sūt. Quidā sūt
dei ꝛ proximi charitate flagrantes. Isti
assumunt intra ordinē cherubin. Greg.
Sunt nonnulli qui tanta dei ꝛ proximi di
lectione pleni sunt vt iure cherubin no
minentur. Quia plenitudo legis est cha
ritas: omnes qui dei ꝛ proximi charitate
ceteris pleni sunt: sortem in cherubin per
ceperunt. Sunt nam quidam in igne
amoris cōuersi ꝛ in solo dei desiderio an
helantes isti assumuntur intra ordinē se
raphim. Greg. Sunt nonnulli qui super
ne cōtemplationis facib⁹ accensi in solo
cōditoris desiderio anhelant: ꝛ quos ver
bo tangūt ardere primi⁹ in dei amore fa
ciunt. Quid ergo istos nisi seraphim di
xerim quorū in ignē cor cōuersū lucet et
vrit Tertio videndū est qualiter mittun
tur Seraphim quidē mittunt ad cordiū
inflammationē. Esa. vj. Uolauit ad me
vn⁹ angel⁹ de seraphim. Cherubim mit
tūtur ad sciētie eruditionē. Hoc signatū
est. Apoc. x. in angelo qui hēbat librū in ma
nu. Throni mittunt ad iudicij informa
tionē. Hij nāque ipsi throni iudices infor
mare vt legem intelligāt. Actuum. vij.
Accepistis legē in dispositione angelorū.
Dominationes mittunt ad sensuum do
minio rōnis subiugationē. Hoc significa
tū est Gen. xvj. Ubi angel⁹ dixit agar an
cille vt ad dn̄am suā rediret ꝛ se sibi hūi
liaret. Uirtutes mittunt ad miraculorū
operationē. Hoc significatū est in ange
lo Raphaele qui tobiā illuminauit et filiū
a deglutione piscis eripuit. Potestates
mittunt ad tentationū ꝛ demonū repssio
nē. Hoc significatū ē. Apoc. xx. In ange
lo qui sua cathena demonē ꝛ suā poten
tiam colligauit. Principatus mittuntur ad
principū instructionē. Hoc significatum
est. Dan. x. Ubi ponuntur tres principes
scz persarum: grecorū ꝛ iudeorū. Archange
li mittunt ad singulorū rectorū eruditio
nē ꝛ maiorū reuelationē. Unde archāge
lus gabriel zachariā docuit ꝛ natiuitatē
xp̄i nunciauit. Angeli vero mittuntur ad
singularium personarum defensionem: et
minorū reuelationē ac animarum depor

sationē. Luc.xvj. Factū ē vt moreref mē dic⁹ ꝛ portaref ab angelꝫ ī sinū Abrahe.

¶ Sermo cclv.ij. De glorioso Hieronimo. Sermo. Psalmus.

Iustū deduxit dominus per vias rectas. Sap. x. presens verbū potest exponi de beato hieronymo ꝙ vere iustus erat et multas vias fecit in qb⁹ vijs dn̄s eū deduxit. Prima via est qua de pr̄ia sua romā venit: ꝛ sibi quatuor acciderūt. Primo ibi assecutus est omniū scientiarum magnam perfectionē. Nam in grammatica magistrū habuit donatū. In rhetorica. Victorinū: qui tante fame ac sciētie extitit ꝙ imaginē in foro rome sibi promeruit. Secundo magnā promotionē quia cum ipse esset triginta annorū cardinalis presbyter est ordinat⁹: ꝛ mortuo papa dignus summo pontificio ab omnib⁹ acclamaf. Tertio passus est magnā ꝑsecutionē qr cū ip̄e quorūdā clericorum ꝛ monachoꝝ vitia rephēderet ipsi ei insidias parauerūt: ꝛ ꝑ vestē muliebrē ei turpiter illuserūt. Vn̄ seuer⁹ ait de sctō Hiero. Iugis aduersus malos fuit pugna. Oderunt eū heretici: qr eos impugnare nō desinebat: oderūt eū clerici: qr eorum vitā insectabātur ꝛ crimina. Sed reuera: oēs boni eū admirantur ꝛ diligūt. Istas nāq ꝑsecutiōes ferebat patiēter. Vn̄ dixit. Malefici in me garriunt sꝫ scio ad regnū celorū peruenire ꝑ infamiā ꝛ bonaꝫ famā. Ferebat gratanter. Vn̄ in epistola ad ascellā sic ait. Gratias ago deo quia sum dign⁹ habitus quē oderit mund⁹ et pati ꝓpter xp̄m. Ferebat desideranter: ꝛ idcirco dicebat. Utinā ob domini mei nomē infideliū turba me ꝑsequeref vtinam in opprobriū meū solidi⁹ insurgeret hic mūdus, vt tm̄ merear a xp̄o laudari et sue pollicitatiōis sperare mercedē Grata quidē ꝛ desiderata tentatio est cuius premiū a xp̄o speraf Ideo autē istas persecutiones sustinuit patienter: gratanter desideranter: qr sciebat verū xp̄ianū ꝑsecutiones pati debere. Vn̄ ipse ait in epistola ad heliodoꝝ. Erras frater erras si putas xp̄ianū vnq̄ ꝑsecutionem nō pati

tunc maxime oppugnaris si te oppugnare non sentis. Quarto rome passus est a deo magnā flagellationem: sicut ipse refert in epistola ad eustochiū: cū ipse esset adolescens seculares sciētias nimis ardenter legebat Et circa hoc sicut ibideꝫ refert in quatuor peccabat. Primo qr totū tp̄s tali lectiōi dabat: de die tulliū: ꝛ nocte legens platonē Scdo quia lectur⁹ tullium ieiunabat: lecturus aūt euangeliuꝫ nō abstinebat. Tertio qr post lachrimas penitentie legebat libros secularis sciētie cū potius tunc sacri libri fuissēt legēdi. Quarto qr stilū sacrescripture vilipendebat: ꝛ sibi tullianam eloquentiā ꝑponebat. Ideoq dominꝰ eū graui infirmitate percussit. Et cūm sibi exequie pararentur sub.to ante tribunal iudicis est ꝑductus vbi a iudice cuius esset conditionis est interrogatus qui christianuꝫ se esse respondit. Cui iudex ait: Mētiris Ciceronianus es tu: ꝛ nō xp̄ianus. Tandem promittens ꝙ de cetero litteras seculares nō legeret ad corpus reductus est. Unde dicit idē super ad Gal. Plusq̄ quindecim anni sunt ex quo nunq̄ in manus meas gētiliū literarum acto: ascendit Sed quid obrepit: dū loquimur velut antiq̄ ꝑ nebulā somniū recordamur. Secunda via est qua de rome constantinopolim eē profectus: vbi Gregoriū nazanzenum magistrum habuit ꝛ doctorē. Hic nanq est ille Grego. de quo loquif idem hier. in prologo, super apologeticum, ꝙ due speciose puelle sibi legentis vna in dextera: ꝛ alia in sinistra apparuerunt quas ipse toruo vultu que essent ꝑcūctabatur ꝛ inquirebat: At ille familiarius eū repugnantem amplexantes ꝛ tenētes dū surgere vellet ꝛ abire dixerūt. Ne moleste feras ꝛ accipias iuuenis. Tibi nanq familiares sumus ꝛ vna ex nobis sapientia: altera castitas dr̄ ꝛ misse sumus a deo habitare tecū qr iocundū nobis ꝛ mundū in tuo corde habitaculū p̄parasti. Et quia Greg. nazāzen⁹ ista duo excellenter habuit scilicet sapiētiā ꝛ mūdiciā ideo beatus hiero. ista duo ab eo didicit. Vn̄ ip̄e seuer⁹ ait de hier. Nō solum latinis ꝛ grecis sed etiam hebraicis literis ita instructus fuit vt se illi in omni

scientia nullus audeat cōparare etiā bea-
tus hieronym⁹ habuit carnis mūdiciā3
qui virgo dicitur extitisse. Quia eni3 in sa-
cre doctrine ⁊ diuine scripture studio tam
studiosus erat: ideo abhorrebat carnis
vitia ⁊ voluptate que hmōi viciorū cau-
se sunt Unde ait ad rusticum monachū.
Ama scientiam scripturarū: ⁊ carnis vitia
non amabis. Tertia via fuit quando de
constātinopoli ciuitate in syriam est pro-
fectus vbi heremū petijt ⁊ ibidem qua-
tuor annorum spacio in arctissima peni-
tētia se afflixit. Sicut ipse ostendit i epi-
stola ad eustochiū Ibidē nāq3 durū ha-
buit habitaculū Unde ait. Quotiēs con-
stitutus in illa vasta solitudine, q̄ exusta
ardoribus solis horrendū prestat mona-
chis habitaculū, putaui me romanis in-
teresse delitijs ⁊ seruiri delicatis cibarijs
romanorū dum vescebat de herbis mō-
tanis. Durū habitū Unde ait. Horrebāt
sacco mēbra deformia: squalida cutis si-
tum ethiopice carnis adduxerat. Duru3
lectū. Unde subdit Si quando repugnā-
tē somn⁹ imminēs oppressisset nuda hu-
mo vix ossa herentia collidebā. Durū ci-
bum ⁊ potū Unde subdit de cibis vero ⁊
potu taceo cū etiam languentes aqua fri-
gida vtant: ⁊ coctum aliquid accepisse lu-
xurie sit. Et tamen post tālē ⁊ tantā aspe-
ritatē vir sanctus in carne sua aliquā ad-
huc sentiebat rebellionē Unde subiūgēs
ait. Pallebāt ora ieiunijs ⁊ mens deside-
rijs estuabat: ⁊ tñ in frigido corpora soli-
ta libidinū incendia pullulabant Sz ista
incendia per quatuor refrenabat: sicut i
eadē epistola ostendit. Primo per lachri-
mosam orationē vñ ipse ait. Itaq3 omni
auxilio destitutus ad Iesum iacebā pe-
des rigabā lachrymis crine tergeba3 ꝑ
laborū occupationem. Unde ait ad rusti-
cum. Cū essem iuuenis ⁊ incentiua vitio-
rum crebris ieiunijs frangerē tamē mēs
cogitationib⁹ estuabat ad quam edomā-
dam cuidā hebreo me in discipulū tra-
didi, vt discerē hebraicum alphabetu3.
Per carnis macerationē. Unde ipse ait.
Repugnātem carnem ebdomadarū ine-
dia refrenabā. Per scripturarū feruen-
tem amorē. Unde quod in se expert⁹ fue-
rat hoc rustico monacho dicebat, Ama
sciētiā scripturarū: ⁊ carnis vitia nō ama-
bis Quarta siquidē via fuit q̄ peracta pe-
nitentia ad bethleem rediuit. ⁊ ibi mona-
sterium construxit, in quo per. lvj. annos
totā vitam suam circa quatuor expen-
dit. Primo circa scripturarum diuinarū
interpretationē ⁊ expositione3 Isido. in
lib. ethymo. Hiero. trium linguarū peri-
tus extitit: cui⁹ siquidē interpretatio ce-
teris ante fert interpretationibus: quo-
niam ⁊ verborū tenacior est ⁊ perspicui-
tate sententie clarior vt pote a xp̄iano in-
terpretet verior Aug. contra Iuli. nō cō-
temnendū arbitreris. sanctum Hiero. qui
greco hebraico: ⁊ latino erudit⁹ eloquio
in locis sanctis. ⁊ literis sacris vsq3 ad
etatē decrepitā vixit Secundo circa hos-
pitium susceptionē. Unde ait cōtra Iulia.
in monasterio hospitali ex corde intendi-
mus ⁊ omnes ad nos venientes preter so-
los hereticos leta fronte suscipimus at-
q3 venientiū pedes lauamus Tertio cir-
ca corporis sui macerationem na3 adeo
se afflixit ieiunādo orando: ⁊ scribendo,
vt in suo stratu iacens fune ad trabe3 su-
spenso manibus erigeretur supinus, vt
officium monasterij exhiberet. Quarto
circa officij ecclesiastici ordinationem.
Damasus enim papa ad preces Theo-
dosij imperatoris rogauit hiero. vt offi-
cium ordinaret diuinum qui psalterium
per ferias distinxit: ⁊ versiculum illum.
Gloria patri ⁊ filio ⁊c. in nicena conditū
synodo in fine psalmorum dicendum in-
stituit ⁊ epistolas ⁊ euangelia prouide p
anni circulum dicenda ordinauit quod
quidem officium dicendum ⁊ legēdum
papa approbauit ⁊ ab omni ecclesia ser-
uandum demandauit.

¶ Sermo. cclix. De eodem sermo. ij.

Ecce q̄ bonū ⁊
q̄ iocundum habitare fra-
tres in vnū ⁊c. Ps. Super
hoc verbum sic dicit Aug.
Iste velut dulcis sonus et
suauis melodia toti orbi notissimus vt
tuba spūssancti diuisos corpore cōgrega-
uit in vnū monasteria plurima peperit.
Btūs aūt hieronym⁹ fuit monach⁹ per-
fectus. Et ꝙ̄tū ad hoc sibi cōuenit quod
dicitur.

dicitur. Ecce q̄ bonum ꝛc. Fuit etiā cardinalis reuerēd⁹. Et q̄tū ad hoc sibi cōpetit quod dicitur. Sicut vnguentum in capite ꝛc. Fuit ꝛ doctor egregius ꝛ q̄tū ad hoc sibi cōpetit: quod subditur. Quoniam illic mādauit dominus benedictionem ꝛc. Circa primum est notādū ꝙ tria sunt que faciūt monachum perfectū scʒ vite bonitas ideo dicitur. Ecce q̄ bonum ꝛ mentis iocunditas, ideo subditur. Et q̄ iocundum: ꝛ cordium vnitas ideo subditur, habitare fratres i vnum. Quādo igitur in ipsa religione est bonitas ꝛ sanctitas ꝛ vnitas: tunc ipsa religio est deo gratum habitaculū. Mat. xviij. vbi sunt duo vel tres cōgregati ꝛc. Est angelo magnū solatium. ps. preuenerunt principes id est angeli coniuncti psallentibus idest religiosis deū laudantibus: in medio iuuēcularum id est feruentiū animarum tympanistarum idest corporum mortificatorū. Est hoī magnū presidium Prouer. xviij. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Ecclesie. iiij. Melius est duos esse simul q̄ vnū. Est etiam diabolo magnum tormentū, vnde dicitur de congregatione sanctorum. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Jocunditas autē i religione causat a grata soc etate. Eccli. xxv. Jn tribus beneplacitum est spūi meo q̄ q̄dē sunt probata grata corā deo ꝛ hominibus cōcordia fratrū amor proximorū vir ꝛ mulier sibi bene consentientes. Tunc nanq̄ est grata societas quādo fratres exterius inter se habent concordiā ꝛ pacificā cōuersationē ꝛ intus habent verā ꝛ non fictā dilectionē, ꝛ ideo dicitur concordia fratrum ꝛ amor proximorum. Et quando prelati habent ad subditos magnā beniuolentiā: ꝛ subditi ad prelatos verā obedientiā. Et ideo subdit. Et vir ꝛ mulier sibi plene consentientes, per virū nanq̄ intelligit p̄latus qui debet subditos suos docere legē ꝛ per mulierē intelliguntur qui debent prelatis suis humiliter obedire: vnitas autē in religione causatur ex eo ꝙ materia diuisionū inde aufertur. Diuisiones eni vt discordie causant ex auaritia. j. Timot. vi. Radix omniū malorum est cupiditas Causantur ex superbia. Prouer. xiij. Jnter superbos semper iurgia sunt. Causatur propter carnalē cōcupiscētiā Jaco. iiij. Unde bella ꝛ lites in vobis nonne ex concupiscentijs vestris, que militant in membris vestris. Jn religione autem est votū paupertatis ꝛ ideo nō dʒ ibi esse aliqua diuisio ex radice auaritie, est votum obediētie ideo non debet ibi esse diuisio ex radice supbie, est votum castitatis, idō non debet ibi esse diuisio ex radice carnalis concupiscentie istam vnitatem beatus hieronymus habuit, paupertatem ꝛ humilitatem tenuit ꝛ castitatem seruauit. Secundo fuit cardinalis reuerendus: ideo sibi competit. qđ dicitur. Sicut vnguentum in capite. ꝛc. Caput q̄dē est summus pontifex in quo est vnguētū id est auctoritas ꝛ velle domini. Et dicit auctoritas prelatorū vnguentū: qꝛ quoddam vnguētum est dulcoratiuū: quoddā est mortificatiuum: ꝛ vtrūq̄ est sanatiuū. Sic ꝛ potestas prelatorū debet esse dulcoratiua quo ad bonos, ꝛ mortificatiua quo ad malos ꝛ sanatiua quo ad oēs. Quia s̄m beatum Aug. sine plectendo siue ignoscēdo. Hoc solū inde agit vt vita hoīm corrigat: istud caput hʒ barbā vestimentū ꝛ orā vestimēti. Barba ei⁹ sunt cardinales sibi ceteris prelatis vicini ores. Est aūt barba s̄m glosam iudicium discretiōis: maturitatis virilitatis: ꝛ alacritatis: qꝛ ipsi cardinales circa causas sibi cōmissas debēt esse discreti in discreta causarū examinatione: maturi in matura causarū ponderatione: viriles in digna correctione: alacres in benigna exhortatiōe, vt illos q̄s puniūt benigne ad patientiā exhortent. A capite igitur primo fuit vnguentum in barbā: quia summi pontificis auctoritates primo relucet in ipsis: de inde fluit in vestimentū: id est i alios prelatos q̄ post ipsos sunt maiores Et ecclesiā debēt ornare p honestos mores. Deīde fluit in orā vestimēti: id est in alios prelatos minores, ꝛ inferiores, et qꝛ Hieronym⁹ fuit cardinalis: ideo fuit barba summi pontificis: in quam fluit vnguentum auctoritatis ꝛ iurisditionis. Tertio fuit doctor egregius quod notatur cum dicitur. Jllic. i. in beatum Hieronymum mandauit dominus benedictio

nem. Sancti enim doctores habẽt bñdi-
ctionem gratie. Prouerbi. xi. Qui abscõ
dit frumentum maledicetur in populis,
bñdictio super caput vendentium. Ha-
bent etiam vitã eterne glorie. Dan. xii.
Qui ad iustitiam erudiũt multos quasi
stelle in ꝑpetuas eternitates. Sed reue-
ra ista duo non habent omnes doctores
sꝫ tãtũ illi qui docẽt verbo ⁊ exẽplo. Sũt
nanq quidã doctores delicati quorum
tria genera beat⁹ Hiero. distiguit. Qui-
dam enim sunt doctores gulosi: qui tamen
docere volũt abstinẽtiã, de his ad Helio
dorum dicit, delicatus magister est q ple
no vẽtre de ieiunijs disputat, alij sunt for
midolosi qui tamẽ volũt alios alare ad
pugnã. Alij sunt deliciosi qui tñ volũt in
cruentato milite reprehẽdere formidinẽ
⁊ ignauiã. Alij sunt luxuriosi q tñ repre-
hendunt in fornicatore cõcubitũ. De his
doctorib⁹ ꝑdictis ait ad Pãmachiũ. De
licata doctrina est pugnãdi ict⁹ dictare
de muro ⁊ cũ vnguentis ipse delibutus
sit cruẽtũ militem accusare formidinis.
Hieronym⁹ vero nõ fuit magister delica
tus: q2 nõ fuit gulosus sꝫ magne abstinẽ
tie. Vñ dt ad Eustochiũ. Repugnãtẽ car
nẽ ob dogmata ine dia subigebam. Nec
fuit formidolosus sꝫ magne cõstãtie: q2
nec laudib⁹ mouebat̃ ꝑ ineptã letitiã nec
vituperationibus ꝑ impatientiã, vnde di
cit in prologo sup Esaiã. Nec affectam⁹
laudes hoim: nec vituperatiões expaue
scim⁹ nec fuit deliciosus: sed vita auste-
rus. vñ ait ad Eustochiũ: de se ⁊ fratri-
bus suis q secũ degebãt de cibo ⁊ de po
tu taceo cũ etiã lãgnẽtes aq̃ frigida vtã
tur ⁊ coctum aliqd accipere luxuria sit.

¶ Sermo. cclx. De eodẽ. Sermo. ij.

AMici fide-
lis protectio fortis qui
aũt inuenit illum inuenit
thesaurũ ⁊c. Eccli. vi.
Amici fideles: ⁊ in amici
tia fortes ⁊ omni thesau
ro preciosiores fuerũt. Hierony. ⁊ Au-
gu, dicit aũt Hiero. i ꝓlogo super bibliã
Uera enim illa necessitudo est: ⁊ christi
glutino copulata quam non vtilitas rei
familiaris non presentia corporum non
subdola ⁊ palpans adulatio sed dei ti-
mor ⁊ diuinarũ scripturarũ studia con-
ciliant. Isti ergo sacri doctores in ver-
amicitia sunt coniuncti non propter ali-
quam temporalẽ vtilitatẽ, q2 veritatẽ pu
raꝫ semꝑ sibi mutuo scripserũt, sed pro-
pter dei timorẽ ⁊ diuinarũ scripturarum
amorẽ. Quod enim fuerũt amicitia spiri-
tuali cõiuncti per multa signa apparet.
Primũ nanq signũ vere amicitie est qñ
amicus suũ amicum iratum mox reconci
liat. Istud signũ beat⁹ Aug. ad sctm̃ Hie
ro. habuit scribens ei. Si quid vere me
tenere vel scio vel credo vel etiã puto in
quo tu aliter sentis sine tua iniuria con-
bor asserere. Quod aũt ꝑtinet ad offen-
sionẽ tuã cũ te indignatum sensero nihil
aliud q̃ veniã deprecabor. Scdm̃ est qñ
amic⁹ ab amico reprehẽdi affectat. Istud
signũ hũit Aug. ad Hiero. scribẽs ei. Le
dis enim me si tacueris errorẽ meũ quẽ for
te inuenies in libris. ⁊ dictis meis. Nã ⁊
ego amicissimã repꝛehẽsionẽ tuã si trãquil
lus accepero nõ dolebo meli⁹ nanq tu-
mor capitis dolet cũ curat̃: nã dũ ei par
cit̃ nõ sanat̃ hoc est qđ acute vidit q dixit
vtiliores esse plerũq inimicos vrgẽtes
q̃ amicos obiurgare metuẽtes. Illi enim
dũ rixant̃ dicũt vera q corrigamus. Isti
vero minorẽ q̃ oportet exhibẽt iusticie
libertatẽ dum amicitie timent exaspera-
re dulcedinẽ. Quapropter ⁊ si es vt tibi
videres lapsus forsan senectute corꝑis
non vigore animi: tamen i area dominica
fructuoso labore dissuadas, ecce ꝑsto sũ.
Si qđ perperam dixi fortius, sige ipedẽ
non mihi debet esse molestũ pond⁹ eta-
tis tue dũ nõ cõtegat̃ palea scrꝑe mee.
Tertiũ est quãdo amic⁹ omnem occasio
nẽ inimicitie ⁊ offensiõis vitat ⁊ resecat.
Istud signũ habuit beatus Hiero. ad san
ctũ Augu. scribens ei. Superest vt dili-
gas diligentẽ, ⁊ in scripturarum cãpo iu
uenis senẽ nõ ꝓuoces, nos nostra habui
mus opera ⁊ cõcurrim⁹ quatũ potuim⁹ ⁊
nũc te currẽte ⁊ lõga spacia trãsmeante
nobis deẽ officium. Quartum est q amі-
cus amico oĩa secreta reuelet. Istđ signũ
habuit beat⁹ Hiero. ad Aug. scribẽs ei.
De amicitia oĩs tollenda suspicio est sic
cũ amico q̃si cũ altero se loquendũ. De

mo etiã signo scribit beat⁹ Aug. ecõuer
so ad hie. Cum hoiez charitate christia
na fragrãtem atq3 mihi fidelẽ amicũ fra
trem meum sentio quicquid ⁊ cõsiliorũ
meorũ ⁊ cogitationũ cõmitto, sed nõ ho
mini cõmitto illi i quo manet vt sit talis.
De⁹ enĩ charitas est ⁊ q̃ manet in charita
te in deo manet, ⁊ de⁹ in eo. Quintum si=
gnum est quãdo amic⁹ amicum absentẽ
⁊ ignotum facie amat. Et istud signũ bea
tus Aug. ad hieronymum habuit scri=
bens ei. Si enĩ propterea te nõ nouimus:
quia faciem corporis tui nõ videm⁹ hoc
mõ, nec ipse te nosti: nã tu quoq3 faciem
tuã nõ vides. Si aũt tibi nõ ob aliud no
tus es: nisi q͞ nosti animũ tuum ⁊ nos eũ
non mediocriter nouimus ex literis tuis
quibus deum benedicimus qui nobis ⁊
omnibus qui tua legunt talem dedit. Se
xtum signũ est quãdo amicus amici ab=
sentiam moleste portat. Istud signũ Au
gust. ad hieronymũ habuit scribẽs ei.
Nihil equidem molestius fero in omni=
bus angustijs meis quas patior quantã
longinquã tue charitatis absentiã: cum
si fieri posset quotidie te presentẽ habe=
re vellẽ. Septimũ signũ est quãdo ami=
cus de amico frequenter loquitur ⁊ libẽ
ter eum nominat. Istud signũ hierony=
mus ad Augu. habuit. Scribens omni
tempore beatitudinẽ tuã eo q͞ decet, ho
norare veneratus sum: ⁊ habitantem in
te dilexi dominum saluatorẽ. Sed nũc si
fieri possit aliquid addim⁹ ⁊ plenius vt
absq3 tui nominis mentione: nec vnã qui
dem horam preterire patiamur.

¶ Sermo.cclxi.
De eodem sermo.iij.

NEmo accedit lucernam: ⁊ ponit in abscõ
dito ⁊c. Luc. xi. Sicut pec=
cator dr̃ tenebra qr oĩa q̃ i
ea sunt tenebrosa sunt: sic
vir iust⁹ dr̃ lucerna fulgida: qr oĩa q̃ i eo
sunt luminosa sunt, idõ i p̃nti euãgelio de
beato hieronymo quatuor ostendũtur.
Primo nanq3 habuit lucidã sapientiam
⁊ doctrinã, qđ notat̃ in hoc q͞ ipse voca=
tur lucerna accensa. Ista enĩ lucerna ra=
dios sue sapie nõ abscõdit neq3 occulta
sed p̃ totũ mundũ diffudit: ideo subdit̃.
Ut luceat oib⁹ q̃ in domo sunt. Sap. vij.
Quã sine fictione didici, ⁊ sine inuidia cõ
munico, ⁊ honestatẽ illi⁹ non abscondo.
Prius enĩ dicit se didisse ⁊ postea cõmu=
nicasse. didicit aũt ipsam multipliciter.
Primo audiendo. Audiuit enĩ donatũ in
grãmatica, victorinũ in rethorica. Greg.
nazãzenũ in theologia, vñ ipse dicit ad
heliodorũ. Dũ essem iuuenis miro fer=
uebã discẽdi ardore: nec iuxta quorũdã
p̃sumptionẽ ipe me docuit, audiẽdo etiã
pl⁹ p̃ficim⁹ q̃3 legendo, vñ ipse dicit sup
ad Gal. Scriptura edificat lecta: s3 ma
gis p̃dest si de lectis vertat̃ in voces. Se
cũdo didicit legẽdo. Aug. cõtra iulianũ.
Sãct⁹ hieronym⁹ oẽs vel pene oẽs qui
añ ip̃m de doctrina eccl'iastica scripserũt
legit ipse hiero. dt̃ ꝯtra Iouinianũ. Ope
ris ac studij mei est multos legere vt ex
plurib⁹ diuersos flores sic carpã q̃ bo=
na sunt electur⁹. Ideo dicit ad nepotia=
nũ. Diuinas scripturas sepius lege: imo
de tuis manib⁹ sacra lectio nũq̃3 depona
tur. Tertio didicit meditãdo: qr die ac
nocte meditabat̃. ps. In lege dñi medita
bit̃ die ac nocte Ezech. iij. Comede volu
mẽ istud. Cib⁹ etenĩ qñ comedit̃ mastica
tur: deinde sic in stomachũ trahit̃, vñ di
gest⁹ in mẽbra deriuat̃, sic tãdẽ incorpo
rat̃ ⁊c. Scti doctores verbũ dei masticãt
frequẽti meditatione: ⁊ trahũt in stoma=
chũ memorie, ⁊ deriuãt in subditis suis
per assiduitatẽ doctrine, ⁊ eis icorporãt
per exẽplũ vite. Quarto didicit cõferen=
do, vnde ait ꝯ d Augustinũ i epistola. Tri
stes hec dictauim⁹ vt mereremur cõple=
xus tuos ⁊ collatione mutua doceremus
aliquid vel disceremus. Quinto didicit ⁊
abstinẽdo: qr magnã abstinẽtiã faciebat
⁊ corp⁹ suũ ieiunijs macerabat: qr sicut
dt̃ ad heliodorum. Pinguis venter non
gignit tenuẽ sensũ. Sexto didicit vsq3 ad
senectutẽ sacris literis insistendo. Uñ de
eo dt̃ Aug. q͞ in locis sanctis ⁊ literis sa=
cris vsq3 ad decrepitã etatẽ vixit. Nã si=
cut ait idẽ hiero. ad Aug. ad discẽdũ q͞
op⁹ est nulla mihi etas sera videri p̃t: qr
⁊ si senẽ magis deceat docere q̃3 discere:
magis ãt decet discere q̃3 ignorare. Q̃to
ãt hiero. senior erat, tãto solidiores fuit

proferebat. Uñ ait ad Aug. Meméto vul
gario puerbiũ q bos lapsus fortiter figit
pedé. Scdo habuit lucidã famã: qd nota
tur p hoc qd dicit. Lucerna super cádela
brũ posita. Esse aũt sup cádelabrũ eccl'ie
trib⁹ modis põt itell'gi. Uel q̃tũ ad offi
ciũ: qr est doctor vniuersalis. Uel quantũ
ad vite meritũ: qr fuit eminẽtis v̄tutis. Et
ppter ista duo toti mũdo erat notissim⁹.
vnde dicit de eo Aug. q ipse tanq̃ lãpas
ab oriẽte i occidẽtem instar solis resplen
duit, vel põt accipi quantũ ad grad⁹ su
blimitatẽ: qr fuit i eccl'ia dei p̄sbyter car
dinalis. Tales eni sũt i ecclia sancta sub
limádi: q̃ vita et doctrina sũt lucidi, sicut
eni deus luminaria in celo posuit r bruta
aialia i terra dimisit: sic r doctores lumi
nosi essent in eccl'a pmouẽdi r brutales
homines relinquẽdi. Tertio habuit luci
dam intẽtionẽ r ɔsciẽtiã: cũ dicit. Si ocu
lus tu⁹ fuerit simplex: cor. tuũ lu. erit. Et
dicit ibi corp⁹ vniuersitas operũ. Sicut
eni corp⁹ iuris dicit vniuersitas legũ, et
corp⁹ ciuitatis vniuersitas ciuiũ: r corp⁹
naturale vniuersitas mẽbrorũ: sic corp⁹
mortale dicit vniuersitas operũ. Si igit
ocul⁹ intẽtiõis fuerit pur⁹ r rect⁹: omnia
opera ei⁹ erũt pura r recta. Isti aũt oculo
intẽtiõis quatuor sunt nociua: scz fumus
supbie. Prouerb. x. Sicut acetũ dẽtibus:
sic r fum⁹ oculis rc. Fluxus humor luxu
rie. Ezech. xxiij. Sicut flux⁹ equor: flux⁹
eor. puluis auaricie. ps. Oculos suos sta.
decli. iter. ignis iracũdie. ps. Supcecidi
ignis: r nõ viderũt solẽ. Nullo tamen isto
rum modorũ ocul⁹ beati Hiero. ledi po
tuit: nec fumo supbie: qr valde humilis
fuit: nec puluere auaricie: qr oia terrena
cõtẽpsit: nec igne iracũdie: qr patiẽs fuit
nec etiã fluxu luxurie: qr virginitatẽ serua
uit: r q̃uis dicat in epistola ad pãmachiũ.
virginitatẽ in celũ offero: nõ qr habeo, sz
magis miror q nõ habeo. credit tamẽ q
ex humilitate hoc dixerit: r forte virgini
tatẽ, ideo se habere nõ reputabat: qr car
nis incẽtiua sepe perpessus fuerat: vnde
ait in epistola ad Rusticũ monachũ. Ue no
bis q̃ quotiẽs ɔcupiscim⁹: totiẽs fornica
mur. Et cõtra Iouinianũ sic ait. Illa vir
ginitas hostia xpi est: cui⁹ nec mentẽ co
gitatio, nec carnẽ libido maculauit. Ex
quib⁹ v̄bis satis colligit ex quo dixit se
virginitatẽ nõ habere. Quarto habuit lu
cidã vitã: cũ dr. Si ergo totũ corp⁹ tuum
lucidũ fuerit rc. Illa nãq opera sunt luci
da, q̃ ab oi amore terreno sunt purgata.
sunt aũt q̃dã terrena in q̃b⁹ homo hz so
lum administrationẽ sicut bona ecclesia
stica: r ista relinq̃re ẽ pfectio magna. Que
dam vero sunt q̃ hõ possidet p heredita
riã successionẽ sicut sunt bona paterna: r
ista relinq̃re est pfectio maior. Quedã ve
ro sũt q̃ possidet p ppriũ studiũ sicut sunt
bona ppriis laborib⁹ acq̃sita: r ista relin
quere ẽ pfectio maxima. beat⁹ vero Hie
ro tãte pfectionis fuit q relinq̃t bona ec
cl'iastica: qr cũ esset cardinalis: officio r be
neficio cessit. Relinq̃t pr̃na bona: qr oẽm
hereditatẽ deseruit: r ob amorẽ aposto
lor romã venit. Bona v̄o ppriis manib⁹
acq̃sita si habuisset relinq̃sset. Uñ dicit i p
logo Job. Si aut fiscellã iũco texerẽt, aut
palmar folia cõplicarẽ vt in sudore vul
tus mei vesceret pane meo: null⁹ rephen
deret. Nũc autẽ qr iuxta sẽtẽtiaz saluato
ris volo operari cibũ q̃ non perit: error
mihi gemin⁹ crescit r infligitur.

¶ Serm. cclxij. De sctõ frãcisco ɔfes. s. s.

Qui sanct⁹
est scilicet adhuc.
Apoc. xxij. Sancti vi
ri quantũcunq sunt
scti in corde nihilo
min⁹ sctificari volũt
in corpore. ij. Cor.
vij. Emundem⁹ nos
ab omni inquinamẽto carnis r spiritus.
ps. Cor meũ r caro mea exultauerunt in
deũ viuũ. Ista duo excellẽter habuit bea
tus frãcisc⁹. s. corp⁹ sanctũ r animã vt de
eo veracit dici possit q̃ sanct⁹ est. s. in aia
scilicet adhuc i corpe. Prio siquidem ha
buit corp⁹ sctm: qr oia q̃ i ipo fuerũt, sctã
erãt. Incipiam⁹ igit a capite r descẽdam⁹
vsq ad pedes: videbim⁹ q a plãta pedis
vsq ad v̄ticẽ nõ erat i eo nisi scitas. Sã
cti siquidẽ fuerũt capilli beati frãcisci. Cũ
eni dom⁹ cuiusdã minaret ruinã: ille mo
dicũ de capillis ei⁹ accepit, r in scissuras
posuit, r dom⁹ firmata pmãsit: quã nimi
rum scti viri capillis stabiliuit fragilis.

Secūdo fuerūt sancti oculi eiꝰ de quibꝰ ipse deuotas lachrymas emittebat: ꝛ tā tas ꝛ tā assiduas vt infirmitatē incurre= ret oculoꝝ. Et cum moneref vt sibi a fle tu parceret respōdebat. Nō est ob amo= rem luminis qđ cōmune habemꝰ cū mu= scis expellēda iterne visitatio lucis. Ter tio, sancte erāt aures eius que vocē diui= nam ꝛ iubilationē angelicā audire me= ruerūt. Tribus nāqꝫ vicibus vocē diuinā audire promeruit. Prima erat vox pater ne increpationis, quā in apuliam profe= ctus audiuit. Quis pōt tibi meliꝰ facere dñs an seruus, diues an pauper. Extunc autē amor terrenoꝝ sibi viluit ꝛ in amo rem dei totꝰ exarsit. Secūda fuit vox ma gne eruditiōis quā audire meruit in hec verba. Frācisce amara ꝓ dulcibꝰ sume, ꝛ teipsum contēne si me cupis et velis co gnoscere. Et istā vocē nō surda aure au diuit, sed omnia aduersa gratanter susti nuit ꝛ de suo corpore nō curauit. Tertia fuit vox magni amoris quā vocē audire me ruit, qñ. s. crucifixus sibi de cruce locutus est dicēs. Frācisce vade repara domum meam que vt cernis tota destruitur. Ab illa autem hora in amorē ꝛ compassionē cru cifixi eius anima fuit totaliter liquefacta. Sanctus etiā frāciscus audiuit angeli= cam iubilationē, cū em̄ semel egrotaret angeli sibi dulcissimū edidere cōcētū: ex qua iubilatione eius anima magnū rece= pit gaudiū ꝛ corpus magnū alleuiamen tum. Quarto fuit sanctū os eius. Uerba enim q̄ de ore Frācisci procedebant: tan te fuerūt virtutis qꝫ si quē benedicebat be nedictus erat sicut bene patet in illo qui vxorē suā a salubri proposito impedie= bat cui sanctꝰ vir suam benedictionē mi= sit dicēs. Fili nūc, nūc tēpus est misericor die: ꝛ postea tēpꝰ est equitatis: ad quod verbū ille fuit protinus immutatꝰ: sed et si quem maledicebat ille erat maledictꝰ. Unde cum quedā sus agnū mansuetissi= mū comedisset illā maledixit ꝛ statim illa sus mortua fuit: etiā cū quedam puella fuisset lumine oculorum priuata, ꝛ vir dei de sputo suo eiꝰ oculos liniuisset illa pu= ella protinus est curata. Quinto fuerunt sancte manꝰ eius q̄ fuerūt stigmatibꝰ ꝯse crate ita qꝫ ea q̄ tāgebat sancta erāt. Nā sepe panis ab eo tactꝰ infirmos comedē tes sanabat. Quidā em̄ cū inter niues ge lidas deficeret manibꝰ beati frācisci cō= tractatꝰ mox fuit i corde ꝛ corpore mira= biliter iflāmatꝰ: q̄ nec mirū si ille manus frigidos iflāmāt q̄ ignitos carbūculos, id est xp̄i stigmata deferebāt. Sexto sctē fuerūt vngues eiꝰ. Cū em̄ quidā frater tē tareꝶ de vnguibꝰ scti pr̄is frācisci habere cupiebat qđ ille i spiritu recognoscēs di xit ei: veni fili precede mihi vngues. Ille aūt cū silentio iussa cōplēs ꝓ reliquūs pre scissuras ipas seruauit, ꝛ oī tētatione fu gata multā ꝯsolationē recepit. Septimo sancta fuit scriptura eius. Cum em̄ q̄dam frater tētaretur cogitauit qꝫ si de scriptu ra beati francisci aliqđ acciperet oēm tē tationē vincere posset qđ ille in spū reco gnoscēs frē illo vocato quasdā laudes ei i cedula scripsit: ꝛ sibi dedit: ꝛ oīs tēta tio ab eo recessit. Octauo sctā fuit chor= da eiꝰ. Cū em̄ q̄dā chordā q̄ vir dei accin tus cū deuotiōe fuaret chordā illā sepe in aquā itingebat ꝛ oēs ifirmi ex illa aq̄ potātes efficiebanꝶ sani. Nono fuit sctm̄ corpꝰ eiꝰ: tū qꝛ fuit lateris vulnere dedi= catū: tū qꝛ erat duobꝰ ensibꝰ crucis ꝑmu nitū: tū qꝛ erat omni puritate mūdū. Uñ cū quadā vice i carne sua videreꝶ motus aliqs pullulare castitatis amator chorda se fortissime verberauit dicēs. Eia frater asi= ne sic opꝫ te manere: sic subire flagellū. Decimo scti fuerūt pedes eius qꝛ fuerūt xp̄i stigmatibꝰ ꝯsecrati. Uñ cū oues ꝛ bo ues i prouincia reatina pestis ꝯsumeret: q̄= dā aquā cū qua pedes ipsiꝰ loti fuerant cū deuotiōe reseruās animalia illa asper sit: ꝛ mox omnis pestilētia ab illis anima libꝰ euanuit. Scdo anima eiꝰ fuit sancta Una cū ala de eiꝰ corpore exiret visa est in specie stelle: cuius magnitudo ad instar lune lux vero ad instar solis esse videba tur. Ista stella fuit anima beati Francisci que ad instar lune erat magna propter immensam amorē: qꝛ scdm̄ Bernar. Qui charitatē magnā habet est beatus ꝛ ma gnus q̄ vero paruā habet charitatē par uus est: q̄ nullā nullus est. Ad instar solis erat lucida ꝓpter dei cognitionē Et ad instar stelle fuit incorrupta ꝓpter cognitiõ ꝛ dilecti perpetuā retentionē. Hoc signi=

ficatum est q quibusdā fratrib⁹ apparuit in specie curr⁹ ignei mirādi splēdoris super quē glob⁹ igne⁹ lucid⁹ splendebat: qui solis habēs splēdorē noctē cōuertit in diē. Jō aūt apparet in curru igneo Qr eius aīa posita est i fornace charitatis accēse. Ideo glob⁹ lucidus qr immersa est in lumine diuine sapiētie. Ideo ad instar solis qr tota deificata ē: ⁊ ideo secura est de eterna possessione.

¶ Sermo. cclxiij. De eod. Sermo. ij.

Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentē signū dei viui ⁊c. Apo. vij. Xp̄s ante primū aduentum qui erat aduēt⁹ mie p̄misit angelū. s. beatū Joannē baptistā. Sh vero scdm aduētū sue iustitie p̄misit alteꝝ angelū. s. beatū Frāciscū. In premissis aūt verbis tria de beato francisco ostēdunt. Primo q erat homo angelicus: cū dicit. Uidi alterū angelū. In angelo sunt quatuor cōmendabilia, de quibus dicit propheta. Qui facit āgelos suos spirit⁹ ⁊c. scz obediētie velocitas: ideo dicit angelos suos. i. nuncios magna puritas: ideo subdit spirit⁹ magna humilitas: ⁊ ideo dicit: ⁊ ministros suos ⁊ feruēs charitas ideo dicit, ignem vrentem. Propter ista quatuor beat⁹ franciscus angelo assimilatur. Primo ꝓpter obedientie prōptitudinē. Quatuor siquidē deus beato francisco p̄cepit. Primo vt aduersa letanter acciperet. Scdo vt semetipsum cōtemneret, dicēs. Francisce: amara ꝓ dulcibus sume: quo ad primū. Et teipsum contēne si me cupis agnoscere, quo ad secundū. Tertio vt suā ecclesiā repararet: sibi dixit. Francisce vade repara domū meam. Quarto vt in se tantū ⁊ nō i aliquo homine speraret dicēs. Quis pōt tibi meli⁹ facere: dn̄s an seruus, diues an paup. Ad ista quatuor precepta que ei deus precepit: valde obediēs fuit. Primo qr aduersa letanter sustinuit, vnde ipse dixit. Tm̄ est bonū qd expecto q ois pena me delectat, sz etiā de eo q malebat de se audire vituperiū q̄ laudis p̄coniū: ⁊ cū pueri postea currerent ⁊ lutū proijcerent ipse semp ad oia patiēs fuit. Ps. Opprobria exprobrātiū ceciderūt super me. Secundo seipsum cōtempsit: qr se maximū peccatorē reputauit. Unde cuidā suo fratri interrogāti quā opinionē de se haberet respōdit. Uideor mihi esse peccator maxim⁹. j. Thimo. j. Christ⁹ venit i hūc mūdū peccatores saluos facere: quorū primus ego sum. Tertio ecclesiā dei verbo ⁊ exemplo reparauit. Thimo. iij. Scias quomodo oportet te i domo dei cōuersari ⁊c. Quarto spem suā i solo deo posuit. Un̄ sepe dicere ꝯsueuit cū ꝓpheta. Iacta cogitatū tuū i domino, ⁊ ipse te enutriet. Secūdo assimilatur angelo propter suā puritatē. Laborauit nanq diabolus in cor beati Frācisci q̄druplicē suggestionē immittere. Aliquādo suggestionem fraudulentie: vt eum a feruore spiritus reuocaret dicēs. Nullus est peccator cui penitenti deus nō indulgeat: sed nimis se affligenti misericordiā denegat. Ipse autē istam suggestionē vicit ꝑ sapientiam ⁊ discretionē: sciēs q per hoc ipsum volebat a feruore reducere. j. Johan. iiij. Nolite omni spiritui credere: sz ꝓbate spirit⁹ si a deo sunt. Aliqn suggestiōe cōcupiscentie: sed istā suggestionem deuicit ꝑ carnis mortificationē, naz modo chorda grauiter se verberabat: modo se i niuē magnā proijciebat: modo cibos ne palatū allicerent: aqua frigida vel cinere ꝯmiscebat. Ad Colocē. iij. Mortificate mēbra vr̄a q̄ sunt sup terram. Aliquādo materiā auaricie quādo in via sacculum plenū pecunijs reperit: sed nullo modo accipere curauit. Tandē a socio molestatus aperiri iussit: ⁊ ecce serpēs inde exiliēs cum ipse euanuit. Ad philip. iij. Oia arbitror vt stercora: vt Christū lucrifaciā. Aliquando materia impatiētie: sicut qn̄ ipm grauiter ꝑberauit. Hebre. x. patiētia dei est vobis necessaria. Nec mirū si diabolus nunq̄ i corde ei⁹ itrare potuit qr fortissime munit⁹ fuit. Quidā em̄ vidit btm̄ frāciscū fortissimis ensib⁹ duobus in modū crucis signatū, quoꝝ vnus a capite ad pedes, alius autem a manu ad manū tendebat. Si em̄ diabol⁹ volebat in illum intrare a superiori parte per fraudulētiā sibi incidebat ense sapiētie: si ab inferiori

per cōcupiscentiā: ibi incidebat ense castitatis & cōtinent: e: si vero a dextris per prosperitatē & auaritiā ibi incidebat ense frugalitatis & tēperātie si a sinistris p aduersitatem, & in patientiā ibi incidebatur ense magnanimitatis & patiētie. Tertio assimilatur angelo per excellentē humilitatem, ppter quam quadruplicē meruit exaltationē. Primo exaltat⁹ est in ecclesia qr fact⁹ est eius sustētator. Unū summus pontifex cū lateran. basilicā subito minari ruinā cōspiceret: vidit btm frāci. eā suo dorso subito sustētare. Eccl'.ix. Ciuitas pua & viri pauci i ea. Uiri qdē multi sunt i ecclia nūero: sz pauci sunt i ea merito. Uenit cōtra eā rex magnus .i. diabolus &c. Scdo exaltat⁹ est in fama: qr toti mūdo fuit admirabilis & pclar⁹. Eccl'.xi. Est homo abundās paupertate: & ocul⁹ dei respexit illū i bonis. Tertio exaltat⁹ est i doctrina: qr fact⁹ est fructuos⁹ pdicator eccl'.xi. Sapiētia hūiliati .s. beati frācisci exaltabit caput illi⁹. Et i medio magnatorū .i. pdicatorꝝ cōsidere eum facit. Quarto exaltat⁹ est i glia: qr fact⁹ est ciuitatis celestis sūm⁹ ihabitator: sicut patet, in visiōe habita de sede sublimi. Job xxij.ca. Qui humiliat⁹ fuerit, erit i glia. Quarto assimilat angelo ppter feruentē amorē. Ipse em totus fuit dei amore plenus, quod patet p quatuor signa. Primo per corporis elevationē: qr sepe cū oraret vis⁹ est tot⁹ a terra sublevari. Ista nā qz sublevatio corporis mētis elevationē significat. Secūdo p corporis calefactionem. Interrogat⁹ tamē quō tam tenui tunica posset a frigore arceri. Respōdit. Si ignis spiritussancti interius nos calefaceret: caro nr̄a exterius frigus nō sentiret, Ps. Inflāmatū est cor meum: & renes mei cōmutati sunt. Tertio p mētis elevationem. Sācti em viri in mētis excessum rapti: exterius insensibiles reddunt: qr ab amoris violētia totalr iteri⁹ absorbent. Unū qdā vice cū sanct⁹ frācisc⁹ a populo cōprimeret: insensibilis p oīa videbatur. ij. ad Cor. xij. Scio hoiem i xpo sine in corpe, sive extra corp⁹ &c. Quarto per ignē exterioris extictionē. Martyres em dei iō sepe vim ignis nō sētiebāt: qr ignē amoris ipos frigidos reddebat. Jō beatus francisc⁹ soldano dixit qz cū sacerdotibus suis ignē intraret, & ille quem dei clemētia ptegeret, verā fidem haberet. Sciebat ei qz ignis exterior cessisset ardori fidei & ignis amoris iferni. Origenes. Mirabile gen⁹ medicamēti vt ignis ignibus extinguat. ¶ Secūdo fuit homo virtuosus quod notatur cum dicitur. Ascēdēte ab ortu solis. In hoc em qz ascēdit cum sole: notatur qz totus fuit illuminat⁹ & deificatus. Primo ascēdit totus illuminat⁹: quō totū mundū tenebrosū illuminauit. Apoc. xviij. Uidi aliū angelū ascēdētem ab ortu solis &c. Et sequit. Et terra illuminata est a glia eius. Terra nanqz est obscura, sicca, & frigida: & significat mundū vbi sunt multi obscuri .i. erronei. multi frigidi .i. negligētes & tepidi: multi duri .i. obstinati. Gen. j. Terra erat inanis qz ad tepidos & vacua: quo ad duros: & tenebre erāt sup faciē abyssi: quo ad obstinatos. Uenit em sanct⁹ frācisc⁹ portās secū tres radios: scilicet radiū doctrinarum per quā illuminauit obscuros. radiū explorꝝ p quem cōuertit obstinatos. Eccli. xliij. Tripliciter sol exurēs mōtes &c. Ipse em excussit ignorantiā in erroneis. radio doctrinarū: negligentiā in tepidis radio exemplorū: et duritiā in obstinatis radio miraculorum. Secūdo ascendit totus inflammat⁹. Habuit em carbones accēsos in ore: qr habuit ignita vba. Eccl'.xlviij. Surrexit helyas quasi ignis. In corde: qr habuit ignita desideria. Luce vl. Nōne cor nr̄m ardēs erat i nobis &c. In corpore: qr habuit ignita stigmata. Eccl̄a. xxxviij. Uapor em vrit renes ei⁹. In sua actiōe: qr habuit ignita opa Jōb. xxxvij. Nōne vestimēta tua cādida sunt &c. Tertio ascēdit totus deificatus. Ex eo em qz cū sole ascēdit: eius similitudinē induit p stigmata q̄ portauit Mat. xvj. Si qs vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucē suā et sequatur me. Tertio fuit homo diuinus. Et hoc tangitur cū dicit. Habentē signum dei viui. Istud signum portauit in cor de p amoris vulnerationē Canticorꝝ .iiij. Uulnerata charitate ego sum &c. In corpe p macerationē. ij. ad Corin. iiij. Sēp mortificationē iesu in corpore vestro circumferentes. In parte p stig-

matum impressionem Canti.viij. Pone vt signaculum me super cor tuum: hoc refertur ad vulnus cordis per amorem: vt signaculum super brachium tuū. Hoc refertur ad vuln⁹ stigmatū p impssionē: qr fortis est vt mors dilectio: hoc refert ad vulnus corporis p macerationē. Sancti enim viri per dilectionem quam in se feruenter gerūt: oīa vitia in se extinguunt.

¶ Sermo.cclxiiij.

De stigmatibus Francisci sermo pm⁹.

Ego enim stigmata dñi nostri iesu Christi in corpore meo porto Gal. vi. In his vbis que ad honorē beati frācisci leguntur tria implicantur. Primuz est quia stigmata portauit quod fuit indiciū magne charitatis. Quinqꝫ em̄ fuerunt in corde eius que fuerūt causa stigmatū in eius corpore. Primum fuit vehemens imaginatio: ꝙ autez imaginatio imprimat patet per duo exempla que ponit hierony. in glo. Genes.xxx. Unum est ꝙ duz quedam mulier ethiopem peperisset: ex hoc a viro suspecta haberetur inuentum est hoc sibi accidisse ex quadam imagine ethiopis quam ipsa cōspexit. Aliud exemplum est ꝙ cū quedam mulier filium parentibus omnino dissimilem peperisset: et ex hoc suspecta haberetur, inuentuz est ꝙ talis imago in cubiculo habebatur. Dicit em̄ philosophus in lib. de animalib⁹ Quod cum quedam gallina gallum vicisset galline ex imagine. s. victorie crista ꝛ calcanea sunt exorta. Sanctus ergo francisc⁹ in visiōe sibi facta imaginabatur. Seraphi crucifixū ꝛ tā fortis imaginatio extitit ꝙ vulnera passionis in carne sua impressit. Secundū fuit vehemens dilectio ꝙ em̄ amor hꝫ virtutem imprimēdi. Dicit Hugo de sancto victore. Scio anima mea ꝙ quicquid diligis in eius similitudinem transformaris. Quia igitur amor passiōis dñice in corde beati frācisci ardebat fortiter et feruenter: ideo in carne sua faciebat mirabilia. prouerbiorum.vi. Nunquid potest homo ignem abscondere in sinu suo vt vestimenta non ardeant. Tertiū fuit vehemens admiratio, ꝙ em̄ admiratio imprimat ostendit Augu. contra Julianū adducēs exēplū ouiū iacob ꝙ ex quadā admiratiōe virgaꝝ fet⁹ varios cōcipiebāt. videbat aūt frācisc⁹ seraphin crucifixū: ꝛ admiratione ꝛ stupore nimio replebat. Eze.i. Hec erat visio discurrēs i medio aīaliū splēdor ignis, ꝛ de igne fulgor egrediēs. Quartum fuit vehemēs meditatio: ꝙ āt meditatio imp̄mat, sufficiēter ptz. Ecclesia.xij. Ubi dr. Frequēs meditatio carnis afflictio est. P̄s. In meditatione mea exardescet ignis. Jstā meditationē habuit frāciscus, q̄ xp̄i passionē quotidie meditari non cessauit. Deutero.vi. Meditaberis sedēs in domo tua. Quinto fuit vehemēs ipsi⁹ cōpassio, ꝙ aūt ꝯpassio imprimat ptz: qr gallina ad pullos suos tāta cōpassiōe afficit ꝙ tota infirmari vr. Sic Frācisc⁹ ad xp̄i passionē tāta cōpassiōe mouebat: vt cum ei⁹ passio in mēte veniret: tot⁹ liq̄fieret ac vix lachrymas cōtineret. Cātico.v. Aīa mea liq̄facta est vt dilect⁹ locutus est ꝛc. Scdo p hoc ꝙ portauit stigmata dñi ostēdit ꝙ fuit preconiū maxime familiaritatis. Christ⁹ em̄ dedit beato Frācisco stigmata tanq̄ arma sua vexilla sua: sigilla sua ꝛ testimonia sua. Jpse nāqꝫ erat miles Christi: signifer xp̄i: legat⁹ Christi: et p̄co xp̄i. Q: igit erat miles xp̄i. Jpse xp̄s dedit sibi stigmata tanq̄ arma sua. Hoc ptz ex eo ꝙ visus est munit⁹ duob⁹ ensib⁹ in modū crucis: ita ꝙ diabol⁹ nō poterat intrare in cor suū: nec a superiori per aliquā vanaꝫ spem: nec ab inferiori per aliquem inordinatū amorē: nec a dextris, p aliquā inordinatā leticiā: nec a sinistris p aliqnem inordinatum dolorem. Secundo fuit signifer xp̄i: ideo dedit sibi stigmata tanq̄ vexilla sua. Ad vexilla siquidē regalia hostes terrent, qui fugerēt reuertunt, principes animantur: ꝛ ceteri cōgregant. Legitur ꝙ quidā ex reuelatiōe diuina vidit crucē aureā, ex ore Francisci pcedentē: cuius summitas celum tangebat: cui⁹ brachia videbant vsqꝫ ad fines mūdi extēdi p hoc ꝙ sūmitas celos tāgebat significabat ꝙ angeli ad visionē stigmatū trahebant i magnā admirationē. Per brachiū inferi⁹ significabat ꝙ demones ducebant ad magnā ꝯfusionē.

Per brachiū sinistrū qđ ꝓtēdebat ad aquilonē significat ꝙ peccatores in dei amorē frigidi ꝓuocant ad ꝯuersionē. Per brachiū dextrū qđ protendebat ad austrū, significabat ꝙ fideles in dei amore feruētes, inducebantur ad deuotionē. Tertio qđ erat legatus dei idcirco dedit stigmata tanꝗ signa sua: ipse quidē tanꝗ legatus Christi, bullā summi pontificis secum ferebat. Unde et in vita sua signo thau literas sigillare cōsueuerat. Tanꝗ legatus signa pontificalia secum deferebāt. Unde quidā in eius frōte vidit signum thau varietate colorum distinctum: qđ eius frontē miro venustabat ornatu. Tanꝗ legatus pctā remittebat: vnde cuidā cū baculo q̄ figurā thau in se habebat. apostema fregit et sanatus fuit. Tanꝗ legatus benedictionē dabat. Unde appropinquāte hora mortis in modū crucis manibus cācellatis fratres benedixit tanꝗ legatus synodo intererat. Unde cū quadā vice a prouinciali capitulo corporaliter defuisset visus est a quodā ibi consistere in spiritu et in modū crucis fratres benedicere. Quarto quia erat preco dei, dedit ei stigmata tanꝗ signa vel testimonia sua vt ab omnibus preco dei cognoscerent: et verba illius quasi ex ore dei reciperent. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili quasi os meū eris. Unde cū quidā rustici eū interrogarent quis ipse esset: et ipse se dei preconem esse diceret. eum innixes ꝓiecerūt dicentes. Jace ibi rustice preco dei. Tertio ostēditur per hoc ꝙ stigmata in corpore suo portauit qđ fuit argumentū omnimode veritatis. Quod multipliciter ostendi pōt. Primo ex seraphica visiōe. Uidit enim beatus Franciscus xpi passionē meditando reuolui vnū de seraphin sex alas habentem et inter alas erat effigies Christi crucifixi. Disparēs autem in corde suo mirabilē reliquit ardorē et in corpe suo stigmatū impressionē. Secūdo ex sāguinis emissiōe ex dextero enim latere tanꝗ lācea trāsfixo sepe sanguis exibat: q̄ tunicā et femoralia respergebat. Alias enim sāguinē nō emisisset si vera stigmata nō fuissent. Tertio ex sensibili dolore. Cū enim quidā frater scapulas eius cōfricaret et vulnus lateris sic tetigisset beatus Frāciscus ad eius tactū dolorē sensit, et maxime exclamauit. Alias enim dolor ibi nō sentiretur nisi vera stigmata haberentur. Quarto ex multorum fideli attestatione, quia multi tā in vita ꝗ̄ in morte ista stigmata viderūt, tetigerūt et osculati fuerūt i. Joānis. i. Quod audiuimus et qđ vidimus oculis nostris etc. Quinto ex multorum miraculorum ostensione: nam ex signis ipsis modo certificat dubios, sicut patet in papa Gregorio. Modo iuuat deuotos, sicut patet in milite sibi deuoto, q̄ lethaliter fuit vulneratus. Modo cōuertit incredulos: sicut patet in clerico de eius stigmatibus dubitāti, et in manu sua vulnus recipiēti.

¶ Sermo. cclxv. De eodē. Ser. iiij.

Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. Mathe. xi. In pñti euangelio quatuor persone inuitantur vt ad xpm veniant, scz fatigati. i. auari: q̄ sunt in cōtinuo labore onerati. i. superbi: quia superbia nimis est ponderosa: famelici. i. luxuriosi: et separati. i. sine iugo discipline diuisi. Dicat ergo beatus Franciscus. Uos fatigati labore auaritie venite ad me pauperē: et ego refouebo vos. Uos onerati pondere superbie venite ad me humilē et alleuiabo vos. Uos autem famelici fame cōcupiscētie, venite ad me amore dei flagrātē, et ego reficiā vos. Uos diuisi a iugo discipline, venite ad me iugū obedientie feruētē et ego pacificabo vos. Habuit igitur Frāciscus paupertatē per quā fatigatos labore auaritie refouebat. Eius autem paupertas fuit spōtanea. Cū enim quadā die euangelium legeretur in quo dñs discipulos sine auro et argento et calciamentis mittebat: continuo ad omnia adimplēda se accinxit. Secūdo fuit extrema, quia nudus ad cōuersionē venit: quia etiam cum vestibus patris auaritie resignauit: et nudus de nudo exiuit: quia nudus super nudam se poni fecit. Tam extrema fuit ꝙ non solum pauper sed paupertas poterat appellari, sicut patet in tribus mulieribus q̄ ipsum taliter salutauerūt. Tertio eius paupertas humilis et deuota, libētius

vtebat eleemosynis hostiatim quesitis, & sponte oblatis dicens illum panem esse angelicum, qui dabatur inspirationibus angelorum. Ps. Panem angelorum manducauit homo. Secundo habuit humilitatem profundam per quam oneratos presuperbia alleuiabat. Cuius humilitatis sunt quinque gradus. Primum est laudes hominum fugere. Mallebat enim de se audire vituperium quam laudis preconium: vnde cuidam fratri preceperat: vt cum populus eum laudaret, ipse in eum verba vilitatis inferret. Secundus gradus est humilia sentire de se: vnde a quodam fratre interrogatus quam opinionem haberet de se: respondit. Uideor mihi esse maximus peccator. Tertius est in hac vita semper se timere: vnde cum ab aliquo populo beatificaretur: dicebat. Noli me laudare tanquam securum adhuc filios et filias habere possum reuertens ad seculum nemo laudandus, cuius exitus est incertus. Quartus est inferioribus obedire, voluit enim magis subesse quam preesse: vnde generali cedens officio guardiani parebat voluntati: et socio suo cum quo ire solitus erat: obedientiam promittebat. Quintus gradus est de opprobriis hominum non curare: vnde cum tempore hyemali indutus panniculis, orationi tremebundus insisteret dixit ei quidam: vt de suo sudore vnam sibi nummatam venderet. Ille respondit. Non tibi: sed domino meo vendo. Tertio habuit dei amorem feruentem, per quem concupiscentie fame oneratos spiritualiter reficiebat: cuius amor feruidus patet per orationes feruidas quas faciebat. Eius namque orationes fuerunt multe dulcedinis, feruoris, virtutis, potestatis et gratie. Tante dulcedinis vt in ea facerent mentis excessum et eleuationem. Tanti feruoris vt in eo inducerent corporis eleuationem. Tante virtutis vt in hominibus facerent magnam immutationem: vnde cum pro quodam abbate oraret, ille subito tantam sensit immutationem et dulcedinem mentis, quantam in vita sua non fuerat expertus. Tante potestatis vt diabolo faceret magnam confusionem. Cum enim ciuitatem Assisii et totam illam regionem draco videretur absorbere ille orauit, ac statim euanuit draco. Tante gratie vt sibi impetraret peccatorum remissionem. Cum enim quadam die peccata defleret, a spiritu sancto certificationem accepit quod dominus sibi peccata sua dimisit. Quarto habuit perfectam obedientiam per quam illos qui erant sine iugo discipline pacificauit. Cuius obedientia tanta fuit quod non tantum obediebat suo superiori. i. deo non solum suo equali i. cuilibet alteri prelato: sed suo inferiori quia guardiano suo obedientiam promittebat: et quia sic obediens fuit: idcirco omnia elementa et omnes creature sibi obediebant: aer namque induit nouam claritatem: quia cum ipsum et socium suum caligo tenebrosa inuolueret, ad eius orationem tandem tanta claritas radiauit, quod ipsos vsque ad hospitium letos perduxit. Ignis induit nouam lenitatem: quia cum ipse ex nimio oculorum dolore infirmitatem incurrisset et oporteret sibi cum igneo ferro cocturam fieri ille sibi ferrum candens signauit: quod nullum dolorem sensit. Aqua induit nouam tranquillitatem: quia cum quidam naute naufragium formidarent: inuocato eo tranquillitas est secuta. Aqua etiam induit nouum saporem: quia ad eius orationem in vinum optimum est conuersa. Terra induit nouam fertilitatem quia per eius merita sepe fertilitas magna fuit. Eius etiam oratione terra fontem aque dedit. Obediebant etiam ei cetere creature: scilicet creature que habent tantum esse: sicut patet in lapide: quo caput mulieris contriuit: que habent viuere sicut patet in petro salino miraculose inuecto que habent sentire: sicut patet in auibus in quibus homo propter peccatum triplex amisit dominium: quia aues audita voce fugiunt: et se contractari non permittunt et viso homine a cantu desistunt. Sed reuera ei obediebant: quia vocate veniebant et se ab ipso tangi permittebant, et iusse cantabant: et iusse se subticebant: sicut in legenda continetur. Obediebant etiam ei creature que habent discernere. s. homines non solum viui sed etiam mortui, quia plurimos suscitabat. Obediebant etiam ei creature intellectuales scilicet angeli non solum boni qui coram ipso in infirmitate posito dulciter cantauerunt, sed etiam mali qui ad eius imperium sepe fugerunt. Unde cum ciuitas reatina intestino bello periret vidit supra portam demones exultantes. vnde socium de eius mandato clamauit. Ex parte dei omnipotentis et iussu serui eius Francisci discedite demones vniuersi, et statim demones fugerunt et sunt fugati et ciues pacificati.

¶ Sermo. cclvj. De sancto Dionysio martyre. Sermo primus.

Quidā viri adherētes paulo crediderūt: in qb⁹ Dionysi⁹ ariopagita.ec. Actuū.xvij.in ista collucatione quā habuit paulus cum dionysio stoicis ꝛ epicuris quatuor ternarij ponuntur sicut ex ipso textu manifeste habetur. Primus ternari⁹ est: qꝛ ibi sunt qdā irridētes quidā dubitantes ꝛ quidā credentes. Irridentes erant qui dicebāt quid vult seminiverbius iste dicere. Dubitantes qui dicebāt audiem⁹ te de hoc iterū. Dionysius aūt nō erat de numero irridentiū: sed de numero dubitantiū ꝛ tandē fact⁹ est de numero credentiū. Uñ Aug. in quodā sermone tractans verba pdicta: inter irridētes ꝛ credētes mediȷ sunt dubitātes. Qui irridet cadit: qui credit stat: ꝛ qui dubitat ille fluctuat. Audiemus te inquiūt: de hoc iterū incerti an casuri essent cū irridentibus an staturi cū credentib⁹ hodie aūt iste ternari⁹ multus viget. Sunt nanqꝫ multi irridentes. Prouer.xv. Stultus irridet disciplinā patris sui et tales a deo irridebūtur. Ps. Qui habitat i celis irridebit eos.ec. Sunt etiā multi dubitātes qui nec cadūt cū irridentib⁹: nec stāt cū credentib⁹: sed fluctuant cum hesitantib⁹. Jac.j. Qui hesitat similis est fluctui maris q a vēto mouetur ꝛ circumfertur. Pauci autem hodie sunt veri credentes qui scꝫ habēt fidē cū spe vera ꝛ cum dilectione sincera: ꝛ cum operatione sollicita. Luce.xviij. Fili⁹ hominis veniens putas inueniet fidē in terra. Secundus ternarius est quia ibi erāt quidam epicuri: quidā stoici: ꝛ qdā christiani. Isti autem in aliquib⁹ conueniebāt ꝛ in aliquibus disconueniebant. Conueniebāt nanqꝫ in appetitu beatitudinis sꝫ discōueniebāt in modo appetēdi. Appetitus enī felicitatis omnibus est ꝯmunis. Aug. Oēs philosophi disputādo, studēdo, ꝛ viuendo petierūt apprehēdere vitā beatā appetit⁹ autē vite btē philosophis: christianis: bonis ꝛ malis est cōis. Discōueniunt autē in modo. Epicuri nāqꝫ ponūt summū bonuꝫ in voluptate corporis. stoici vero in virtute animi: sꝫ christiani in dono ꝛ gratia dei. Est et alia conuenientia ꝛ differentia quam ponit Beda iter epicureos: stoicos ꝛ xp̄ianos. Nā epicuri ponūt felicitatē hoīs in solo corpore cōsistere. Stoici in sola aīa sꝫ paul⁹ ꝛ xp̄iani ponūt in corpore ꝛ aīa nō in phīa nec ex se: sꝫ ex grā dei. Epicuri igr̄. vt dicit btūs Augu. in pdicto sermone dicūt. Comedam⁹ ꝛ bibamus cras enī moriemur. Christiani vo nō dicūt comedam⁹ ꝛ bibam⁹ sꝫ poti⁹ dicūt aut dicere debent. Jeiunem⁹ donem⁹ ꝛ orem⁹ cras enī moriemur. Aut si hec tria nolūt dicere: saltē dicāt duo, scꝫ ista duo donem⁹ ꝛ oremus poti⁹ q̄ ieiunem⁹. Stoici aūt dicere possunt virtutē animi a nobis habeamus et possideamus cras enī moriemur. credebant enī virtutes polyticas a se hr̄e ꝛ sic se beatos esse. Hodie aūt sunt multi epicuri de qb⁹ dr̄. phil'.iij. Quoꝝ de⁹ vēter est: ꝛ gloria in cōfusiōe eoꝝ qui terrena sapiūt. Sunt etiā hodie multi stoici q de se ꝛ de sua virtute cōfidūt. ps. Qui cōfidūt in virtute sua ꝛ in multitudine diuitiaꝝ suarū. Glo. Pauci vero hodie repeꝛiunt veri christiani. Sunt enī veri christiani q corp⁹ suū macerāt ne sint epicuri: ꝛ i deo spem suā ponant ne sint stoici. Aug. Uirtutē querebas dicit beatus paulus cui⁹ nō voluptas carnis non virtus ꝓpria: sꝫ cui⁹ est dn̄s deus ipsius. Hec eniꝫ doctrina christianoꝝ incōparabiliter preferenda doctrinis immūdicijs epicureoꝝ ꝛ superbijs stoicoꝝ. Terti⁹ ternarius est: qꝛ ibi erāt quidā curiosi q semper volebāt audire vel dicere aliqd noui, quidam superstitiosi qui dediti erāt cultui idoloꝝ, quidā vero maliciosi qui doctrinā beati Pauli demonib⁹ attribuebāt. Hodie etiā iste ternarius multū viget. Sunt enī multi curiosi q superuacua inquirunt ꝛ se relinquūt. Bern. Stude cognoscere teipsum qꝛ melior es si teipsum cognoscis q̄ si te neglecto cognosceres cursum sydeꝝ virtutes herbarū ac cōplexiōes hoim: ꝛ naturas animaliū ꝛ haberes sciētiā oim celestiū atqꝫ terrestriū. Sunt etiā multi supstitiosi. Sm̄ Isidoꝝ. Superstitio dicit̄ quasi sup statuta: qꝛ tales statuta maioꝝ despiciūt ꝛ sua anteponunt. Sunt etiā multi maliciosi qui scripturā sacrā dicūt esse diabolicā. Esa.v. Ue q dicitis bonū ma=

lum z malū bonū. Sed beatus dionysi⁹ licet aliqñ fuerit curiosus scientiā philosophicā sectando: aliqñ superstitiosus superstitiosum cultum idolorū tenendo nō fuit: tñ maliciosus sȝ auditor deuot⁹ doctrinā beati pauli deuote suscipiēdo. Quart⁹ ternari⁹ est q̄ cōsistit in beneficijs a deo receptis quē ponit paul⁹ dicēs. In ipso viuim⁹ mouemur: z sumus. Adeo si q̄dē recipim⁹ esse nature vitā grē z motū operatiōis bone. Gen. i. Fecit deus hominē de limo terre: ecce ē nature. Et inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite: ecce esse grē: z posuit ipm in paradiso vt operaret z custodiret illā: ecce motum operationis bone.

¶ Sermo. cclxvij. De eodē. Ser. ij.

REfulsit sol in clypeos aureos z ereos z resplēduerunt montes ab eis zc. i. Mach. i. Ex his verbis de btō Dionysio z socijs ei⁹ tria ostendunt. Fuit enī primo a deo valde illustrat⁹: cū dicit Refulsit sol. Et hoc triplici radio. Primo radio celestis sapiētie q̄ acquisiuit diligētē exercitationē z sollicitudinē. Adeo quidē fuit diligēs: q sicut ipse insinuit in epla ad apolophanā de athenis vsq ad heliopolim egypti studio acquirende sciētie profectus est. Didicit p gerothei z pauli eruditionē. Un in lib. de di. no. postq̄ se accusauit quare post gerotheū scripsit ait z iniuriā facimus z magistro z amico existēti z nos ex eius eloquijs post diuinū paulū introducti. Didicit p assiduā orōnē. Un in libr. de di. no. Opȝ enī orōnibus pri⁹ ad ipm sicut boni principē pduci z magis propinquantes i hoc doceri optima dona circa ipm collocata. Scdo fuit illustrat⁹ radio reuelatiōis diuine q̄ fuit triplex. Prima est q spū pphetie claruit. Prophetauit enī Joāne euāgelista in exiliū relegato q inde esset reuersur⁹. Un ait i epla quā sibi misit dicēs: gaude vere amabilis z infra ex custodia q̄ est in pathmos demitteris: z ad terrā Asiā reuerteris. Et facies ibi bonas dei mutationes: et his q̄ erūt post te trades. Scda est qua assumptiōi beate marie interfuit: sicut ipse in lib. de di. no. insinuare videt: loquens ad Timotheū. Nos inquit vt nosti z ipsi et multi sctōꝝ fratrū cōuenimus ad visionē corporis vite pncipis: z q̄ deū suscepit: aderat autem z frater dei iacobus z petrus summa pfectissima theologoꝝ summitas. Tertia est qua ordines officia z dignitates angeloꝝ pfecte agnouit. Paul⁹ enī in tertiū celum raptus q̄ hec oīa cognouit ipm edocuit. Tertio fuit illustratus radio oratiōis deuote de qua sic dicit in lib. de diui. no. Nosipsos ergo extēdam⁹ orōnib⁹ ad diuinoꝝ z beatorū radioꝝ altiorē inspectū. Per orationes enī sursū ad diuinorū cognitionē trahimur nō deū ad nos trahētes. sȝ nosipsos ad deū extēdētes. Et ostēdit hoc Dionysi⁹ triplici exēplo. Primo exēplo chatene luminose extense: z funis z nauis ad petrā impingētis. In pmo exēplo tria ponit: assimilat enī orationē chatene luminose z de super extēte. Oratio enī dr chatena inquātū p ipam ad deū trahimur. Dicit luminosa inquātū p ipam illuminamur. Dicit extēta inquātū desup nobis a deo īfundit. In scdo exēplo siliter tria ponūtur scȝ nauis, funis, z petra. Nauis est aīa nr̄a: funis oratio deuota: petra autē xp̄s: p funes ergo orōnū trahimus aīaȝ nr̄am ad petrā scȝ xp̄m nō ipsuȝ xp̄m ad animā nr̄am. In tertio exēplo siliter tria ponūtur scȝ nauis petra, z impulsus ad petrā. Aīa enī nr̄a in petrā impingit: qñ peccatū mortale cōmittit z quāto impingit forti⁹ tāto se a deo elōgat ampli⁹. Secūdo ipse cū socijs suis fuit valde munitus qd notat cū dr In clypeos aureos z ereos. Ipse enī fuit clype⁹ dei inquātum habuit fidē dei. Ephe. vi. In omnib⁹ sumentes scutū fidei. Tūc aūt iste clypeus est aure⁹ qñ fides est cū charitate z tunc est ereus qñ nō pōt aliqua possessiōe frāgi. Tali clypeo fuit munit⁹ btūs dionysius. Fuit enī diuersis supplicijs examinatus: sȝ semp māsit inuictus. Fuit ter militū manib⁹ flagellatus ad instar beati pauli q̄ dr. Ter virgis cesus sum. Fuit super cratē ferreā assat⁹ instar beati laurentij: fuit ad ferocissimas bestias proiectus instar danielis z ignacij. Fuit in cha-

banū iactatus instar trium puerorꝝ. Fuit crucifixus instar xp̄i. Fuit capite truncat⁹ ad instar pauli. Sed tamē flagella amiserunt virtutē seuiēdi ꝓpter virtutū munitionē. ij. Corin. vj. Per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris. Cratis ferrea amisit virtutē comburēdi: ⁊ hoc ꝓpter ignitam dilectionem. Origenes. Mirabile gen⁹ medicamenti vt ignis ignibus extinguatur. Bestie amiserunt virtutē seuiendi et hoc ꝓpter crucis oppositionē: mox enī vt crucē opposuit eas mãsuetissimas fecit. Job. v. Bestie terre pacifice erūt tibi. Clibanus amisit virtutē vrendi ⁊ hoc ꝓpter aure spūssancti refrigerationē. Daniel. iij. Fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantē. Patibulū crucis amisit virtutē cruciãdi: ⁊ hoc ꝓpter dn̄ice passionis recordationē. Greg. Si passio xp̄i ad memoriā reducit nihil est quod non equo animo tolleret. Gladi⁹ amisit virtutē occidēdi. Gladius eñ ipsum nō occidit: sꝫ ꝑ amorē ad vitā perduxit. Tertio fuit ceteris ad illuminationem dat⁹. quod notat cū dr̄ Et resplēduerūt montes ab eis. Est eñ dat⁹ fidelib⁹ ad illuminationē ⁊ cōsolationē propter beneficia quē impēdit. Adiuuat eñ deuotos: punit indeuotos: recipit penitentes cōuersos. Deuotos quidem adiuuat in vita, in morte ⁊ post mortē In vita sicut patuit in dagoberto regefrancorū sibi deuoto quē sepe ab ira patris eripuit. In morte sicut pꝫ: qr cū legati michaelis imperatoris libros dionysij de nouo trãslatos ludouico misissent nouēdecim infirmi curati sūt quorꝝ aliq̄ erãt ad mortē dispositi. Post mortē sicut pꝫ in suprascripto dagoberto: cui⁹ aiam a demōib⁹ liberauit. Indeuotos etiã punit: sed penitētib⁹ parcit sicut patet i clodoueo rege q̄ brachiū dionysij frangēs in amentiã vers⁹ est sꝫ postmodū penituit ⁊ sanitatem recepit.

¶ Sermo. cclxviij. De eodē. Sermo. iij.

Iustorum anime in manu dei sunt: ⁊ nō tãget illos tormētum malicie ⁊c. Sap. iij. Qr deus beatū dionysiū socios ⁊ suos manu sue gratie cōuertit iuxta illud ps. Emitte manum tuam de alto ⁊c. conseruauit iuxta illud Joã. x. Nō rapiet eas q̄sq̄ de manu mea coronauit: iuxta illud Sap. v. Accipient regnū decoris ⁊ diadema speciei de manu dn̄i. Ideo verba premissa de ipso ⁊ sociis ei⁹ recte exponuntur. In quibus verbis describit q̄tū ad quinq̄. Primo q̄tum ad vite perfectionē cum dicit Justorū aie. Fuit eñ iustus: qr vnicuiq̄ ius suū reddidit, scꝫ deo: pximo: ⁊ sibi. Fuit eñ ordinatus q̄tū ad deū ꝑ intimã contemplationē. Ascendit eñ ad deū ꝑ tres gradus cōtemplatiōis quos ipse distinguit in lib. de. di. no. scꝫ ꝑ sensibiliū manuductionē: per intellectualē operationē: et ꝑ immediatã ⁊ felicē vnionē. Ipe q̄ dē ante suã cōuersionē fuit magnus philosoph⁹ postmodū factus est verus xp̄ianus postmodum a btō paulo ⁊ gerotheo in diuinis factus est valde ꝑfectus. Inquantū igit fuit philosophus ascēdebat in deū ꝑ creaturarū manuductionē Rom. j. Inuisibilia eñ dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta sunt intellecta cōspiciunt: inq̄tū factus est xp̄ianus ascēdebat ꝑ intellectualē opatione. ps. Da mihi intellectū vt discã mãdata tua. Inquãtū fuit in diuinis valde ꝑfect⁹ ascēdebat ꝑ imediatã vnionē. ij. Cor. iij. Nos aūt reuelata facie gloriã dei speculãtes. De isto triplici gradu dr̄ Prouē. iiij. Justorꝝ semita quasi lux splēdēs ꝓcedit ⁊ crescit vsq̄ ad ꝑfectū diē. Primo nãq̄ iust⁹ de deo icipit habere aliquē splēdorē qn̄ creaturis respicit deinde ꝓcedit ad maiorē cognitionē qn̄ in animo ipm q̄rit ⁊ tãdē crescit vsq̄ ad ꝑfectū diē qn̄ se sibi totalr ꝑ amorē vnit. Scdo fuit ordinat⁹ q̄tū ad pximū ꝑ cōpassionē. Displicebat eñ sibi qn̄ aliq̄s erat nimis auster⁹. Erãt tūc duo sancti viri q̄ nimis erãt austeri scꝫ carp⁹ et demophilus. Unde volēs ipm demophilū ad ↄpassionē inclinare epistolã sibi scripsit in qua de ipso carpo exemplū mirabile recitauit. Cū eñ quidã fideles quēdam xp̄ianū puertissent tantã carp⁹ turbatione habuit ꝙ infirmitatē icurrit quotidie rogans deū vt ipsos puniret. Ecce i dormo sua q̄dã fornax apparuit ⁊ iuxta illã illi duo valde tremuli stãtes q̄ retro a q̄busdã impingebant ꝑ aūt a serpētib⁹ de

fornace surgētib⁹ trahebāt. Respiciēsq; carp⁹ vidit celū apertū ⁊ iesum cū multitudine angelorū: sed a deo delectabat in punitione istorū q̄ vix respicere volebat ad celū. Tandē iesus ad ipm descēdēs homines eripuit ⁊ carpo dixit. Percute me parat⁹ sum eñ adhuc p̄ oib⁹ saluādis pati: ⁊ hoc mihi amicū q̄ non peccēt hoies. Ecce tria v̄ba mirabilis pietatis. Unū qñ dixit p̄cute me vt illoꝝ vindictam in semetipm retorqueret. Aliud qñ dixit q̄ si possibile eēt adhuc p̄ hoibus saluandis pati parat⁹ esset. Tertiuz qñ dixit q̄ valde sibi amicū est vt hoies abstineāt a peccatꝫ. Tertio fuit ordinat⁹ q̄tū ad se p̄ magne sanctitatis p̄fectionē p̄pter quā honorat⁹ fuit a xp̄o: ab angelo ⁊ a mundo. Christus nāq; ad ipm in carcere descendit: ⁊ missam celebrāti panē obtulit dicens. Accipe hoc chare meus q: mecū erit merces tua magna. Angeli honorauerūt: ⁊ q̄tū ad corp⁹ qñ corpus dionysij caput inter sua brachia angelꝫ cū laudib⁹ p̄cedentib⁹ fere p̄ duo miliaria deportauit. Et q̄tū ad animā: q: multis laudib⁹ animā eius ⁊ sociorū angeli deportauerunt ad celum. Totus ēt mundus ipm honorat. Unñ dixit sibi christus. Memoria tua erit in laude. Eccli. xliiij. Sapiētiā sanctoꝝ narrāt populi ⁊c. Secūdo describit q̄tū ad suā cōuersionē: cū d̄r: in manu dei sunt. Prius quidē erāt in manu sinistra sed postmodū in manu dextera dei venit qñ de statu infidelitatꝫ xp̄s ipsum conuertit. Cuius conuersionē tria causarunt. Primū est obscuratio. Uidēs eñ Dionysi⁹ eclypsim factā in passione domini nō esse naturalē: tū quia luna erat imperfecta distātia a sole: tū quia eclypsis lumen nō aufert ab omnib⁹ partibus terre tū q: p̄ tres horas durare nō pōt Dixit. Ordo nature peruertitur aut elementa mentiunt aut de⁹ nature patit ⁊ elemēta sibi cōpatiunt. Scd̄m est pauli predicatio. Act. xvij. Quidā viri adherētes paulo crediderūt: in qb⁹ dionysi⁹ ariopagita ⁊c. Tertiū est cuiusdā ceci illuminatio sicut in legēda habet. Tertio describit seu cōmendat q̄tū ad peccati vitationē: cū d̄r: ⁊ non tanget illos tormētum malitie. Malitia post suā cōuersionē ipsum nō tetigit: sed semper se in puritate seruauit: qd̄ triplici exemplo ostendit. Primo q: se a minimis in puritatib⁹ emūdauit. Unde dicit in eccl. hier. Et enim accedentes ad diuinū sacrificiū mundari conuenit etiam ab vltimis animi fantasijs. Secūdo quia se ad puritatē sepe inducebat. Unñ dicitur in lib. de di. no. Sāctitas vt scd̄m nos dicatur esse ab omni immūdita libera et p̄fecta ⁊ omnino immaculata mūditia. Sicut enim d̄r. Mat. vj. Ex abundantia cordis os loquit. Tertio quia tēporalia contēnebat vbi supra dicit. Si illi quos dicis fetōs diligunt ea que sunt super terram inherentes materie corruptibili ab omni diuino amore ceciderunt et nō noui quomodo sancti vocentur. Quarto describit q̄tum ad suam passionem: cum dicit Uisi sunt oculis insipientiū mori. Unñ d̄r visi sunt insipientibus: quia in veritate coram ipsis insipiētibus non sunt mortui: sed viui. Quod patet: quia sancto regulo ep̄o arelatēsi, missam celebranti tanq̄ tres colūbe apparuerunt habentes in suis pectoribus litteris sanguineis nomina ipsorū scripta. Ideo autem apparuerunt in specie colūbe sanguine tincte ad innuendum q̄ iuerunt ad celum per gemitum penitenter per simplicitatem innocentie et per sanguinem passiōis proprie. Quinto describitur q̄tum ad suam glorificationē: cum dicitur Illi autē sunt in pace de qua pace dicitur Esai. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Eorum namque pax est pulchra secura ⁊ opulenta. Tunc enim est pulchra quando fit hostibus superatis. Esaie. nono. Iugum enim oneris eius: et virgam humeri ei⁹ ⁊ septrum exactoris eius superasti. Tūc est pax secura quando fit hostibus exterminatis. Esai. vigesimoquinto. Precipita mortem in sempiternum. Leuit. vigesimoquinto. Dabo pacem in finibus vestris tunc est opulenta quando fit hostibus expoliatis. Tunc enim expoliabuntur egyptij ditabuntur hebrei. Exo. xij. Expoliauerūt egyptios.

¶ Sermo. cclix.

De sancto Luca. Sermo. j.

Salutat vos lucas medicus charissimus. Coll.iiij. Ad honorem salutatis prosequimur istud verbū salutatiōis vbi beatus lucas a quatuor commendatur. Primo a pure salutis procuratiōe: cū dicit Salutat vos.i.salutē eternā exoptat. Quā siquidē salutē dupliciter procurauit. Primo verbo euāgelice cōscriptionis. Unde potest sibi cōuenire qd legit Eccl.xxxviij. Sapiētiā scribe in tpe vacuitatis. In humano siquidē genere triplex erat vacuitas. De qua dicit Gen.j. Terra autem erat inanis et vacua &c. Uacua quidē erat affectiua dei dilectione. Uñ dicitur inanis: operatiua: meritoria actione. Ideo dicit et vacua: et intellectiua dei cognitiōe. Id dicit Et tenebre erant super faciē abyssi. Contra istā triplicem vacuitatem lucas triplicē scripsit sapiētiā scz euāgelicā: vt illuminaret intellectiuā ad dei cognitionez. Esa.xj. Repleta est terra sciētia dni. &c. Apostolicā, id est actus apostolo. vt animaret operatiuā ad meritoriā actionē. In ipsis nāq actib⁹ ostēdit qliter apli fuerūt fortes ad operandū et ad quodlibet aduersum sustinendū. Iac.v. Exemplū accipite fratres lōganimitatis: laboris et patientie &c. Epistolarē, id est epistolā: ad hebreos. Nā sicut dr in plogo sup epistolā ad Heb. Illā scriptā lingua hebraica apls misit cui⁹ sensuz et ordinē retinens Lucas post mortē apostoli eaz greco sermone cōposuit. In illa autē epistola intendit apostolus iudeos a legalibus obseruātijs auertere: et ad legē charitatis et amorē christi ipsos inflammare. Secūdo nostrā salutē procurauit exēplo salutifere informationis. Tria nanq habuit p que nobis fuit in exēplū scz innocentiā veram. Hieron. Seruiens deo fuit sine crimine. Penitentiā durā. Unde dicit Crucis mortificationē in suo pectore p tui nois amore portauit: et finalem perseuerantiā. Hieron. lxxxiiij. annorum obijt in bithinia plenus spiritu sancto. Ecce q̄ sancte incepit quia ob innocētiā: q̄ laboriose psecutus fuit quia cū penitētia dura quā feliciter cōsummauit: quia cū spiritussancti abundantia. Habemus ergo in eo exemplū innocentie q̄tuz ad vitā inchoandā penitentie q̄tum ad vitam prosequendam: et perseuerātie q̄tū ad vitā consummandam. Secundo commendatur a multiplici illuminatione, cū dicit Lucas qui a luce dr. Est enim quadruplex lux que ipsum illuminauit. Prima est lux spiritualis q̄ est diuina sapientia q̄ ipm illuminauit ab interiori. Sap. vij. Proposui pro luce habere illā. Eccl. xv. Impleuit eū dominus spū sapiētie et intellectus Amb. Lucas omnes sapiētie virtutes sua hystoria comprehēdit. Docuit quippe naturalia dū vnigenituz dei filium ostendit: et in eius aduentu celorū virtutes moueri predixit. In cui⁹ passione tenebre facte sūt. Docuit etiam moralia vt inimicū diligere verberantem non repercutere mutuuz gratis dare Docuit rationalia dū qui fidelis est in minimo et in maiori esse ostendit. ¶ Secūda lux est carnalis que est cōuersatio lucida q̄ ipm illuminauit ab exteriori Matt.v. Luceat lux vestra corā hominib⁹ &c. ij. Cor.viij. Misimus fratrem nostrum.i.lucā secundū glo. cuius laus est in euangelio p omnes ecclesias. Misimus inquit fratrē nostrum.i.speciali nobis familiaritate cōiūctū: cui⁹ laus nō est in mūdo: sed in euangelio p ecclesias: nō p synagogas Ostēditur igit q lucas fuit celebris fame: tū q familiaritate apostolica decorat⁹, tū quia apud oēs fideles accept⁹. ¶ Tertia est lux intellectualis: q̄ est virginalis mundicia: que ipsum illuminauit ab interiori. Sap.iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate: que pro tāto dicitur intellectualis: quia hoc est angelicū non humanū. Lucas aūt teste hieronymo virginitatē perpetuā custodiuit Cui⁹ virginitas quatuor conditiones laudabiles habuit Fuit nanq integra in carne: et in mente. Hiero. Sine crimine in virginitate pmanēs dno maluit deseruire. Fuit laboriosissime acquisita: vnde dicit in oratione Sancte crucis mortificationem &c. Fuit lōganimiter cōseruata. Hier. Neq vxorē vnq habēs neq filios. lxxxiiij. annorū obijt in bithinia. Fuit oleo spiritussancti enutrita hiero. obijt plen⁹ spiritus

sancto. Istud oleuz fatue virgines nō habuerunt idō defecerūt. ¶ Quarta est lux celestis que est spūssancti influentia, q̄ ipsuz illuminauit a superiori de qua dicit̄. Act. ix. Circunfulsit eū lux de celo. Istam lucē habuit beatus lucas qui teste hier. scīō instigante spiritu euāgeliū suuz scripsit. De ista luce dicitur in ps. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Spiritus enim sanctus ꝛ animā illuminat idcirco dr̄ lumē ꝛ alam sigillat ideo dr̄ signatū est ꝛ alam deo assimilat, ideo dicit̄ vultus tui dn̄e ꝛ alam letificat, idō dr̄ dedisti letitiā in corde meo Sic ꝛ beatū lucā illuminauit per celestē sapiētiā. Sigillauit ꝑ integritatē ꝑfectā Assimilauit per charitatē accēsam ꝛ letificauuit per iocūditatē internā. Tertio cōmēdat̄ a spūali curatione cū dr̄ medic9. Qr eī erāt q̄tuor infirmitates: ideo in suo euāgelio posuit quatuor medicīas dicēs. Luc. vj. Beati pauperes qm̄ vr̄z est regnū celoꝝ. Est eī prim9 mod9 curādi ꝑ munitionē, ꝛ isto mō curat̄ infirmitas auaritie. Istuz modū tangit: cū dicit. Beati pauperes. ꝛc. In minutione aūt sanguis putridus ex toto est abijciēd9 supflu9 diminuēd9 necessari9 retinēd9 Sāguis putrid9 sunt diuitie iniuste acquisite q̄ sunt ex toto abijciēde Luc. xix. Si q̄d aliquē defraudaui reddo q̄druplū. Sāguis supflu9 sunt diuitie ex supfluitate possesse. Iste sunt diuitie diminuēde: ꝛ paupib9 erogāde. Ibi dē: ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Sāguis necessarius sunt diuitie ad necessitatē retēte. j. Tim. vj. hn̄tes alimēta ꝛ quibus tegamur his contēti sumus. scd̄s mod9 curādi est ꝑ diete obseruationē ꝑ quā sanat̄ infirmitas gule qd̄ notat̄ cū dr̄. Beati qui nūc esuritis. ꝛc. Eccl̄. xxxvij. Qui abstinēs est adijciet vitā. Luc. xxj. attendite ne grauent̄ corda vestra in crapula ꝛ ebrietate. Terti9 mod9 curādi est per sudorē quo sanat̄ infirmitas inepte leticie quod notat̄ cū dicitur. Beati qui nūc fletis. Sudat eī oculus ꝑ lachrymationē: cor ꝑ dolorē. Eccl̄. xxij. Pungēs oculū dedurit lachrymas ꝛ q̄ pungit cor ꝑfert sensum, id est sensibilem dolorē. Quartus modus est ꝑ iamare potionis sumptionem per quā sanat̄ infirmitas luxurie ꝛ istum modū tangit cū dicitur. Eccli. xj. Malicia vnius hore obliuionē fecit luxurie magne. Istas quatuor medicinas medic9 christ9 assumpsit in se. Quibusdā; enim in manibus ꝛ pedibus minutionem fecit. xl. diebus ꝛ noctibus dietam seruauit, ꝛ sudorem sanguineum sudauit fel ꝛ acetum ad bibendum sumpsit. quarto commendatur a laudabili cōuersatione cum dicit̄ charissimus. Ipse eī fuit charus regi: tum quia fuit ei9 discipul9 scd̄m quosdā vnus de. lxxij. tū qr fuit ei9 notari9 euangeliū scribendo. Fuit charior sponse regis tum qr ei9 secretarius. Secreta eī paranymphalia que angelus ꝛ sola virgo sciebant solus lucas disseruit tum qr ei9 pictor egregius quia secundum Damas. Imaginez eius depinxit que rome habetur tum qr eius historiographus describens hystoriam eius annunciationis, conceptionis ꝛ natiuitatis. Fuit charissimus principi regis, id est paulo, tum quia eius adiutor deuot9 quia secundum hiero. ipsuz vsq; ad consummationem secutus est, tū quia eius comes indiuiduus. j. Corinth. viij. Ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre hoc secundum glosam de beato luca accipitur.

¶ Sermo. cclxx. De eodem. Sermo. ij.

Lucas est mecum solus ꝛc. Thi. iiij. lucas interpretatur eleuans vel consurgens in premissis autem verbis de beato luca tria ostenduntur primo ꝙ habuit mentis eleuationem: quo ad deum cū dicitur eleuans. Ipse enim a terra se totaliter eleuauit ꝛ in deuz penna contemplationis volauit. Sex nanq; in se habuit per que ipse se sic a terrenis eleuauit ꝛ sic alte volauit. Primo per corporis attenuationem. Unde dicitur in sermone qui per ecclesias legitur. Martyrium suo corpori assiduis lamentationibus crebrisq; vigilijs mēbra sua macerans ipse indixit. Secundo per plumare idest virtutum varietatem vnde dicitur vbi supra. Lucas inter angelorum ꝛ apostolorum choros atq; cādentium

dentium virginum lilia ꝛ immarcessibiles rosarum martyrum flores choruscat dicit nãq̃ choruscare iter angelos ꝛ virgines: quia virgo extitit inter martyres, quia afflictionem corporis sibi induxit inter apostolos: quia euangelista ꝛ nuncius dei fuit Tertio per alarum magnitudinem que sunt oratio ꝛ eleemosyna: supponendo autem opinionẽ beati Grego. q̃ fuit socius cleophe ipse deuotam orationem fecit quando dixit. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit ꝛ eleemosynam impendit quando ipsuz ad hospitiũ inuitauit. Quarto per venti spiritussancti impulsionem, vnde dicitur de ipso ꝛ aliis sanctis animalibus. Ezechiel. j. Ubi erat impetus spirit⁹ illic gradiebantur. Quinto per esce preparationem. auis enim que ad destinãdã escam pergit citius volat iuxta illud Job. ix. Sicut aquila volans ad escam, esca ad quã lucas festinabat fuit ardens ad quam ꝑ ardentis desideria currebat. vnde dixerunt ipse ꝛ cleophas. Luce. vlti. Nõne cor nostrum ardẽs erat in nobis. Secũdo habuit peccati immunitatem quo ad se quod notatur in illa interpretatione q̃ dicitur consurgens: q: ab omni pctõ surrexit. peccatum nanq̃ propter suã ponderationem surgere non permittit, cui⁹ ponderositos mõstratur: tũ q: ad aliud trahit Greg. Peccatũ qd per penitentiã non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit tum quia peccatum in infernũ demergit Exo. xv. Submersi sunt quasi plũbum in aquis vehementibus: tũ q: deuz fatigat ꝛ premit. Esa. j. Laboraui sustinens. Patet eius ponderositas etiam ex eo q: cũ deus habeat immensam fortitudinẽ. Job. ix. Si fortitudo queritur robustissimus est: celũ firmissimũ solidãtem. Job. xxvij. Tu forsitan cũ illo fabricat⁹ es celos q̃ solidissimi quasi ere fusi sunt terra, perpetuã stabilitatẽ: Eccli. j. Terra aũt in eternũ stat: ꝛ tñ pctm̃ a deo ponderosum est q̃ nec de⁹ ipsum portare potuit cũ tota sua fortitudine. Hier. xviij. c. vos estis mihi onus ꝓiciam vos: nec celũ cũ sua soliditate. Luc. x. videbam sathanã quasi fulgur de celo cadẽtem: nec terra cũ tota stabilitate ꝛc. Nũm. xvj. Di-

rupta est terra sub pedib⁹ eorum: ꝛ aperiens os deuorauit eos, tertio habuit magnã charitatẽ q̃tũ ad proximũ qd notatur cum dicit. Est mecũ solus magna charitas: q: ceteris apostolis deserẽtibus, ipse solus nõ nos deseruit sed nobiscũ quadrupl'r remãsit. s. ꝑ desiderabilia sua ꝑ verba sua per exempla sua, ꝛ ꝑ adiutoria sua. Ipse eñ dũ viueret quatuor ꝓconia habuit fuit nanq̃ charissimus ꝛ fuit medic⁹. Colo. iiij. Salutat vos lucas medicus charissim⁹, Fuit fama ꝛ opinione preclar⁹. ij. Cor. viij. misimus fratrẽ nostrũ scilicet lucam fm glo. cuius laus est in euangelio ꝑ omnes ecclesias. Fuit ꝛ fidelis socius. Eiusdem. viij. ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostre. Quia igit fuit charissimus remansit nobiscũ ꝑ desideria sua. desideria siquidẽ ardentia habuit qui dixit. Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis ꝛc. ꝛ si tã ardentia desideria habuit in hac vita misera multo forti⁹ mõ hz in vita beata vbi nostrã salutẽ desiderat. Unde recte mõ sibi conuenit illud quod dixit apostol⁹. Colo. iiij. Salutat vos lucas id est salutẽ eternã optat ꝛc. Deus autẽ desideria sctõrũ cito exaudiuit. ps. Desideriũ pauperum exaudiuit. Secũdo q: fuit medic⁹ remansit nobiscũ per verba sua: per que ꝛ animas languentes curat, ꝛ nostrã tarditatem informat: ꝛ viã celestis patrie demõstrat. de primo dicit Hiere. Oia ṽba sua aie languentis sunt medicina. de duob⁹ sequentibus dicitur in sermone q̃ per ecclesiã legit. Beatus lucas velut insignis lucifer ab oriẽtalib⁹ relucẽs nobis lumẽ fidei ꝛ celestis itineris callem patiẽter demonstrat. Tertio q: fuit fama preclarus remãsit nobiscuz per exempla sua. Nos eñ in hoc seculo vt habet ad Titũ. iij. debemus viuere sobrie quãtũ ad nos: et pie quantũ ad deũ. ꝛ iuste scilicet q̃tũ ad proximũ. Ad ista tria sanctus lucas nos suo exẽplo informat. Ipse enim vixit sobrie quantũ ad se quia crucis mortificationem in suo corpore portauit ꝛ virginitatẽ seruauit. Uixit pie q̃tũ ad deũ: quia circa pietatẽ cultus diuini ꝛ fidei excellenter claruit. vixit iuste q̃tũ ad proximũ q: suo superiori dedit reuerentiam sicut

paulo cui semper in omnib⁹ obediuit: ꝛ suo equali dedit concordiam sicut cleophe socio suo cum quo emaus concorditer iuit ꝛ concorditer rediit: ꝛ suo inferiori .i. nobis dedit doctrinam: quia per euangelium fidem docuit: ꝛ per actus apostolorum mores instruxit. Quarto quia fuit fidelis socius remansit nobiscū per auxilia sua. Ipse enim ꝛ alii sancti per orationes. ꝛ merita sua nos adiuuant .i. Machabeorum .xv. Hic est qui multū orat ꝑ populo ꝛ vniuersa ciuitate. Unde legitur ꝙ cum christiani a turcis essent obsessi: apparuit eis quidam vir lucidus ꝛ coruscans dicens se esse lucam euangelistam precipiens christianis vt contra hostes ad bella procederent. Sed cum illi trepidarent ante eos se posuit et victoriam magnam fecit.

¶ Sermo .cclxxi. De eodem sermo .iii.

Secundū animal: simile vitulo. Apoca. iiii. Inter cetera sancta animalia sanctus Lucas per vitulum siue bouem est designatus. Est nanq; bos ꝗtum ad quatuor commendabilis. Primo ꝗtuꝫ ad sacrificium quia deo in templo in sacrificiū immolabatur. Sic beatus Lucas dicitur bos ratione sacrificii: quia circa templū semper immoratus fuit: ꝛ in principio sui euangelii ꝛ in medio ꝛ in fine. In principio agendo de zacha. immolatione precursoris in tēplo annunciatione ꝛ marie purificatione. In medio agendo dē christo duodeni in tēplo remanente ꝛ in templo predicāte. In fine suū euangelium per discipulos in templo deū laudātes consummante, homo enim iust⁹ dꝫ esse bos ratione sacrificii: qꝛ corpus suum debet macerare ne lasciuiat in principio in medio: ꝛ in fine. i. in iuuētute. virili etate, ꝛ in senectute. Secundo bos commēdabilis est ꝗtū ad suū incessum: qꝛ non saltando vadit sed mature incedit. Gregori⁹ sup illud Ezechie. i. plāta pedis ꝗ̄si plāta pedis vituli. s. mature incedētis fortis ꝛ diuisa. Ex quo habetur ꝙ lucas in suo euāgelio incessit mature fortiter ꝛ diuisim. Mature q̄dē primo introduxit precursorem regis postea incepit a conceptione regis. Et de conceptione ꝓcessit ad natiuitatē: de natiuitate ad īfantiā qñ dixit Luc. ii. Postꝙ cōpleti sunt dies octo vt circūcideret puer, de infantia ad pueritiā. Cū dixit eiusdem. iii. Remansit puer iesus ꝛc. De pueritia ad iuuentutē. Ibidē Erat iesus incipiēs quasi annorum. xxx. Deinde ad suā consummationē incessit fortiter, alii euangeliste fortiter inceperūt sed nō fortiter finierūt. Matthe⁹ em̄ ꝛ Joannes nihil agunt de ascensiōe. Marc⁹ nihil agit de iudiciaria potestate Lucas autē tā in euangelio ꝗ̄ in actibus ista plenius prosequitur. Incessit etiam diuisim qꝛ narrationē precursoris ꝛ regis nō cōmiscuit: sꝫ diuisiꝫ posuit. Agēs em̄ de annunciatione precursoris accesdit ad annunciationē regis, agens de natiuitate precursoris accedit ad natiuitatē regis. Agēs de ꝑdicatione precursoris accedit ad ꝑdicationē regis. Homo etiā iust⁹ debet esse bos ratione incessus qꝛ dꝫ procedere mature: opera sua mature ꝑficiendo. Quia sicut dicit. Prou. xiii. Substantia festinata minuet: que autem paulatim colligit multiplicatur. Fortiter in bonis operib⁹ perseuerādo. Prouer. xii. Manus fortiuꝫ dominabitur. Diuisim bona a malis ꝛ magna a minorib⁹ separādo. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili quasi os meū eris. Tertio bos cōmendabilis est ꝗtū ad māsuetudinē: quia iugo pressus stimulo agitatus clamoribus lacessitus non murmurat nō reclamat. Sic lucas ꝛ alii sancti viri ꝑssi iugo penitētie: agitati stimulo passionis tyrannice: lacessiti clamoribus iniurie nō murmurant in ore: sed patientiā seruāt in corde. Iuxta illud quod cātat eccl'ia. Non murmur resonat non querimonia ꝛc. Quarto bos commendabilis est ꝗtū ad laborē ꝛ vtilitatē. Est eniꝫ animal valde laboriosum ꝛ vtile Sic ipse beat⁹ lucas fuit laboriosus ꝛ vtilis per quatuor officia que habuit. Primo enim fuit pictor imaginum. Unde dixit Damas. Accepimus lucam euangelistā pinxisse dominum ꝛ matrē eius: ꝛ eorum imagines habere in romanorum famosam ciuitatē. Ecclesiast. xxxviii. Assiduitas eius variat

picturã. corũ dabit in similitudinẽ picture: et vigilia sua perficit opus. Secundo fuit medicus corporũ et aiarum. Hiero. Actus apostolorũ nudã videntur sonare hystoriam: sed si noverim⁹ eorũ scriptorem esse lucã esse medicũ advertim⁹ oia verba illius aie lãguentis esse medicinã. Eccli.xxxviij. vnguentari⁹ faciet pigmẽta suavitatis etc. Tertio beat⁹ lucas fuit compilator librorũ. Cõpilavit em̃ euãgelium: actus apostolorũ et epistolã ad hebreos prout ab ore sancti pauli audivit. Eccl.xij. Quesivit verba vtilia quãtum ad euãgelium qđ cõposuit et scripsit sermones rectissimos quãtum ad act⁹ apostolorum quos compilavit ac veritate plenos: quãtum ad epistolã ad Hebreos quã trãstulit. Quarto fuit notarius plurimorum scilicet christi cuius genealogiã: conceptionem: nativitatẽ infantiã predicationem et passionem ac resurrectionem, et ascẽsionem fidei stilo conscripsit. Beate marie virginis quia scripsit eius secreta. Fuit notarius apostolorũ quia scripsit eorum acta fuit specialis notarius pauli: quia prosecutus est eius gesta. Nec mirum si notarius tot et tãta scribere scivit: qui ad hoc quatuor magistros habuit. Primus fuit spiritussanctus. Hiero. Sancto instigante spiritu in achaye partibus scripsit euangelium. Secundus fuit beata virgo maria que verba angeli et pastorũ cõservabat et ei manifestabat. Eccl.a.xv. Obviavit illi scilicet Luc. quasi mater honorificata. Tertius fuit apostolorum, vnde dicit in prologo suo. Sicut tradiderunt nobis qui a principio viderunt et ministri fuerunt sermonis. Quart⁹ fuit specialiter apostolus pau. Hieron. in libro de viris illustrib⁹. Quidã suspicantur quotienscunq; paulus dicit secundum euangelium meum de luce significare volumine.

¶ Sermo.cclxxij.

¶ In die symonis et iude. Sermo.j.

Symon frater vester scio quod vir consilij est ipsum audite: et ipse erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuventute sua sit vobis princeps militie et ipse aget bellum populi etc. j. Mach. ij.

De istis beatis apostolis symone et iuda quatuor cõsiderantur que in premissis verbis notantur. Primo quales fuerunt quãtum ad se, quia fuerunt magne sanctitatis quod habetur ex interpretatiõe. Iudas em̃ interpretatur glorificans. Symon obediens. Ipsi enim deum glorificaverũt per conversationis honestatem. Mat.v. Luceat lux vestra corã hominib⁹ vt videãt etc. vñ legitur i hystoria quod cũ iudas ad abgarum regem venisset: vidit rex in vultu eius quẽdã mirũ et divinã splẽdorẽ. Ille em̃ splendor significabat eius opera luminosa. Habuerũt etiã perfectã obediẽtiã. Et quia deo obediebant ideo oẽs creature eis obediẽtes erãt. Habuerũt enim posse super elemẽta sicut super aquam aerem et ignẽ. Nã mare septuaginta mortuos reddidit quos symõ suscitavit. Aer cũ esset serenus in eorũ morte tẽpestate magna conversus est Ignis celestis põtifices idolorũ cõbussit, habuerũt posse super demonia: quia de corporibus hominum ea eiecerũt. Super corpora quia ea curabãt. Super animas quia eas a peccatis et ab errore purgabant. Secundo cõsiderãdũ est quales fuerũt ad bonos et fideles. Fuerunt nãq; magne charitatis: et ideo dr frater vester magne sapiẽtie: iõ subdit, vir consilij est Magne pietatis: iõ dr. Et ipse erit vobis pater. Eorũ aũt charitas sapia et pietas manifestatur quãtũ ad quatuor. Aliquãdo enim subveniebãt in corpore et in anima sanitatem integrã cõferendo sicut patet i abgaro rege cui iudas sanitatẽ corporis et aie impetravit. Aliqñ in rebus et personis bella cõpescẽdo: sicut patet in duce babylonie cõtra indos pgẽtequos orõnib⁹ mediãtib⁹ pacificarũt, sicut patet etiã in civitate Edissa: vbi epla salvatoris legitur, et hostes inde fugiũt: aut cõponũtur. Aliqñ subveniebãt infamia et innocẽtia ipam cõservãdo, sicut patet in quodã dyacono infamato quẽ ab ifamia defenderũt. Aliqñ in tribulatione magna morbos et pestilẽtias auferẽdo: sicut patet quod cum due tigrides per terram discurrerẽt et homines occiderẽt apostoli eas mansuetissimas

reddiderūt. Tertio cōsiderandū est quales fuerūt ꝙtū ad ꝑsecutores, qđ notat cum dr fortis viribus. Hūt nanqꝫ sancti virtutū ad ꝑsecutores tria hēc. s. firmaꝫ eloquētiā, sapiētiā, ⁊ ꝯstātia, ⁊ de his tribus dr. Luce. xxi. Ego ei dabo vobꝫ os: ecce eloquētiā: ⁊ sapiētiā cui nō poterūt resistere: ecce sapiētiā: omnes aduersarij vestri: ecce cōstantiā. Isti eñ apostoli habuerūt firmā eloquentiā, vnde cum dux eos interrogasset de eorum genere ⁊ conditione ac causa audētius respōderunt. Si genus queris: Hebrei sumus: si cōditionē q̄ris: serui Christi iesu. Si vero causam causa salutis vestre huc venim⁹. Secundo habuerūt magnā sapientiā. Magna siquidē sapiētia fuit ꝙ magnos ⁊ pōtifices idoloꝝ sciuerūt cōfundere ꝑ beniuolentiā ⁊ iustitiā. Magna beniuolentia ꝙ cū dux pontifices idolorū vellet incendere ꝓhibuerūt dicētes. Nos missi sum⁹ nō viuētes occidere: sꝫ mortuos viuificare. Itē cū angel⁹ dixit eis vnū ex duob⁹ eligite: aut hoꝝ repentinū interitum aut vestrum martyriū Rñderunt ei. Oram⁹ dei miam vt istos cōuertat: ⁊ nos ad martyrij palmā ꝑducat Habuerūt ēt magnā iustitiā: qꝛ cum magi serpentes venire fecissent ipsos in eos cōuerterunt qui eorū carnes lacerabāt. Tertio habuerūt magnā ꝯstātiā. Poti⁹ eñ voluerunt mortem sustinere ꝙ fidē deserere fuātes illā Mathei. x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus: animā autem occidere non possunt. Quarto considerādū est quales fuerunt cōtra demones: qꝛ fuerūt magne potestatis, qđ notatur cuꝫ dr. Et ipse aget bellū populi. Demōes eñ tūc quatuor modis homines impugnabāt. Primo ꝑ fraudulentiam: dādo falsa respōsa. Sed apostoli horū fraudulentiā ⁊ deceptionem detegebant modo scꝫ ne per simulachra loq̄rentur ꝓhibēdo. modo vt responsa dent permittēdo. Ezech. xiij. Uidēt vana: ⁊ diuinant mēdacia dicētes ait dñs cum dñs nō miserit eos. Scđo per violētiā ad diuersa supplicia trahēdo: sꝫ apłi eoꝝ violentiā refrenabāt. Uñ dux tantā eoꝝ potentiā videns ait. Dijs nr̄is potentiores vos video. Tertio ꝑ prestigia per q̄ homines ludificabāt: hominū corda ⁊ sens⁹ sed apostoli ipsoꝝ demonū prestigia destruebāt. Unde cū magi quibusdā aduocatis abstulissēt loquelā, gressuꝫ, ⁊ visuꝫ: apostoli signū crucis in ipsoꝝ frōtib⁹ fecerūt ⁊ magis talia vlterius facere non presumpserūt. Quarto ꝑ simulachra fingētes in eis esse diuina numina: sed apostoli illa simulacra frāgi faciebāt. Uñ ad eoꝝ p̄ceptum duo ethiopes nigri: ⁊ nudi de simulacrꝭ exeūtes ea penit⁹ ꝯfregerūt.

¶ Sermo. cclxxiij. De eod. Serm. ij.

Manete in me et ego in vobis. Johānis. xv. Isti sancti apostoli. Simon ⁊ iudas in christo māserunt per veram fidem et dilectionem sinceram. Et christus in eis mansit suam conferendo gratiam: ⁊ modo in eis manet suam eis exhibendo presentiam. Notanduꝫ autē est ꝙ christus est vitis ⁊ nos palmites. est radix ⁊ nos rami. Est sol ⁊ nos radij. Est fundamentum: ⁊ nos sumus eius edificium. Est etiaꝫ ipse christus caput: ⁊ nos sumus eius membra, est ergo sensus presentis thematis. Manete in me sicut palmites manēt in vite: ⁊ sicut rami i radice ⁊ sicut radij in sole et sicut edificiū in fundamento ⁊ sicut membra in capite suo. Istis quinqꝫ modis apostoli in xp̄o manserunt. ¶ Primo manserunt in xp̄o sicut palmites in vite accipiētes ab ipso fertilitatē. Unde dicit Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fer fructum multum. Palmites autē manentes in vite primo producunt gemmas. deinde flores. deinde folia et deinde vuas. Sic sancti in xp̄o manētes ꝓducūt gēmas. i. cogitatiōes bonas De inde flores. i. odoriferas volūtates. Deinde folia. i. salutifera v̄ba. Deinde vuas i. operatiōes bonas. Ista aūt nō habēt a se sꝫ a vite. Nec bonas cogitationes. ij. Coꝛ. iij. Nō ꝙ sufficiētes sumus cogitare ⁊c. nec bonas voluntates nec bonas opatiōes. De his dicit Philip. ij. De⁹ est qui operat in nobis ⁊ velle et perficere ꝓ bona voluntate: per bonos sermones. Sap. vij. Nos i manu illius et sermones nostri. Secūdo māserūt i christo sicut rami in radice accipiētes ab ipso boni ope

ris viriditatē Grego. Nihil viriditatis habet ramus boni operis nisi mā serit in radice charitatis. Tales eniz qui habēt charitatē semper sunt virides quia si patiant adversa ibi sunt virides per patiētiam si succedūt prospera ibi virescunt per temperantiā Nam secūduz Aug. Homo aliquādo est bon⁹ iter bona et aliquādo est bonus inter mala aliquādo malus inter mala. aliquādo mal⁹ inter bona. Habens enim charitatē inter bona est bon⁹ qr bonis scit vti ad tēperantiaz, et est bonus inter mala: quia malis scit vti ad patientiā. sed non habēs charitatē est malus inter mala: qr adversa faciunt eū peiorē, et est malus inter bona: qr prospera eū faciūt elatiorē. Tertio māserūt in xpo sicut radij i sole accipiētes ab ipo sapiētie claritatē p quam totā ecclesiā illuminauerūt. Un̄ de eis cātat: quoꝝ doctrine fulget eccl'ia vt sol et luna. Dicit autē beat⁹ Aug. qđ luna tripl'r obscurat: aut qn̄ eclipsat, aut quādo nubib⁹ tegit, aut quādo renouat. Ecclesia q̄dē triplicē statum hz scz primitiuū, modernū, et vltimū. In primo statu scz tēpore martyꝝ luna fuit eclipsata: luna autē quādo est eclipsata, tota sanguinolēta esse videt. Sic etiā ecclesia primitiua catholica videt sanguinolēta. i. sanguine martyrū rubricata. In statu aūt moderno obscurat p nubes. i. per carnales cupiditates q̄ dicunt nubes, et q̄ mentē obnubilāt: et qr etiā cito pertrāseūt. ps. Qui operit celū nubib⁹ et c. Tempore aūt antichristi obscurabit p renouationē. Tūc eni obscurabit: qr multis psecutiōib⁹ deprimet. ps. Ut obscurēt i obscura luna et rectos corde. i. in obscura ecclesia ƒm literā Aug. sz tn̄ postmodū renouabit: qr de fide trāsibit i spē. ꝫ specu lo enī magt? i faciē claritat?. Quarto māserūt i xpo sicut edificiū i fundamēto accipiētes ab ipso stabilitatem: ita φ nō timuerūt ventū. i. tentationem immissam a diabolo q̄ est i aere caliginoso. nec pluiā id est pbationē immissam de celo: nec flumina. i. persecutionē immissam ab homine terreno. Mat. vij. Descēdit pluuia et c. Quinto manserunt in christo sicut membra in capite suo: accipientes ab ipso sensum et motum id est influentiam gratiarū et virtutum. Membra autem influentiam a capite non suscipiunt: aut quando sunt precisa, aut quādo sunt putrida, aut quādo sunt paralisi resoluta. Precisi autem a deo et hominibus sunt superbi. Eccl'. x. Odibilis coram deo et hominibus est superbia. Putridi ꝟo sunt inuidi. Prouer. xij. Putredo ossium est inuidia. Paralitici autem sunt auari: quia habent cor constrictuz ex frigiditate charitatis, et humidum ex abundantia iniquitatis. Matth. xxiiij. Abundabit iniquitas et refrigescet charitas multorum.

¶ Sermo. cclxxiiij. Eodē. Serm̄. iij.

Manete in dilectione mea et c. Johannis. xv. Dominus apostolos sepe ad dilectionem admonet: inter ceteros autem isti duo scilicet Simon et Judas in dilectiōe sua vsq3 ad mortem manserunt: quia pro christi amore mortē sustinuerūt. Sic etiā et nos debemus in dilectiōe christi remanere et ipsum diligere multiplici ratione. Primo propter tanti amici fidelitatem. Sunt enim quidam infideles amici qui non diligunt vere in vita: alij qui non diligunt in morte: alij qui statim obliuiscūtur post mortem. Christus autem in vita veraciter diligit. Prouerbioꝝ. viij. Ego diligentes me diligo. Et in morte diligit fortiter: quia ab hoste defendit. Eccl'. vj. Amic⁹ fidelis ptectio fortis. Et post mortem diligit vtiliter: quia ad regnū celorum perducit. ps. Tenuisti manum dexteram meam: scilicet in vita me conseruādo: et in volūtate tua deduxisti me in morte me custodiendo, et cum gloria suscepisti me ad regnum tuum perducendo. Secundo christus est diligendus propter amicitie vtilitatem. Johannis. xiiij. Pater meus diliget eum et ad euz veniemus et c. Uenit autem pater ad memoriam cōfirmando: venit filius intelligentiam illuminando: venit spiritussanctus voluntatem inflammando. De eius vtilitate dicit Augustinus. Attendite quanta est charitas: que si desit frustra habentur: cetera si assit habētur omnia. Idez. Ubi charitas ad est: quid est qđ deesse possit. Ubi

deest qđ est:q̃d possit ꝓdesse. De ei⁹ etiã
vtilitate dicit Rom.viij. Diligẽtib⁹ deũ
oĩa cooperant̃ in bonũ. Etiã pctã ſm gl.
occasionaliter:qꝛ tales fiũt humiliores:
sicut patz in Petro. vñ Aug. Audeo dicere
supbis esse vtile cadere in aliqđ pctm̃ ap
tum vñ sibi displiceãt q̃ iam sibi placẽdo
ceciderũt. Salubri⁹ eñ sibi petr⁹ displi=
cuit qñ fleuit q̃ꝫ placuit qñ negauit. Fiũt
etiã cautiores sicut patet i dauid. Hiero.
Aues ceteraq; animalia i easdẽ pedicas
retiaq; nõ icidũt. Fiũt etiã feruẽtiores si
cut patz i magdalena. Ambro. Sãcti dñi
si aliquãdo cadũt feruẽtiores resurgũt.
Fiunt etiã deuotiores:qꝛ cũ maiori deuo
tione deo seruiũt ex eo q̄ ipsos eripuit a
morte culpe:resuscitauit in vitã grẽ, ꝛ li=
berauit a penis gehẽne. Unde talis ani=
ma regratiatur deo dicens. Eccl.lj. Lau
dabit vsq; ad mortem anima mea domi=
num ꝛc. Tertio deum debemus diligere
propter debitũ:quia ꝓpter hoc homo fa
ctus ẽ vt diligat deũ. Aug. Propterea fa
cta est creatura rõnalis. vt summũ bonũ
intelligeret:itelligẽdo amaret. ꝛ amãdo
possideret:ꝛ possidẽdo frueret̃. Istud de
bitũ cũ nimis deũ a nobis reqrit Aug. in
lib.ꝯfes. Qui suꝫ ego dñe vt me amare te
iubeas ꝛ nisi hoc faciã irasceris mihi et
mineris ingẽtes miserias ꝛc. Quarto de
bemus eũ diligere ꝓpter exẽplũ. Ipe eñ
nos dilexit amore recto, discreto ꝛ pseue
rãti. Amore recto nõ habẽdo respectum
ad suã vtilitatẽ:sꝫ ad nrãm. Sic ꝛ nos de
bem⁹ xp̃m diligere ꝓpter se solũ. Sꝫ mul
ti sunt q̃ diligũt eũ amore obliquo volen
tes simul diligere deũ ꝛ mundum:quod
fieri nõ potest. sicut ostendit beatus Aug.
triplici exẽplo:scꝫ vasis. sinus, ꝛ manus.
De primo sic dicit sup Jo. Si habitat in
te amor mũdi nõ est q̃ itret amor dei. vas
es:sꝫ plen⁹ es funde. qđ habes vt recipi
as. qđ nõ habes fũde amorẽ seculi vt im
plearis amore dei. De scđo sic dicit. De⁹
in sinu cordis tui parat⁹ erat dare indul
gẽtiã exclusas claudis sinũ. ꝛ icludis pec
catũ. exclud̃ medicinã pcti. De tertio sic
dt. Nõ pt q̃s amare qđ eternũ est:nisi de=
sierit amare q̄ tẽporale ẽ. Amorẽ homi
nis sic puta q̃si manũ anime. si eñ man⁹
aliq̃d tenet aliud tenere nõ põt. vt aũt te

nere possit qđ dat̃:dimittat illđ qđ tenet.
Scđo nos dilexit amore discreto: qꝛ na=
turã nrãm assumpsit ꝛ culpã cauit. Ber.
Christ⁹ i carnis assumptiõe cõdescendit
mihi:in culpe vitatiõe consuluit sibi. Isto
amore đbem⁹ diligere primũ nos ꝛ deũ.
Charitas ei habet zelũ mortẽ ꝛ alas. vñ
Ambro. i lib. de Isaac. Zelũ eñ charitas
hꝫ:quoniã ꝑ zelũ quẽ habet:nec suis par
cit. Et mortẽ hꝫ charitas:qꝛ sicut mors
est finis, ita ꝛ charitas. Ex q̃b⁹ v̄bis ha=
bet̃ q̄ illi q̃ habẽt charitatẽ debẽt habe
re zelũ ad primũ vitia arguendo. ad se=
ipsum mortẽ: vitia ꝛ omnẽ amorẽ mũdi
extinguẽdo. Ad deũ alas ignitas:ad ipꝫ
ꝑ amorẽ ardẽter currẽdo. Tertio dilexit
nos xp̃s amore pseuerãti. s. in principio
parẽtelã nobiscũ cõtrahẽdo. Hiere.xxxj.
In charitate ꝑpetua dilexi te, ideo attra
xi te miserãs i medio nob. scũ familiarĩ=
ter cõuersando. Baruch.iij. Post hec in
terris visus est ꝛ cũ hominib⁹ cõuersat⁹
est. In fine ꝓ nobis moriẽdo Joh.xiij. Cũ
dilexisset suos q̃ erãt in mũdo:in finẽ di=
lexit eos. sic ꝛ nos debemus xp̃m dilige=
re in principio. i. in adolescẽtia nostra. et
in medio. i. in iuuẽtute:in fine. i. in senectu
te. Prouerb.xvij. Omni tempore diligit
qui amicus est.

Sermo.cclxxv. In festo omnium
sanctorum. Sermo.j.

Mementote quomo
do serui facti sunt patres
nostri ꝛc. j. Math.iiij. si=
cut dicit Beda. Festiuitas
omniũ sanctoꝝ triplici de
causa celebrat̃. vnde ait.
Festiuitates sanctorum patres celebrari
sanxerunt:vel ad incitandũ ad imitatio=
nem:vel vt nos eoruꝫ meritis sociemur ꝛ
vel eorũ orõnib⁹ adiuuemur: ꝛ iõ valde
vtile est vt qualiter sancti sunt saluati no
bis ad memoriã reducat̃. Hec aũt solẽni
tas q̃ fit ad honorẽ omniũ sanctorũ qua
druplici de causa instituta est. Prima su=
mitur a parte basilice consecrate:que qui
dem cõsecrata erat omnibus idolis:sed
postmodum consecrata est omnibus san=
ctis. Aliqui [illegible] sunt qui faciunt festum
prout consecrata est omnibus sanctis.

Aliqui pront consecrata est omnib⁹ ido-
lis. Primo festū angeloꝝ faciūt humiles.
Angeli enim, sunt tante hūilitatis ꝙ no-
bis tam abiectis ministrare dignātur. ad
Heb. i. Omnes sunt administratorū spūs
ꝛc. illi ergo faciūt festū angelorū ꝗ ꝑ hu-
militatē honorāt deum. Eccl. iij. Magna
potētia dei solius: ꝛ ab humilibus hono
ratur. Econtra vero festū luciferi faciunt
superbi. Job. xlj. Ipse est rex super oēs
filios superbie. Scdo festū patriarchaꝝ
faciūt misericordes ꝛ pij. Eccl. xliiij. Hi
sunt viri misericordie quorū pietates nō
defuerunt. Econtra festū mamone faciūt
auari. Mat. vj. Nō potestis deo seruire
ꝛ mammone. Tertio festū prophetarum
faciunt despecti qui ad instar reorum se
despiciūt ꝓpter deū. Heb. xj. Circuierūt
in melotis ꝛ in pellibus ꝛc. Festū autem
beelphegor qui interpretatur deus vesti
tus faciunt vane gl'iosi. Eccl. xj. In vesti-
tu ne vane glorieris vnꝗ̄. Quarto festuꝫ
apostoloꝝ faciūt fraternā salutē zelātes
ps. In omnē terram exiuit sonus eorum:
ꝛ in fi. or. ꝛc. Ecōtra vero festū de beelze-
bub. ꝗ interpretat' de⁹ muscaꝝ faciūt detra
hentes ꝗ ad immūda. i. ad alioꝝ defect⁹
semper volāt: aliquando melioribus de
trahētes. Mat. x. Si patrē familias beel
zebub: vocauerūt ꝗ̄tomagꝭ domesticos
ei⁹. Quinto festū martyrū faciūt patien-
tes: de quib⁹ dicit'. Non murmur resonat
nō ꝗ̄rimonia ꝛc. Ecōtra vero festū martis
ꝗ est de⁹ belli faciūt iracūdi ꝛ ipatiētes.
Jac. iiij. Litigatꝭ ꝛ belligeratꝭ ꝛc. Sexto
festum cōfessorum faciunt abstinentes. ij.
Coꝛ. vj. In fame ꝛ si. ꝛ ieiu. mul. ꝛc. Econ
tra festū bel qui interpretatur deuorator
faciūt gulosi ꝛ epulꝭ seruiētes. Dan. xiiij.
Nō tibi videt' bel deus viuens: an nō vi
des quāta comedat ꝛ bibat ꝗ̄tidie. Phi-
lippen. iij. Quorū deus venter est. Septi
mo festū virginū faciūt puri ꝛ continen-
tes. i. Tes. iiij. Sciat vnusquisꝗ̄ vestrum
vas suū possidere in sanctificatiōe. ꝛ ho-
nore. Ecōtra festū asmodei faciūt volu-
ptatem sectantes. Ille enim demō vt ha
betur Tob. iij. Odit matrimonia et dili-
git adulteria. De talib⁹ dr. Sap. ij. Nul-
lum pratū sit quod non pertrāseat luxu-
ria nostra. Secūda causa institutiōis su-
mitur a parte nostre insufficiētie. Sancti
eñ sunt quasi infiniti: qꝛ nō possem⁹ om-
nium sanctorū festum specialiter facere.
hodie facimus cōmuniter. Unde dictum
est Leuit. xxvj. Comeditꝭ vetustissima ve
terū ꝛ nouis superueniētib⁹ vetera abijcie-
tis. Uetustissima veterū sunt tres in trini
tate ꝑsone ꝗ principio carēt ꝛ fine: que de
bemus comedere cū auiditate, ꝛ deuotio
ne reuerētiā exhibere, vt sibi per amorē
incorporari possim⁹. Uetera aūt sunt pa
tres veteris testamēti: quos possum⁹ ab
ijcere. i. ab eoꝝ festiuitatib⁹ abstinere. No
ua vero sunt patres noui testamēti ꝗs de
bem⁹ ꝑ anni circulū recolligere ꝛ eis lau
des impēdere, nō tñ singulariter: qꝛ ipsi
quasi infiniti sunt. Sicut eñ dt Hiero. in
epi. ad Heliodorum ꝛ Cromatiū. Null⁹
dies est qui nō vltra quinꝗ̄ milium mar-
tyrū reperiri possit ascriptꝰ, excepto die
Kal. Januarij. Romani eñ ꝓceperāt ne-
tunc aliquis interficeret: tum qꝛ erat pri-
ma dies anni: nō deferri sibi volebāt: tum
quia iano ꝗ erat ꝓmus rex italie dedica-
ta erat: tum qꝛ illa die multa ꝓstigia exer
cebant: tum quia tunc suos cōsules permu
tabant. Tertia ratio sumit' a parte nostre
negligētie. Nō eñ sepe festa sanctorū ne
gligēter egimus aut propter hūanā fra
gilitatē: aut ꝓpter ignorantiā ꝛ obliuio-
nem: aut ꝓpter negligentiam ꝛ remissio-
nē: aut ꝓpter negociorū seculariū nimiā
occupationē. Et ista quatuor tangit Ra-
banus dicēs: Decretū est: vt hac die om
nium sanctorū memoria habeat': vt quic
quid humana fragilitas per ignorātiā
seu negligentiā seu occupationem rei se
cularis in solennitatibus sanctorum mi-
nus ꝑfecte peregisset: i hac sancta obser
uatione soluat'. Quarta ratio sumit' a par
te nostre indigētie. Nos eñ suffragijs in
digemus ꝛ qꝛ hodie nō honoramus om-
nes: oēs aduocatos habem⁹. Et qꝛ im-
possibile est oratiōes multorū nō exaudi
ri, impossibile erit eoꝝ preces deo non
admitti: nō regina virginū hodie ab om
nibus sanctis associata sicedit. ꝛ ꝓ nobis
intercedit: sicut in quadā visione mōstra-
tū erat. ps. Astitit regina a dextris tuis:
in vestitu deaurato circūamicta varietati
bus. Ipam nāꝗ̄ associāt apli cū vestib⁹

beauratis: martyres cū vestibus purpureis confessores cum vestibus hiacinctinis: virgines cum vestibus candidis.

¶ Sermo. cclxxvj. Eodē die. Sermo. ij.

Assuerus qui dez tertio anno imperij sui fecit grāde conuiuiū cūctis principib⁹ et pueris fortissimis persarū et medorū inclytis et prefectis puinciarum. Hester. j. Assuerus quo interptat btūs significat xpm q est glia et beatitudo sanctorū. Prim⁹ annus ipsi⁹ fuit tps legis mosaice in quo fecit conuiuiū valde paruū. Scds annus fuit tēpus grē in quo fecit cōuiuiū semiplenū. Tertius annus est stat⁹ glorie in quo fecit cōuiuiū plenū atq3 perfectum. Facie autem principibus, id est patriarchis et prophetis qui fuerūt in dei acie primi duces vel principibus. i. apostolis qui principant in celo: in mundo: et in inferno. ps. Principes populorum congregati sunt. Et pueris suis. i. virginibus a puritate dictis et fortissimis persarum. i. martyribus. perse em interpretantur sua latera diuidentes: qr martyres habuerunt sua latera diuisa. i. corpora lacerata. et medorū inclytis id est cōfessoribus. Medi interpretantur adequati: qr adequauerūt magnitudinē fidei, spei, charitatis et operatiōis. et fuerunt inclytū sciētia, vita et fama. et pfectis prouinciarū id est angelis. quorum quidā principant puinciis. qdā locis. et quidā singularibus personis. Oēs ergo isti celestē gloriā cōsecuti sunt et multiplici iure. Angeli qdē p feudatariam possessionē. Quis em suā beatitudinē et confirmationē meruerūt ex eo q alijs sugbientibus ad deū totaliter sint cōuersi. nihilo minus tñ tenent seruare feudū et tributū et regi, et familie regis qr tenent deo assistere et nobis ministrare. Dañ. vij. milia miliū ministrabāt ei. ecce tributū familie regis: et decies milies centena milia assistebant ei. ecce tributū regis. Istud autez tributū nos debem⁹ persoluere. s. de corpore mortificationem de anima deuotaz orationem et de rebus ad pauperes liberalem largitionē. Scdo patriarche et pphete ipsam assecuti sunt p edificationez. edificauerūt em sibi celestē mansionē de auro dilectiōis diuine de argēto dilectionis pximi et de lapidib⁹ pciosis. i. de operib⁹ meritoriis. De isto edificio aureo/argēteo et pcioso dr. j. Cor. iij. Si quis superedificat sup fundamētū hoc aurū. argē. &c. Eleemosyna em dū dat est q si terra. plūbū et saxū. Sed ibi terra puertit in auz. plūbū in argētū saxū, i lapidē pciosum. Augu. sup. ps. Laudas mercatorez q vēdit plūbū et emit aurū. et nō laudas illū q erogat pecuniā et acqrit iusticiā. tertio apli ipsam assecuti sunt p emptionez. Math. xix. Ecce nos reliquim⁹ oia. ecce pciū. et infra cētuplum accipietis. et vi. et. possi. ecce cōparatū pmiū. dz aūt emi ad instar agri thesauri et margarite. vt habetur Mat. xiij. Instar agri qr reqrit aim bñ cultū. sz de multis dr illud p. xxiiij. p agrū hois pigri trāsiui et ecce to. reple. vrtice. &c. Instar thesauri. qr reqrit magnū desideriū. puer. ij. Si qsieris eā quasi pecuniā, et quasi thesaurū effode eā &c. instar magarite: qr reqrit magnū studiuz. vñ dr ibi. Simile est em regnū celorū hoi negociatori, querenti bonas margaritas. &c. Quarto ipsam assecuti sunt martyres p violētiā et direptionē. Matth. xj. Regnū celorum vim patit et violenti rapiunt illud. Rapuerunt em de manib⁹ dei regnū celorū. Desiderabilem thesauruz, et vitā beatorū. De his tribus dicit Ambrosi⁹. Aggrediamur dominū, et more latronū suis cū spoliari nitamur: cupim⁹ sibi auferre regnū, thesaurū, et vitam: sed ille tā diues est vt nō abnuat, nō resistat: aggrediamur eum inquā, nō fuste: nō ferro: non saxo: sed māsuetudine, bonis operib⁹ et castitate. Quinto assecuti sunt eā cōfessores: p hereditariam successionē. Fuerūt em pacifici, et ideo filij dei. Matthei qnto. Beati pacifici: qm filij dei vocabunt. Et qr filij. iō heredes dei. Romano. viij. Si filij et he. &c. De ista hereditate dr in ps. Nouit dñs dies immaculatorū, et hereditas eorū ineternū erit. Illā em hrditatē habebūt tm legitimi ex imaculato thoro procreati: ideo dr. Nouit dñs dies immaculatorū: et erūt in hereditate perpetuo pseruādi: ideo subdit. Et hereditas

eorũ inetemum erit. ⁊ erunt a principe in iudicio in possessione mittendi qñ. s. mali cum sua confusione de ista hereditate excludentur: ideo dr. Nõ cõfundetur in tẽpore malo ⁊ erũt bonis olbus saturãdi: scʒ qñ mali fame moriunt̃: iõ subditur. Et in diebus famis saturabunt̃. Mali autẽ ꝓpter crimẽ lese maiestatis erũt exheredãdi: iõ subditur. peccatores peribunt. Sexto assecuti sunt eã virgines per gratuitã donationem. Sunt em̃ sponse Christi: ⁊ ad sponsum spectat sue spõse omnia gratis dare. Esaie. lxj. Dabo eis coronã ꝓ cinere: oleũ gaudij ꝓ luctu, palliũ laudis ꝓ spiritu meroris. Uirgines em̃ p̃ ceteris sanctis tres p̃rogatiuas habebũt. Primo coronã aureolam ex eo ꝙ carnẽ suã mortificauerunt ⁊ quasi vsqꝫ ad cinerem consumpserũt: iõ dt. Dabo eis coronã pro cinere. Secundo habebũt celestẽ melodiã quam sole cãtabunt eo ꝙ ꝓ absentia spõsi gemuerũt: iõ dr oleũ gaudij ꝓ luctu. Tertio habebũt cãdidã ex eo ꝙ vestẽ nigrã meroris induerunt iõ subdit̃ Palliũ laudis ꝓ spiritu meroris.

¶ Sermo. cclxxvij.

¶ Eodem die, Sermo tertius.

Vocate cetũ cõgregate populum, sanctificate ecclesiã, coadunate senes, congregate paruulos ⁊ sugẽtes ⁊c. vsqꝫ ibi. de thalamo suo ⁊c. Johelis. ij. Sancta mr̃ ecclesia ordines omnium sanctorũ hodie cõgregat vt eis laudem impendat qui in verbis premissis denotãtur. Primus est ordo trinitatis qui notatur cum dicitur. Egrediatur sponsus, ⁊c. Sponsus autẽ est xp̃s. In nomine aũt Christi ſm Augustinum tota trinitas intelligitur: nã cum xp̃s dr intelligitur vt vngens pater ⁊ vnctus illius: et ipsa vnctio sp̃s ſancti. Spiritualiter aũt xp̃s est spõsus qui hʒ quadruplex cubiculũ. s. patris sinum, virginis vterũ, crucis patibulũ, ⁊ suũ monumentũ. Egrediatur ergo sponsus de isto cubili suo, vt associetur huic presenti solẽnitati. De primo enim cubili egressus eiꝰ ab initio a diebus eternitatis. De secundo egressus est per temporalem generationem. ꝑs. Ipse tanqꝫ sponsus ꝓcedẽs de thalamo suo. De tertio egressus est ꝓpt̃ nr̃aʒ saluationẽ. Abacuc. iij. Egressus es in salutẽ ppli ⁊c. De quarto egressus es per gloriosam resurrectionẽ. Hieremie. iiij. Ascendit leo de cubiculo suo ⁊c. Ex ijs ergo quatuor trahit̃ q̃druplex rõ, q̃re iste spõsus sit a nobis honorãdꝰ. s. qr est rex noster, frater nr̃, iudex ⁊ glorificator noster. Nã inquãtũ egressus est de sinu patris, est rex noster. Inquãtum egressus est de vtero mr̃is est frater nr̃: Inquantũ de patibulo, est iudex noster. Et inquantũ de monumẽto est glorificator noster. De his quatuor legit̃ zacha. ix. Ecce rex tuus, quo ad primũ, venit tibi, vt. s. carnẽ assumat: quo ad scd̃m: iustꝰ quo ad tertiũ. ⁊ saluator: q̃ ad quartum. Scd̃s est ordo virginis: q̃ notat̃ cũ dicit̃. Et spõsa de thalamo suo. Uirgo em̃ beata nõ est in ordine trinitatis: quia ibi nõ sunt nisi tres ꝑsone, nec i ordine sanctorꝫ angelorꝫ: sed sup eos: ⁊ iõ facit ordinẽ ꝑ se. Dicitur aũt sponsa: qr deꝰ mr̃imoniũ contraxit cũ ea: quod fuit initiatũ ꝑ verba de futuro quando dixit ei angelus. Ecce cõcipies ⁊ paries filium ⁊c. Fuit ratificatũ per verba de presenti, qñ virgo respõdit. Ecce ancilla domini. Et fuit cõsummatum qñ filius dei in thalamo virginali nostram naturã sibi vniuit. In isto matrimonio fuit bonum fidei: quia virginitatem illibatã virgo semꝑ seruauit. Fuit bonum prolis: qr dei filium de suis visceribus generauit. Fuit bonũ sacramẽti, qr nunqꝫ a filio suo diuisa vel separata fuit. In isto etiã matrimonio fuit cõiũctio animorꝫ per mutuã charitatẽ. Cãtico. vj. Ego dilecto meo, ⁊ dilectꝰ meus mihi. Fuit coniunctio corporũ per nature vnitatem, qr caro xp̃i est caro matris. Fuit indiuisibilitas habitatiõis amborꝫ qr sicut in vita dilexerũt se: ita ⁊ in morte nõ sunt separati. Joã. xix. Stabat iuxta crucem iesu mr̃ ⁊c. Ista spõsa habuit triplicem thalamũ. s. vterum speciosum, in quo habitauit diuina sapiẽtia. Animũ visecerosum in q̃ habitauit vniuersa ecclia: ⁊ locũ gloriosum in quo habitat sublimata. Ex his ergo trahit̃ triplex ratio quare virgo beata sit a nobis honorãda,

scz qr sponsa eterni regis: aduocata hũa ni generis, et regina totius curie celestis. Nã inquantum in eius vtero habitauit sapientia diuina facta est sponsa regis. Inquãtũ in ei⁹ animo visceroso habitauit vniuersalis ecclia. facta est aduocata humani generis. Inquãtũ in loco glorioso habitat sublimata: facta est regina curie celestis. De his trib⁹ dicitur. Apo. xij. Mulier amicta sole et c. Sole quidem amicta fuit: qñ dei filiũ generauit. Et lunã sub pedib⁹ habet, qr ecclesiã sub defensiõe tenet. Duodecim stelle sunt nouẽ ordines angeloꝝ: et tres holm. s. martyres, confessores et virgines: que sunt corona eius: qr omniũ est regina. Tertius est ordo angeloꝝ qui notat cũ dicitur. Uocate cetum: vnde cantat. Cetus oẽs angelici. Iste autem cetus ꝑm Dionysiũ triplex habet officiũ scz illuminãdi, purgandi, et perficiendi. Et ex his trahitur triplex rõ quare sunt honorandi. s. quia sunt nostri illuminatores, purgatores perfectores. De his tribus regratiatur deo ꝓpheta dicẽs. In conspectu angelorum psallã tibi et c. Et subdit. Super misericordia tua, qua scz a pctõ seu culpa me purgas: et veritate tua. qua. s. sapientia me illustras: qm magnificasti super omne nomen sanctũ tuũ. i. qm in tua grã me magnificas perficis et consummas. Quartus est ordo patriarcharum et ꝓphetarum: qui notat cum dicit. Coadunate senes: ꝙ dicunt senes ꝓpter reuerẽdã paternitatẽ qua nos genuerũt i fide. Thob. viij. Filij quidẽ sanctorũ sumus. Propter sensus maturitatem. Sap. viij. Cani sunt sensus hominis. Propter ꝯuersationis grauitatẽ. ibidẽ. Etas senectutis vita immaculata. Ex his ergo trib⁹ trahitur triplex ratio quare a nobis sũt honorandi scz qr fuerunt genitores nostri in fide vera, maturi in sapientia, et honesti in vita. Eccl. xliiij. Laudem⁹ viros gloriosos et parẽtes nostros. In hoc eñ ꝙ dicit viros: notatur sensus maturitas. In hoc ꝙ dicit gloriosos notat cõuersationis honestas. In hoc ꝙ dicit parẽtes nostros: notat ipsoꝝ reuerenda paternitas. Quintus est ordo apostolorum qui notatur cum dicitur. Sanctificate. i. sanctã ostendite ecclĩam. Sanctificatũ autẽ presupponit sctm̃. Cõgregatio igit apostolorũ dr ecclia sancta et sanctificata. Ecclesia qr ipsam plãtauerunt. j. Cor. iij. Ego plãtaui: apollo rigauit eã. Sctã qr vitã sanctã habuerũt: terrena ꝯtempserunt: et fenestras sensuũ custodierũt. Esa. lx. Qui sunt isti ꝗ vt nubes volãt: et quasi et c. Sanctificata qr i aduentũ spũssancti confirmati fuerunt. ps. Ego confirmaui et c. Ex his ergo trahitur triplex rõ quare sunt honorandi. s. qr in fide nos plantauerunt suis doctrinis. Informauerunt suis exemplis. Corroborauerũt suis miraculis. Apoc. iiij. De throno. i. de aplis in quib⁹ de⁹ sedet procedũt voces ꝑdicationũ: et fulgura. s. lucidoꝝ exẽploꝝ et tonitrua. s. terribiliũ miraculoꝝ. Sextus est ordo martyrũ. qui notat cum dicitur. Cõgregate ppl'm. dñr eñ ppl's a depopulando: qr depopulati sunt diabolum, mundũ et corpus ꝓpriũ. Diabolũ in resistendo. Iac. iiij. Resistite diabolo et fugiet a vobis. Mundũ. i. ꝑsecutores mũdi patiẽdo. ꝓuer. xvj. Melior est patiẽs vi. forti et c. Corpus ꝓpriũ faciẽdo. j. Corin. ix. castigo corpus meũ et in seruitutẽ redigo. Ex his ergo trahitur triplex rõ quare sunt a nobis honorandi. s. qr oẽs hostes vicerũt triplici genere victorie. s. per modũ resistendi, patiendi, et feriẽdi. Heb. xj. Sãcti per fidẽ vicerũt regna. et subdit. Obturauerũt ora leonũ. ecce victoria: per modũ resistendi: lapidati sũt: secti sunt et c. Ecce victoria per modũ patiendi. Circuierunt in melotis et in pellibus caprinis et c. ecce victoria per modũ se feriendi. Septimus ordo est ꝯfessorũ: qui notat cum dicit. Et sugentes vbera. Ex vberibus triplex liquor effunditur. s. lac, butyrũ et sanguis. Sãcti itaqz ex vberibus diuine pietatis suxerunt lac. i. intelligentiã diuine scripture. Esa. lx. Suget lac gentium et c. Butyrum deuotiõis interne. Job. xix. Quãdo lauabã pedes meos butyro: et sanguinẽ. i. memoriã passionis diuine. ps. Ut inting. pes tuus in sanguine. Ex his ergo trahitur triplex ratio: quare sunt a nobis honorandi. s. qr fuerunt doctores nostri, intercessores nostri, et inflãmatores nři. Nã inquãtum

fuxerũt lac diuine scripture facti sunt doctores nostri. Jnquantũ suxerunt butyrũ deuotiõis interne, facti sunt incẽsores nr̃i Jnquantũ vero suxerunt sanguinem passionis dñice, facti sunt inflãmatores nr̃i. Nam qꝛ erant inflammati: ideo alios inflãmabant. Octauus est ordo ỽginum: q̃ notatur cũ dicitur. Cõgregate paruulos a puritate dictos. Est nãq in eis triplex puritas que notatur Mat.xxv. Jn parabola de ỽginibus.s. vasis, liquoris ac lu cis. Puritas vasis est mũdicia corporis. Puritas liquoris ẽ mũdicia gratie spũalis. Puritas lucis est honestas conuersationis. Ex quo trahitur triplex rõ quare sunt honorandi.s. qꝛ sunt socij xp̃i: tẽplũ spiritussancti ꝛ filij dei. Nã inquãtũ habuerũt puritatẽ virginalis sanctitatis pudicitie facti sunt socij xp̃i. Apo.xiiij. Hi sequunt agnũ quocũq ierit. Jnquãtũ habuerũt puritatẽ spiritualis mũdicie facti sunt tẽplum spiritussancti .ij. Cor.vj. Nescitis: qꝛ tẽplum dei estis. Jnquantũ habent puritatẽ conuersationis sancte facti sunt filij dei: vnde postq̃ dominus dixit. Sic luceat lux vestra corã hominib⁹ ꝛc. subdit. Et glorificent patrem vestrũ q̃ in celis est. De his trib⁹ dicit Apoca.xiiij. Hi enim empti sunt ab hominib⁹ primitie deo ꝛ agno: ecce quia sunt socij xp̃i. Et in ore ipsorũ nõ est inuentum mendaciũ: ecce quia sunt filij dei. Sicut enim diabol⁹ est pater mẽdacij: ita de⁹ est pater veritatis. Sine macula sunt añ thronũ dei. Ecce qꝛ sunt templum spũssancti.

❡Sermo.cclxxviij.
De eodem, Sermo quartus.

Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorũ laudabũt te. ps. Omnes homines naturaliter appetũt beatitudinem: sꝫ circa ipsaꝫ beatitudinem diuersimode errauerũt. Quidam circa beatitudinis sub ectũ: quorũ quidam dixerunt subiectũ beatitudinis esse solum ipsam animam sicut stoici qui posuerunt beatitudineꝫ in sola animi virtute consistere. Alij in solo corpore sicut epicuri, qui posuerunt beatitudinem esse in voluptate carnis. Sed ꝓpheta q̃tum ad subiectum beatitudinis dicit quod totus homo in anima scilicet ꝛ in corpore sit beat⁹. ideo dicit. Beati q̃ habitãt. Si eñ cõsisteret in sola aĩa vel in solo corpore: tunc dixisset. Beate aĩe vel beata corpora. Alij vero errauerũt circa beatitudinis locũ ponẽtes beatitudinẽ tñ i hoc mũdo.s. in diuitijs: delicijs ꝛ honorib⁹. Sed ꝓpheta dicit de loco. Jn domo tua dñe. Alij errauerunt circa beatitudinis duratiõẽ dicẽtes. Animã beatitudinem consequi: sed tñ post multorum annoꝝ curricula anime iteꝝ ad corpus reuertentur: ꝛ miserijs mundi iteruꝫ subijcientur. Et in istũ errorem incidit Origenes. Sed ꝓpheta dicit de duratione. Jn secula seculorũ. Alij errauerunt circa beatitudinis occupatiõnẽ sicut iudei ꝛ sarraceni: q̃ dicunt beatos vacare cibis ꝛ potib⁹ ꝛ feminarum coniunctionibus. Sed propheta dicit de occupatione eorum. Laudabunt te. Ex his ergo ostenditur ꝙ propheta quantum ad quatuor describit beatitudinem. Primo q̃tum ad beatitudinis subiectum: cum dicitur: beati. Totus eñ homo et in corpore et in anima beatus erit. Corpus nanq in presenti quadruplicem habet defectum. Est enim mortale obscurum: ponderosum et grossum. Et q̃tum ad hos quatuor defectus glorificabit. et quatuor dotibus vestietur: et hoc insinuat apostolus dicens.j. Corin.xv. Seminatur cor ꝛc. Tota eniꝫ passibilitas pertransibit in immortalitatem: ideo dicit. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Tota obscuritas transibit in claritatem: ideo subditur. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Tota ponderositas transibit in agilitatẽ: ideo subditur. Seminatur in infirmitate surget in virtute. Tota grossicies transibit in sublimitatem. ideo subditur. Seminatur corp⁹ animale surget spirituale. Anima similiter beatificatur quãtum ad intellectiuam: affectiuam ꝛ appetitiuã. Jntellectiua siquidẽ delectabitur in dei veritate. Sciẽtia autem nostra in presenti habet tripliceꝫ defectum. Est eñ obscura.j. Cor.xiij. Uidemus nũc per speculum in enigmate. Est imperfecta ibidẽ. Nũc cognosco ex pte. Et a sensibilib⁹ accepta.

ibidem. Cum essem paruulus, loquebar
vt paruul⁹ ꝛc. Tunc autē scientia nostra
erit clara: ibidē. Tūc facie ad faciē. Erit
perfecta: iō infert. Tunc autē cognoscā
sicut ꝛ cognitus sum. Erit ab ipso deo in
fusa: iō subiungit. Quādo autē fact⁹ sum
vir euacuaui q̄ erant paruuli. Affectiua
nostra delectabitur in dei bonitate. Tri
plicē nāqꝫ defectū habēt bonitates que
sunt in creaturis. Sūt eñ accidētales: iō
sepe eis spoliant̄. Sunt particulares: qꝛ
nulla creatura est q̄ habeat omnes boni
tates: sed sunt in eis sparse ꝛ diuise: sunt
ēt mixte: quia nullā habēt purā bonitatē
ideo affectus noster delectari non potest
in creaturarū bonitatib⁹: sic accidentali
bus sic pticularib⁹ ꝛ sic mixtis. In deo
aūt est bonitas essentialis iō dr̄ Matt. x.
Nemo bonus nisi solus deus. Uniuersa
lis. Sapiē. vij. Uenerūt aūt mihi omnia
bona pariter cū illa ꝛc. Pura. Aug. Quā
ta ibi erit felicitas: vbi nullū erit maluȝ:
nullū latebit bonū. Appetitiua delecta
bit̄ in dei societate. Si eñ aliqs valde si
tiens guttas lambit: non satiat̄: sed sitis
magis auget̄. Si calix mensuratus sibi
pponat̄, semiplene satiat̄: sed si in fonte
ponit̄ pfecte satiat̄. Peccatores ei i crea
turis q̄sdā delectatiōes lambūt. ps. Ini
mici ei⁹ terrā lingent: ideo nō satiant̄: sȝ
miserabili fame torquent̄. ps. Famē pa
tientur vt canes. Boni aūt in presenti di
uinas delectationes recipiunt sed mēsu
rate: ideo appetit⁹ eorū non perfecte q̄e
tat̄. Ephe. iiij. Unicuiqꝫ vestrum data est
gratia sm̄ mensurā donationis xp̄i. Bea
ti autē sunt in fonte dei ideo nō p̄nt sitire
Apoc. vij. Agn⁹ qui in medio throni est:
de eos ad vi. fon. aqua. Beati etiā sūt in
cenaculo dei: ideo nō p̄nt esurire. ps. Sa
tiabor cū apparuerit glia tua. Sūt i the
sauris dei: ideo non p̄nt penuriā sustine
re. Eccl. xv. Jocunditatē ꝛ exultationem
thesaurizauit super eum. Sunt in pleni
tudine gaudiorū dei, iō nō p̄nt aliqd tri
ste sentire. Mat. xxv. Intra in gaudiū dn̄i
tui. Secundo describit beatitudinē quā
tū ad locū. cū dicit. In domo tua. Tunc
autē dom⁹ est pulchra qn̄ est bn̄ ordina
ta. De ordinatione aūt domus dei dicit̄
Esa. liiij. Ego enī sternā per ordinē lapi
des tuos et fundabo te in saphyris ꝛ po
nam iaspidem propugnacula tua, ꝛ por
tas tuas in lapides sculptos: et omnes
terminos tuos i lapides desiderabiles.
Per lapides enim ordinate stratos intel
liguntur patriarche ꝛ prophete qui fue
runt ordinati quantum ad deū per virtu
tem cōtemplationis: quantū ad seipsos
per pulchritudinem actionis quantū ad
proximos per reformationeȝ pacis. De
his tribus dr̄. Eccl. xliiij. Homines diui
tes in virtute pulchritudinis studiuȝ ha
bentes: pacificantes in domibus suis, p
lapides desiderabiles intelligūtur apo
stoli, a quibus gloria dei magna relucet:
ideo ad videndum sunt magis desidera
biles. Per lapides sculptos intelligūtur
martyres, qui diuersis vulneribus sunt
sculpti ꝛ vulnerati. Per iaspidem qui est
viridis coloris intelligūtur confessores
qui fuerunt virides in conscientia ꝛ in vi
ta. Per saphyros qui sunt celestis colo
ris intelliguntur virgines que vitam ce
lestem ꝛ angelicam habuerunt. Tertio
describit beatitudinem q̄ntum ad eternā
durationem cum dicit. In secula seculo
rum laudabunt te. Quatuor nāqꝫ de cau
sis potest quis perdere possessionem do
mus quam inhabitat: aut quia illa do
mus fuit ad tempus conducta: aut quia
ab hostibus est ablata: aut quia ruine vi
debatur exposita: aut quia est creditori
bus assignata. Nullo istoꝝ modoꝝ habi
tationem domus celestis sancti amittēt.
ideo dicit. Esa. xxxij. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis: ꝛ in taber
naculis fiducie ꝛ in requie opulēta. Non
enim amittent tanq̄ habitatores condu
ctitij quia erunt habitatores veri, vt po
te peculiaris populi dei. ideo dicitur. Se
debit populus meus nec tanq̄ ab hosti
bus expulsi quia ipsos hostes subiuga
uerunt: ideo dicit̄. In pulchritudine pa
cis. Illa enim est pulchra pax que fit ho
stibus superatis: nec tanq̄ a ruina dom⁹
deterriti: quia illa domus erit perpetua
et secura. ideo subdit in cenaculis fidu
cie. nec tanquam depauperati seu indi
gentes: qꝛ omnes erunt diuites et opu
lenti: ideo subiungit. In requie opulen
ta. Quarto describit beatitudinem q̄ntū

ad occupationē eū dt. Laudabūt te. Distinguit aūt Aug. in. ij. lib. de do. xpiā. triplicem sonū qui fit in cantilenis. Un⁹ est qui fit in voce, sicut in illis q̄ faucib⁹ canūt. Ali⁹ q̄ fit in flatu, sicut est son⁹ tubarū ⁊ organoꝝ. Alius q̄ fit in pulsu sicut i cytharis ⁊ tympanis. Illo triplici ghe armonie sancti deū laudabunt. Armoniaʒ siquidē cū voce faciūt. ps. Iuuenes ⁊ virgines senes cū iunioribus laudent nomē domini. Armoniā cū flatu faciūt angeli: q̄ flatu scti spūs sunt pleni. Ezechie. j. Ubi erat ipet⁹ spūs illic gradiebant. In dei iubilatione prorum pūt. ps. Laudate eū oēs angeli ei⁹. Armoniā vo cū pulsu facit de⁹ patriarche siquidē habēt chordam suā, Apostoli suā ⁊ sic de alijs. Tanget igit de⁹ chordā patriarharū ⁊ dulcē sonū faciet. Chordam prophetarū ⁊ dulcē sonum faciet: ⁊ sic per ordinem. Tanget autē dissimiliter: vt concordē faciat melodiā: quia i dispari claritate erit pax ⁊ gaudiū. ps. Laudate eū sol ⁊ luna: laudate eum omns stelle et lumen. Per solē intelligunt sancti superiores: per lunam mediocres, per stellas inferiores. Chorda igit superiorū cum tangit facit quasi vocem octauā, Chorda mediorū, facit vocē quintā. Chorda vo inferiorū facit vocē inferiorē ⁊ planā. Tanget etiā chordam beate virginis ⁊ super omnes illa dulciorem sonum faciet: ⁊ vocē altiorem emittet. Propter istam triplicē melodiam dicit Esaie quinquagesimo primo. Gaudium propter armoniā flat⁹ ac leticia inuenit in ea ppter armoniā pulsus gratiarū actio: ⁊ vox laudis propter armoniam vocis.

¶ Sermo. cclxxix.
De eodem die: sermo. v.

REx meus et ⁊ deus meus: beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorū laudabunt te. ps. Quatuor sūt q̄ domū reddūt amenam scʒ dñi liberalitas: consortiū nobilitas: loci amenitas: ⁊ gaudij immensitas: ab his quatuor domum celestem cōmendat. Primo a liberalitate domini, cū dicit. Rex meus ⁊ deus meus. Licet enim sit rex ⁊ de⁹: est tamē noster quia se ⁊ sua nobis dedit. Liberalitas autē eius apparet: qr omnes peregrinos facit ciues facit perpetuos habitatores facit domesticos ⁊ heredes. Ista tria tāgit apostolus Ephesios. ij. Jam non estis hospites et aduene: sʒ estis ciues sanctorum ⁊c. Ecce qr peregrinos facit ciues: ⁊ domestici dei, ecce qr peregrinos facit domesticos heredes. Superedificauit sup fundamentū apostolorū ⁊ prophetarum ⁊c. Ecce quia facit eos lapides viuos .i. eternos habitatores. De his autē tribus facit de⁹ publicum instrumentum de quo dicit Apocal. iij. Scribā super eum nomen domini dei mei, id est scdm glosam hoc est nomē eternum ⁊ nomen ciuitatis noue hierlm id est scdm glosam nomē habebit a ciuitate, idest ciuis ⁊ nomē meū nouū quod est fili⁹ dei: hec igitur tria nomina scʒ ciuis eternus filius: in frōtibus scripta habebunt. Apoc. xiiij. Habentes nomē ei⁹ et nomen patris eius scriptū in frōtibus suis ⁊ sic habebunt instrumētum de sua ciuilitate: eternitate. ⁊ dei filiatione. Secūdo cōmendatur a nobilitate cōsortij: cū dicitur, beati. Erūt eīn omnes beati q̄tū ad omnes sensus. Uisus siquidē beatificabit in dei visiōe. Sed notādū. q̄ color niger visum cōgregat color albus visum disgregat: color viridis delectat: q̄ ē medius inter album ⁊ nigrū. Iste triplex color in christo cōsideratur. Niger fuit ei⁹ humanitas in passione denigrata. Apo. vj. Sol factus est niger tāq̄ saccus cilicinus: ⁊ iste color niger debet cogitat⁹ nostros cōgregare: quia si tanta passus est innocēs ⁊ sanct⁹ quid nunc faciet peccator mal⁹ ⁊ iniustus: color alb⁹ est sua diuinitas que pre nimia sua claritate oculos mētis disgregat. j. Thimo. vj. Lucē habitat inaccessibilē. Coniunctus est igitur color alb⁹ diuinitatis in christo: colori nigro humanitatis: ⁊ factus est tot⁹ viridis et delectabilis ad videndū. Unde christus seipsum vocat viridē dicēs. Luce. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt ⁊c. Auditus beatificabit q̄tum ad dei dulcissimam allocutionē. Cantico. secundo. Sonet vox tua in auribus meis ⁊c. Uox

etenim tua dulcis. Quātum ad angelorum iubilationem. Job. xxxviij. Ubi eras cum me laudarent astra matutina rc. Quātum ad perpetuā hominū laudationē. Esaie lj. Gaudium et letitia inuenietur in ea: ac gratiarū actio: r vox laudis. Olfactus beatificabitur odorādo rosam, id est carnem christi mundissimam. Eccl. l. Quasi flos rosarum in diebus vernis: odorādo balsamum, id est diuinitatem suauissimā. Eccl. xxiiij. Quasi balsamū non mixtum odor meus. Odorādo animam omnibus vnguentis plenissimam. Cantic. j. Curremus in odorē vnguentorum tuorū. Gustus beatificabitur in plena dei delectatione quam sentiet ex carne dei dulcissima. Job. xxxj. Quis det de carnibus eius vt saturemur: ex aīa dulcissima. Eccl'a. xxiiij. Spiritus meus sup mel dulcis et ex diuinitate omnium saporum plenissima. Sapiē. xvj. Panē de celo prestitisti eis omne delectamētum in se habentem rc. Tactus beatificabitur tangēdo personā christi. Si em̄ tanta virtus erat in tangendo fimbriam eius quanta suauitas erit tangere personam eius. Cantic. secūdo. Dextera eius amplexabit me. In osculando. Si em̄ tāta suauitas fuit osculari pedes xpi quanta erit obscularī a diuinitate christi. Canticorū. viij. Quis mihi det te fratrē meum vt inueniam te foris et deosculer. Tertio cōmendatur domus dei ab amenitate loci cum dicitur, in domo tua. Que amenitas consistit in duobus. Est em̄ magna r bn̄ disposita. De magnitudine eius dicit Baruch tertio. O israel q̄ magna est domus dei rc. Est em̄ longa sine fine: ideo dicitur magna r nō habens finem. Est alta sine modo: ideo dr excelsa. Est ampla sine mensura: ideo dicit immēsa. Est igitur sic longa q̄ oculus nō poterit attingere: sic alta q̄ auris nō poterit audire sic ampla q̄ cor nō sufficiat cogitare. j. Corinth. ij. Quod oculus non vidit nec auris audiuit rc. Est ordinata ad instar domus regalis. Multas em̄ in ea deus fecit mansiones. Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt scz oratorium atrium, cellariū cōsistorium cenaculum viridarium r cubiculū. In oratorio sunt angeli dei laudem continue cantantes et dicentes. Sanctus sanctus sanctus. rc. In atrio sunt patriarche pauperes sustentantes. Est enim atriū locus in quo pauperes recipiuntur. Et quia in hac vita receperūt pauperes eleemosynis suis: idō sancti tūc eos recipient i atriis suis. Luce xvj. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. In cellario sunt prophete aduentū christi ardentissime sitientes: r de hoc scribitur Esa. lxiiij. Utinam dirūperes celos r descenderes. Et qr sic fuerunt sitiētes: ideo plenissime bibētes. Canticorum secūdo. Introduxit me rex in cellam vinariam rc. In consistorio vero vbi cause audiuntur r sententie proferuntur ponunt apostoli. Mat. xix. Sedebitis super sedes duodecim iudicātes rc. In cenaculo ponunt martyres: quia fuerūt tribulati: afflicti fame r siti affecti: idō nunc plenissime saturant. Luc. xxij. Edatis et bibatis super mēsam meā rc. In viridario vero ponuntur cōfessores qui sunt viridarium dei: in quibus fuit rosa patientie liliū humilitatis. Et viola mūdicie. In cubiculo autē ponunt virgines tanq̄ sponse. Hester. ij. Ducta est hester in cubiculū regis. Uirgo autē gloriosa beata maria non est in aliquo istorum locorū determinate: sed modo stat cū angelis in oratorio: modo cū patriarchis in atrio: modo cū prophetis in cellario rc. Quarto cōmendat domus celestis ab immensitate gaudij hoc tangitur cū dicit: r in secula seculorū laudabunt te. Sed nun qd corporibus reassumptis ibi erit laus vocalis. Dicēdū est q̄ lingua homini data est ad quadruplex officium. Primo ad notificandū conceptum cordium. Aug. in enchiridion. Uerba ꝓpterea sunt instituta nō vt per ea homines seinuicē fallāt: sed vt per ea in alterius quisq̄ notitiā cogitationes suas ꝓferat: q̄ntū ad istud officiū non erit ibi lingua: qr corda erūt manifesta. j. Cor. iiij. Manifestabit ꝯsilia cordiū. Scdo ad erudiendū. Esa. l. Dn̄s dedit mihi linguam eruditā vt sciā sustētare eum qui lapsus est verbo: nec q̄tū ad istud erit ibi lingua qr omnes erūt sapiētes et docti. Hier. xxxj. Non docebit vir vltra proximum suum. Tertio ad cōsolādū. Eccl. xl. Tibie r psalteriū suauem fa

cināt melodiā, ⁊ super vtrūq lingua' sua= tuo: nec etiā q̃tuz ad istud erit ibi lingua qr omnes erunt consolati ibi ⁊ leti. Esa. xxxv. Gaudiū ⁊ letitiā obtinebūt: fugiet dolor ⁊ gemitus. Quarto ad deū laudā dū. Eccli.li. Dedit mihi dñs linguā mer cedē meā: ⁊ in ipsa laudabo eū. Et q̃tuz ad istud officiū ibi remanebit lingua. Un de dicit Remigius q tunc omnis lingua cessabit: ⁊ sola lingua hebrea q̄ fuit lin gua ade tūc remanebit. Augustinus. Ua cabimus ⁊ videbimus: videbim⁹ ⁊ ama bimus: amabim⁹ ⁊ laudabim⁹. Ecce qd erit in fine sine fine idem. Ipse de⁹ erit fi nis omniū desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur: sine fastidio amabit: sine fatigatione laudabitur. Si qs ami= cum libenter videt aliquādo ipsa sua vi= sio finit: ideo dicitur Sine fine videbit. Si quis aliquē amat aliquādo ipse suus amor in fastidium vertitur: ideo dicit. Si= ne fastidio amabitur. Si quis semp can= taret aliquando fatigaretur. ideo subdi tur Sine fatigatione laudabitur.

¶ Sermo.cclxxx.
De eodē die. Sermo.vi.

Beati pauperes spiritu qm̄ ipsorū est regnū ce= lorum ⁊c. Matt.v. In isto euā gelio ponunt septem beatitudines ⁊ se= ptē promissiones correspōdētes q̄ septē sanctorū ordinib⁹ adaptant. Prīa bea= titudo est beati pauperes spū. Et ista cō= uenit ordini apostolorū: qr ipsi primi fue runt q ꝓpter xp̄m omnia contempserunt Ista autez paupertas vt sit meritoria de bet habere tria que tanguntur in glosa ⁊ eliciunt ex textu vt.s. terrena despiciat. ideo dicitur Beati pauperes vt recta in tentione hoc faciat: ideo dicitur, spiritu: scilicet spirituali intentione vt celestia cō cupiscat, ideo dicitur, quoniā ipsoruz est regnum celorum. Ista paupertas etiam in apostolis fuit meritoria: quoniam nō fuit coacta sed spōtanea non simulata sz vera. Bernar. Cum tria sunt genera pau pertatis scz necessaria, voluntaria: ⁊ si= mulata: recte diuidens ⁊ recte offerens reiecta simulatione necessariam patiens ⁊ voluntariam amplectens pauper effici tur spiritu. Huic beatitudini additur ꝓ missio: cum dicitur Quoniam ipsoruz est regnum celorum. Tales enim pauperes habent mundum ad dominādum. ij. ad Corinth.vi. Tanq̄ nihil habentes ⁊ om nia possidentes. Habent deum ad here= ditandum. Numeri.xviij. In terra eorū nihil possidebitis ego pars ⁊ hereditas tua. Habent celum ad largiendū. Luce. xvi. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ⁊c. Habent etiam regnuz ad possidendum. Luce.xij. Nolite timere pusillus grex quoniam placuit patri ve stro dare vobis regnum: et ideo dicit. Ipsorum est: non erit regnum celoruz qr iam habent ipsum in spe certa. Ro.viij. Spe salui facti sumus. Tales autem nō sunt pauperes sed valde diuites. Tres enim sunt species hominum qui q̄uis ni hil habeant in re tamen multa in spe sci licet qui ad magnam dignitatem electi sunt qui in loco tuto aliquem thesauruz reposuerunt: ⁊ qui sunt heredes princi pum. Tales sunt pauperes christi. Iaco bi.ij. Nōne deus elegit pauperes in hoc mundo ecce quia sunt ad celestem digni tatem electi diuites in fide. ecce qr the= saurieorum sunt in tuto repositi diuitie nanq spirituales a nullo possunt aufer= ri ⁊ heredes regni quod repromisit de⁹ diligentibus se: ecce quia sunt heredes regni dei futuri. Secunda est: beati mi= tes: et conuenit angelis qui aliis super bientib⁹ deo humiliter adheserūt ⁊ qui nobis etiā ex humilitate deseruire dignā tur: isti autē sunt mites qui nō sunt ad in iurias impatientes: qd trib⁹ modis fieri pōt aut quando quis mouetur plusq̄ de beat: aut priusq̄ debeat: aut cū oīno non debeat. Sen. i lib. de vir. Quedā nos tor quent magis q̄ debeant: aut priusq̄ de= beāt cū omnino nō debeāt: sicq aut au= gemus dolorem: aut preoccupam⁹ aut fingimus huic beatitudini addit ꝓmis= sio: cū dicit, quoniā ipsi possidebūt ter= ram scz viuentium vel terrā, id est corp⁹ suum terrenum possidebunt glorificatū. Bern. Habitet gloria in terra nr̄a, id est in corpore nostro: qd ex q̄tuor elemētis constat esse compactū postea subdit. Ha beat ergo corp⁹ ex terra imortalitatē: ex

aqua impassibilitatē ex aere leuitatē ex igne pulchritudinē & claritatem. Tertia est beati qui lugēt & ista beatitudo cōuenit martyribus quibus dictū est. Joānis xvi. Amen dico vobis: q: plorabitis & flebilis vos, felices sanctorū lachryme que habent deū inebriare Esaie.liiij. secū dū ali.literam. Adipe lachrymarū tuarū inebriasti me. Habēt etiā deum pūgere ad subueniēdū: sicut equus calcaribus pungitur ad currēdum, vnde dicit glosa sup Tob. Oratio deum vngit: lachryma pūgit habēt deū cogere & vincere. Ozee.xij. Inualuit ad angelū & confortatus est fleuit & rogauit eum. Augustin9. Oratio deū lenit: lachryma cogit habēt aīam clarificare. Greg. Mens lachrymis baptizata videt in cōtemplatione limpidius. Lachryme etiā habēt diabolū submergere & necare. ps. Contribulasti capita draconū in aqs. Huic beatitudini addit pmissio, cū subdit, quoniā ipsi cōsolabūtur & etiā risu perpetuo replebuntur. Luce.vi. Beati qui fletis qm ridebitis. In celo quidē est risus plenus. Job.viij. Donec impleatur risu os tuū. In mundo autem est risus semiplenus. prouerb.xiiij. Risus dolore miscebitur. In inferno aūt non erit risus: sz ibi erit irrisio. Irridebūtur si quidē ipsi dānati a deo. ps. Qui habitat in celis irridebit eos. Irridebunt ab angelis q̄ fuerūt eorū amici. Eccl.xx. Fatuo nō erit amic9, irridebunt a demonibus. Thren.j. Viderūt eā hostes & deriserūt sabbata sua. Irridebunt a dānatis: etiā a parentib9 & cognatis. Thob. ij. parētes & cognati irridebāt vitā ei9. Irridebunt mutuo a seipsis. Esaie.xiiij. Et tu vulnerat9 es sicut & nos nostriq̄ similis es effect9. Quarta est Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiaz. Et ista beatitudo conuenit prophetis qui vehemēter esuriebāt & sitiebant aduentū iusti dicētes. Esaie.xlv. Rorate celi desuper: & nubes pluāt iustū, istā iustitiā & nos hr̄e debem9 Est aūt iustitia sicut dicit glosa ibidem. Vnicuiq̄ tā supiori q̄ inferiori aut equali sus suū reddere. Bern. Redde plato reuerentiā & obedientiā q̄rū altera cordis altera vero corporis est. Exigit a te subdit9 custodiā & disciplinā. Custodiaz vt possit cauere pctm̄: disciplinā: vt malum non remaneat impunitū. Equali debes consiliū & auxiliū. Cōsiliū quo extinguatur ignorantia. Auxilium quo iuuetur infirmitas humana. huic beatitudini addit promissio cum dicit Qm̄ ipsi saturabuntur. De quorū esurie & saturitate dicit. Bern. Cor meum cōturbatum est in me. & inde dolor. Et dereliquit me virt9 mea inde pauor: & lumen oculorum meorū & ipsum non est mecum, inde error. Verumtamen. Quare tristis es anima mea, spera in dn̄o: qm̄ adhuc confitebor illi. qn̄ a ratione error: a voluntate dolor memoria timor omnis recesserit & successerit illa quā speram9 mira claritas plena suauitas: & eterna securitas. Idem. Qui replet in bonis desiderium anime ipse rationi futurus est plenitudo lucis volunta ti plenitudo pacis memorie continuatio eternitatis. Quita Beati misericordes: & cōuenit patriarchis q̄ operibus misericordie insistebāt nō tātū corporalibus sz etiā spiritualib9. de corporalib9 operib9 mle dicit. Visito: poto, cibo, do, vestio, cōdo. Sed de spūalib9 dicitur Consule, castiga, soluere, remitte, fer, ora. Et primo consule id est doce ignorātē: & dirige dubitātem. Et sic in hoc intelligitur duplex elecmosyna spūalis scz doctrina & consiliū. Castiga delinquētē consolare tristez & remitte in te delinquentibus. Fer id est patienter porta aliorū defect9. Et ora p omnibus, huic beatitudini addit pmissio, cū dicit: qm̄ ipsi mlam cōsequent. Et istā mlam cōsequent ipsi & in vita & i morte, in vita q: ipsa mia impetrat remissionem culpe. Eccl.iij. Sicut in sereno glacies soluent pctā tua. Benedictionē gr̄e ij. ad Corin.ix. Qui seminat in bn̄dictionibus: de bn̄dictionib9 metet &c. & cōtinuationē perseuerātie. Eccli.xxix. Elemosyna viri quasi saccul9 cū ipso & grāz hois quasi pupillā ɔseruabit, in morte q̄ dētales misericordes portāt secū triplices lr̄as scz literas simplicis iustitie, de q̄b9 dr̄ Luc.vi. Date & dabit vobis. Gratuite mie de q̄b9 dr̄ hic. Beati misericordes: qm̄ ipsi mlam &c. Abundanti gr̄e, de q̄bus dicit Luc.vj.&c. Mensurā bonā & confertā & coagitatā &c. Sexta beatitudo

tudo est. Beati mundo corde, et hec beatitudo conuenit virginibus que munditiã cordis ⁊ corporis habuerunt. In veteri namq testamẽto tripliciter fiebat mũdatio scz per aquã expiationis, vñ q̃ dicitur. Nume.xxx. per sanguinem. Heb.ix. Oĩa pene in sanguine mundant. Per vnctionẽ sicut tabernaculũ ⁊ vasa ⁊ aarõ cũ filijs suis. Sic ⁊ ipse virgines se mundabãt per aquã confessiõis pure: Esa.j. Lauamini ⁊ mũdi estote. Per sanguinez passiõis dñice. Heb.ix. Sãguis xpi mũdabit consciẽtias nostras ⁊c. per vnctione gratie infuse. j. Jo.ij. Unctio ei⁹ docebit vos de oĩbus, huic beatitudini additur pmissio qua dr, qm̃ ipsi deũ videbũt Bern. Fuerũt deo tribus modis videndo cũ in oib⁹ creaturis, habẽtes eũ in nobisinetipsis. ⁊ qđ oib⁹ beati⁹ ẽ cognoscẽtes ipm̃ in se ipsa veritate. Septima btitudo est. Beati pacifici, ⁊ ista btitudo cõuenit cõfessoribus q̃ in se pacẽ cõsciẽtie habuerũt: ⁊ pacẽ in alijs pcurauerũt. De ista pace dt btũs Aug. in lib. de ciuitate dei. Tm̃ est bonũ pacis vt etiã in bonis terrenis atq mortalibus nihil solet gratius audiri: nihilq desiderabilius cõcupiscit: ⁊ nil postremo possit meli⁹ inueniri, ⁊ huic btitudini addit promissio: qz subdit: qm̃ filij dei vocabunt. Tũc enim vere apparebit qz filij dei sum⁹ p agtã similitudinẽ. j. Joã. iij. Scim⁹ qm̃ cũ apparuerit siles ei erim⁹ p hereditatis eterne pceptionẽ. ij. Cor. xij. Neq eñ debẽt filij parẽtib⁹ thesaurizare: sz parẽtes filijs ⁊ p familiaritatis magne ostẽsionẽ. Tenebũt eñ eos i mẽsa suap. Filij tui sicut nouelle oliuap ⁊c. i camera sua. Luce. xj. Pueri mei mecũ sunt in cubili, i sede sua. Ps. Et filij eop vsq i seculũ sedebũt sup sedẽ tuã: ⁊ ↄstituet eos sup oĩa bona sua. Mat. xxv. Sup pauca fuisti fidelis: sup multa te constituam.

¶ Sermo. cclxxj. De commemoratione animarum. Sermo. j.

Memorare nouissima tua: ⁊ in eternũ non peccabis. Eccle. vij. Quia valde est vtile mortez nostram sepe ad memoriaz reducere, ideo spiritussanct⁹ nos inducit ad nostre mortis memoriam habendam, cum dicit Memorare nouissima tua ⁊c. Deinde ponit huius memorie vtilitatẽ magnam cũ subdit ⁊ in eternum nõ peccabis. Circa primũ notandũ est q in hoc quod dicit, nouissima, includit prima ⁊ media quorum recordatio ad humilitatẽ nos inducit. Primo enim debemus memorare nostra primordia, id est natiuitatem. Circa quã tria sunt consideranda scz reat⁹ status. ⁊ ortus. Reatus quia puer cum peccato concipitur. Ps. Ecce eñ in iniquitatibus cõceptus sum ⁊c. Stat⁹ quia puer matris stat curuus genas super genua tenens. Hinc est q naturaliter oculi genib⁹ flexis citius lachrymãtur: ⁊ super genua positi ad fletum citius prouocantur. Ortus etiam circa natiuitatẽ nostram est cõsiderandus quia ipse ortus noster est cũ fletu. Aug. in libro de ciuitate dei. Infantia que non a risu sed a fletu oritur i hãc lucem quid malorum passura sit nesciẽs prophetat. Solum quãdo natus est ferunt risisse zoroastẽ nec tamen ille risus sibi profuit: quia a Nino rege assyriorũ interfectus fuit: ⁊ ista tria deplorat propheta dicens. Miser factus sũ propter culpabilem reatum ⁊ curatus sum propter situm curuũ contristatus ingrediebar: quo ad flebilẽ ortum. Secũdo debemus memorari nostra media quia vita nostra vanitatibus plena est. Nã sm̃ Hugonem de sctõ victore in hac vita, est quadruplex vanitas. Prima est in rebus conditis q̃ quidẽ habẽt vnã vanitatem a nõ esse ad esse Ps. Uane ↄstituisti oẽs filios hoĩm. Alia est in ipso esse: quia in eodem statu nõ permanent. Ro. viij. Uanitati creatura subiecta est. Alia est ab esse i nõ esse. Ps. Uerumtamen in imagine pertrãsit hõ. Ista triplex vanitas tãgit. Eccle. iij. Cũcta subiacẽt vanitati: quo ad vanitatẽ i esse. De terra facta sunt quo ad vanitatẽ de non esse in esse. Et in terra pariter reuertunt: quo ad vanitatẽ de esse in non esse. Secũda vanitas est in operib⁹ humanis que consistit in acquirẽdo diuitias delitias ⁊ honores: que tamen cũ labore acquiruntur cum timore possident. ⁊ cum dolore pdũtur. Tertia vanitas est

in corporalibus, nã secundum Bernar-
dũ. Caro nostra impugnat a suo materia
li principio, id est a luto: ab ipso mũdo:
& a diabolo. Et dr q a luto hz cogitatio
nes voluptuosas: a mũdo curiosas: & a
diabolo maliciosas. Quarta vanitas est
in mẽtib⁹ in qb⁹ est triplex vanitas sm
Gregoriũ. Una est: quia cum labore psi-
cit, sine labore deficit. Alia est: qr modo
ardẽter appetit, mõ fastidit. Tertia est:
affectionũ varietas que ipsam sepe spel
lit. Tertio d. bebus memorari nostra no
uissima, scz mortem periculosam & viam
formidolosam. Mors nanq valde est pe
riculosa qr tunc animal quadruplex bel-
lũ gerit. Unũ cũ morbo separãte. Anima
nãq naturalr vult esse in corpore: & mor
bus eã nititur separare. j. Regũ. xv. Sic
cine separat amara mors. Secundũ hz
cũ diabolo infestãte. Gen. iij. Tu insidia
beris calcaneo ei⁹. Tertiũ hz cum pec-
cato se ingerẽte. Sepe em̃ fit diabolo p
curãte. vt ipsi anime oia sua peccata ad
memoriã reducantur: vt ex hoc in despe
rationẽ labat. Ideo nõ debet tunc ad me
moriã reducere sua peccata: sed potius
sua merita: sicut ille fecit q dixit. iiij. regũ.
xx. Memento quomodo ambulauerim
coram te. Quartũ hz cũ deo rationẽ exi-
gente. ij. ad cor. v. Oẽs nos manifestari
op3 ante tribunal. xpi. Scdo debem⁹ me
morari viã formidolosa3. ps. In via qua
ambulabã ab. la. m. hi. Jõ talib⁹ debet
dari viaticũ. i. corpus dnicũ, via em̃ il-
la est longa ideo sibi datur ad reficiẽdũ
tũ. Regũ. xxx. Surge comede: grãdis ei
tibi restat via. Et periculosa. iõ sibi datur
tanq pugil ad defendendũ Job. xvij. Po
ne me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet
contra me. Et tenebrosa ideo dat sibi tã-
q lucerna ad illuminãdum. Jo. viij. Ego
sum lux mundi &c. est dubia & ignota. Jõ
sibi dat tanq ductor ad precedẽdũ. Exo
di. xv. Dux fuisti in misericordia populo
quẽ redemisti. Scdo ponit memorie mor
tis vtilitas magna cu dicitur. Et in etern-
nu3 non peccabis: nec peccato superbie:
nec peccato luxurie: nec peccato auari-
cie. Superbus em̃ si aliquas gratias hz
inde extollitur, si aliquas sibi psp̃era suc-
cedũt inde eleuat. Si vero aliquib⁹ ad
uersis deprimitur inde dedignat. Sz me
moria mortis cõpescit ne homo extollat
in gratijs. Eccli. x. Qui superbis terra &
cinis. Sicut em̃ pauo in extensione cau-
de gloriat: sed cõsiderãdo pedes ad hu
militatẽ reducit. Sic homo si ex consi de
ratione gratiarum extollitur cõsideran
do pedes idest finẽ ad humilitatẽ reuo
catur. Grego. in moral. De specti iacẽt in
putredine: qr prius intumescebant in va
nitate. Compescit etiam ne eleuetur in p
speris. Sicut enim aues cauda se regũt
volando per aerẽ: sic memoriam mortis
regit hoiem ne eleuetur in prosperis p
supbiã. Et sicut vinũ purũ cito inebriat,
mixtum vero sobrietatẽ facit. Sic leticia
mundana cito resoluit aim, mixta vero
cũ mortis memoria animũ tẽperatũ fa-
cit. prouer. xiiij. Risus dolore miscebit,
si extrema gaudij luctus occupat. cõpes-
cit etiã hominẽ ne indignetur: vel frans
gat in aduersis. Sicut em̃ pisces in aqua
natãdo cũ cauda se dirigant: sic & hoies
in aqs tribulationũ ne per impatiẽtiã de
mergant. per memoriã mortis se regũt.
Scdo expellit peccatũ luxurie. Sicut em̃
animal cũ cauda expellit muscas. Sic &
homo cũ mortis memoria debet a se ex-
pellere cogitationes immundas. Greg.
q enim sit carnis substãtia testant sepul
ture nihilq sic ad domandũ carnis desi
deria vez q vt quisq hoc qd diligit qua
le si mortuum pẽset. Magna siquidẽ stul
titia est corpus suũ delitijs impinguare
carnalib⁹. quod postmodũ cibus futur⁹
est vermibus associatum serpẽtib⁹ & sub
iectum bestijs ambulãtib⁹: istã aũt tripli
cem hereditatem corpus habiturum est
scilicet vermes ad corrodendum, serpẽ-
tes ad associandũ: bestias ad conculcã-
dũ Eccli. x. Cum enim morietur homo he
reditabit serpentes: bestias: & vermes.
Tertio memoria mortis expellit pecca-
tũ auaritie Nullus enim sapiens dz diui
tias appetere cũ postmodũ de corpore
exiturus sit nud⁹ Job. j. Nud⁹ egressus
sum de vtero matris mee: & nud⁹ reuers
tar illuc. Exitur⁹ sit sacco vel cilicio tegẽ
dus. Job. xvj. Saccũ consui super cutem
meã Exitur⁹ sit oibus diuitijs spoliãd⁹.
ps. Ne timueris cũ diues factus fuerit

homo. Exiturus sit cito in vermen et putredinē resoluēdus. Job.xvij. Putredini dixi: pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Exiturus sit cito in cinerē et in putredinē redigendus. Eccli.x. Quid superbis terra et cinis cuius conceptus est culpa, nasci miseria: viuere pena: et mori angustia.

¶ Sermo.cclxxxij. Eodem die fer.ij.

Queparate erant intrauerūt cum eo ad nuptias Mat.xxv. anime fideliū vt ad celestes nuptias intrare possint: qñ de hoc mūdo decedūt debent se preparare et in vita: et in morte, in vita faciendo bona opera in terris ex quibus domū sibi valeant edificare in celis. Edificantium autē quidā sunt valde boni quidā sunt valde mali quidā vero mediocriter boni et mediocriter mali. Ualde boni sunt viri perfecti qui domū in celis edificant de auro. argento: et lapidibus preciosis. j. Corin. iij. Si quis super edificat super fundamentum hoc aurū et argentum: et lapides preciosos et cetera. per aurū intelligitur dilectio dei que est incorruptibilis sicut aurū, fides aūt corrumpitur ex eo quod sibi succedit melius. s. aperta visio. Spes euacuatur quia sibi succedit melius scilicet eterna possessio. Charitas aūt non euacuat: quia charitati nihil quod melius est succedere potest quam ipsa charitas que deus est. per argentum intelligitur dilectio proximi. Sicut enim post aurum preciosius metallum est argētum: sic post mandatum de dilectione dei mandatum de dilectione proximi melius esse censetur. Matt.xxij. Diliges dominū deum tuum et cetera. Hoc est maximum et primū mandatū: secundum aūt simile est huic, diliges proximū tuum sicut te ipsum. Per lapides preciosos intelliguntur bona opera que debēt esse lucida per intentionem rectam, et solida per perseuerantiam: et virtuosa per charitatē veram alias enim nullius virtutis essent nisi in charitate fierent. Illi ergo edificant domū de auro et argēto et lapidibus preciosis. qui habēt charitatē dei succesam proximi dilectionē sincerā et operationē sollicitam. Tales enim destructa domo corporis: mox ingrediuntur domum celestis claritatis. ij. Cor.v. Scimus quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur et cetera. Ualde mali sunt miseri peccatores qui edificāt sibi domū infernalem de spinis auaricie, de luto luxurie: et de lapidibus superbie. Per spinas diuitie intelliguntur vt habetur Matt.xiij. Auari ergo edificāt sibi domum spinosam, et ideo in ea comburētur. Esa.xxxiij. Spine congregate igni comburentur. Luxuriosi edificant sibi domū lutosam. Eccle.ix. Omnis mulier fornicaria quasi lutū in via conculcabitur. Quia igitur sibi edificauerant domū luteam ideo in ipsa do. lutea a demonibus conculcabuntur. Esa.x. Mittam eū. s. assur. i. diabolum contra populū furoris mei: et ponat illū in conculcationem sicut lutum platee. Superbi aūt edificāt sibi domū lapidosam. Superbia enim ad instar lapidis facit cor durū. Job.xlj. Cor eius indurabitur quasi lapis: et quia edificant domum lapidosam, ideo cū ipsis lapidibus a demonibus debēt lapidari. Eccle.xxij. In lapide luteo lapidatus est piger. Nemo enim pigrior quam superbus. Dedignatur enim pauperem recipere erubescit ad Ecclesiā ire: verecundatur ieiunia obseruare. Mediocriter aūt boni et mali sunt viri imperfecti qui licet super fundamentū fidei edificent aurum argentū et lapides preciosos edificauerant nihilominus lignū: fenū, et stipulā. i. peccata venialia quorum quidā sunt in vsu: et cōsuetudine, et ista sunt lignū, quedā vero in quadā assuetudine: et ista sunt fenū, quedam aūt ex quadā surreptione: et ista sunt stipula. Uel potest dici quod per ista tria intelliguntur amor domesticorū vxoris et filiorum amor diuitiarū: et amor honorū. Qui ergo ad ista intensiori amore inclinātur plus habentes vel minus vel minimū de humiditate carnalitatis vel cupiditatis vel ambitionis, plus vel minus: vel citius cremabuntur. Secundo fidelium anime debēt se preparare in morte. Quatuor namque ipse anime de corpore exeuntes timere cōsueuerūt. s. laqueos demonū multitudinis.

nem peccatorum, et penarum acerbitatem, et viarum ignorantiam. Contra laqueos demonum se debent armare per eleemosinarum largitionem. Elemosyna enim tanquam lancea ad feriendum et scutum ad defendendum antecedit Unde de elemosyna dicitur Eccl. xxix. Super scutum potentis et super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Contra multitudinem peccatorum debent se armare per veram confessionem Eccl. xxvij. Ante mortem confitere. Eccl. xviij. Ante iudicem interroga teipsum et in conspectu dei inuenies propitiationem. Contra timorem penarum debent se armare per extremam vnctionem. Que quidem vnctio valet ad tria vt habetur Jacob. v. Scilicet ad celeriorem de pena purgatorij saluationem. Unde dicit. Oratio fidei saluabit infirmum. Ad ipsius pene aliqualem mitigationem. Unde subdit. Et alleuiabit eum dominus. Ad peccatorum dimissionem Unde ait. Et si in peccatis sit dimittentur ei. Contra ignorantiam viarum debent se armare per corporis xpi perceptionem. Filius enim dei scit viam que ducit ad infernum que ad lymbum que ad purgatorium: et que ad celum. et ideo anime sanctorum errare non possunt que habent talem ductorem Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita Ipse enim animam in via recta ponit: quia est via et positam per viam rectam deducit: quia est veritas: et deductam in paradisum introducit. deducens eam a se qui est vita: et beatitudo nostra.

¶ Sermo. cclxxxiiij.
Eodem die. Ser. iij.

Memor esto iudicij mei: sic enim erit et tuum mihi heri. et tibi hodie Eccle. xxxviij. Recte mortuus viuo ad memoriam mortem reducit ex eo quod ipsa mortis memoria est multum vtilis et necessaria adeo quod ipsi philosophi multum mortis memoriam recommendauerunt. Unde Hieroni. Platonis sententia est omnium sapientium meditationem esse mortis. Alius philosophus dixit. Summa philosophia est assidua mortis meditatio Ualet autem memoria mortis ad quinque. Primo ad ostendendum quod vita nostra multe sit breuitatis Et istud patet in illo rege potentissimo De quo dicit Hieronimus ad heliodo. Xerxes ille potentissimus rex qui subuertit montes: maria que constrauit cum de sublimi loco infinitam cerneret multitudinem exercitus fleuisse dicitur de eo quod post centum annos nullus eorum quos tunc cernebat superuicturus esset. Deus namque tres terminos humane vite imposuit Primus fuit ante diluuium, scilicet mille annorum licet enim millenarium nullus attigit. Secundus fuit post diluuium. et durauit vsque ad dauid. s. centum et viginti annorum Gen. vj. Erunt dies vite illius centum et viginti annorum Tertius incepit dauid et durauit vsque ad amon. s. lxx. vel. lxxx. annorum. Ps. Dies annorum nostrorum in ipsis. lxx. anni etc. Nec mirum si tam breuis est vita: quia sicut dicit barlaam. vita nostra est quasi quedam arbor cuius radices duo mures vnus albus et alius niger. s. dies et nox semper corrodunt. Et quia tam breuis est vita consuetudo erat antiquitus vt dicit Johannes elemo. quod in eadem die qua imperator coronabatur fragmenta marmorum diuersorum sibi ab artificibus portabant qui dicebant. De quo marmore iubet imperator sibi fieri sepulchrum, Et eadem die qua imponebatur sibi corona parabatur etiam sibi sepultura Secundo vtilis est ad ostendendum quod labores qui non sunt propter deum sunt multe vacuitatis Istud patet in Virgilio qui circa finem vite sue quatuor versus fecisse dicitur in quibus ostendit se compillando tres libros grauiter laborasse. s. librum de bucolicis in quo tradidit artem pastoralis cure: librum de georgicis in quo tradidit artem ipsius agriculture: et librum eneidos in quo tradidit artem militie et pugne. Et tamen nec de capris nec de tam bene pastis portauit lac nec de agris tam bene satis portauit segetes nec de hostibus superatis et victis portauit spolia. Unde dicit Pastor arator eques paui colui superaui: capras rura hostes quamquam labore graui. De capris pastis de rure sato hoste subacto. Nec lac nec segetes nec spolia vlla tuli. Hic autem Virgilius methaphorice locutus est. Nullus enim in morte de suis delitijs portare potest lac alicuius dulcedinis nec de suis diuitijs segetes alicuius refectionis nec de suis triumphis

talem alicuius honoris. ps. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo. Hoc refert ad carnales diuitias: homo eñ ꝑ carnali accipit: ⁊ cũ multiplicata fuerit glĩa domus eius hoc q̃tũ ad dignitates mũdanas. Quoniã cũ interierit nõ sumet omnia hoc quo ad temporales diuitias. Et signanter dicit oĩa: quia de his aliqua secum portat. Nã de deli.tĳs secum portat conscientie amaritudinẽ Prouerb.v. Nouissima illius amara q̃si absinthium. De diuitĳs portat extremã esuriem sicut patet in diuite illo epulone qui guttaʒ aque habere nõ potuit. De honorib⁹ secũ portat omni modã deiectionẽ.j. Mac.ij. Gloria eius stercus et vermis est. Hodie eñ extollitur ⁊ cras nõ inuenitur. Tertio vtilis est ad ostendendum ꝙ stat⁹ hominis est multe miserie ⁊ penalitatis. Istõ enim patet in aristotele q̃ dum in infirmitate vltima laboraret ⁊ ab aliquib⁹ discipulis rogaret.vt aliquod verbũ sententiosum eis dimitteret ait humiliatus in hunc mũdum intraui anxius vixi, ꝯturbatus egredior. ⁊ inscius ⁊ ignarus. Ubi ostendit statum suum fuisse miserabilem quãtum ad ingressum cum dixit humiliatus in hunc miserum mundum intraui. Uere hũiliat⁹ quia cuʒ culpa ⁊ fletu pauper ac nudus. Fuit etiam miserabilis q̃tum ad ꝓgressum. ideo dixit anxius vixi. Est autem triplex laboris anxietas. Una laudabilis ⁊ meritoria. ps. Laboraui clamãs ⁊c. Alia vituperabilis ⁊ dyabolica. Jere.ix. Ut inique agerẽt laborauerũt Alia indifferẽs ⁊ penosa. Job v. Hõ nascit ad laborẽ Labores vero quos ipse pertulit nõ fuerũt sibi meritorĳ: q2 hoc non faciebat propter deũ sed propter fauorẽ humanuʒ. Fuit etiam status miserabilis: q̃tum ad egressum ideo dixit. Cõturbat⁹ egredior Recedebat autem conturbatus: vel quia mundana q̃ dilexerat dimiserat: vel forte quia demones sibi moriẽti apparauerũt vel quia sibi reuelata fuerat sua dãnatio. Fuit etiã eius stat⁹ miserabilis post eius egressum Ideo dixit Inscius ⁊ ignarus. Acerbitas etenim penarum sibi obliuionem induxit omniũ sciẽtiarum. Unde cuidam amico socio suo apparuisse dicit dicens illi ꝙ tantam scientiam suam perdidit: ⁊ nihil aliud nouit nisi solummodo penam suam qua torquebatur. Quarto est vtilis ad ostẽdẽdum ꝙ omnia mũdana sunt omnino de vanitatib⁹. Istud manifeste patet in alexãdro: cui⁹ ossa in quodam vase aureo fuerunt reposita ⁊ recõdita ⁊ philosophi de multis mundi ꝑtibus cõuenerunt quorum vnus dixit. heri iste faciebat thesauruʒ de auro. hodie vero aurũ thesaurũ fecit de ipso. Alius dixit. heri non suffecit isti totus mund⁹: hodie quinq3 pedũ sepultura est contentus. Alius dixit heri istũ sequebãtur omnes viuẽtes: hodie viceuersa iste sequitur omnes moriẽtes. Alius dicebat. Iste heri omnes q̃s volebat a morte poterat liberare sʒ hodie mortis iacula nõ potuit euitare. Alius dixit heri iste premebat terrã hodie autẽ a terra premit ipse. Alius dicebat. Heri iste multos habebat amicos ⁊ inimicos hodie autem omnes sibi sunt equales. Quinto memoria mortis est vtilis ad ostendendum quod maxima potẽtia ⁊ dignitas mundanorum est magne prauitatis. Istud patet in diogene philosopho. ⁊ in Alexandro Cum enim dictus Diogenes secundum hieronimum extra vrbem in vase habitaret ita quod in estate semper funduʒ soli opponebat. in hyeme vero ad ipsum solem voluebat. ⁊ Alexander ante eum consistens vmbram sibi faceret. Dixit ei si volebat vt ipse pro se aliquid faceret ⁊ ille. velleʒ ꝙ mihi nõ auferres quod mihi dare non potes. qđ imperator intelligens ad aliam partem se diuertit dicens se valde mirari ꝙ suam non videbatur timere potentiam. Et ille. Potentiam tuam non timeo: quia aut est preterita aut presens aut futura. Preteritam non timeo: quia iam non est. Futuram non pertimesco quia incerta est. Presentem non formido: quia cito est trãsitoria De hoc etiam refert quintuscurtius quendam dixisse alexandro, Si dĳ habitum corporis tui auiditati animi tui parem esse voluissent orbis te non caperet ⁊ altera manu orienteʒ. ⁊ altera cõtingeres occidentem. deinde triplici exemplo ostendit ꝙ licet sit modo magnus cito possit fieri paruus. j. exemplo vnius magne arboris que subito eradicat ⁊ exem

plo honinis in altū ascēdentis que subito patitur casum: et leonis qui aliquando paruo rum animalium cibus efficitur.

Serm. cclxxxiiij. Eodē dic. Fm. iiij.

Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei: qr manus ꝛc. Job. xix. Hec verba cōuenienter possunt esse cuiuslibet alie posite in purgatorio suaȝ indigentiā ostēdentis: et suffragia postulantis In quib⁹ verbis ponitur triplex ratio quare mortui sunt a viuis iuuādi. Prima sumitur ex parte defunctorum. s. magna necessitas. cum dicitur. Miseremini mei miseremini. Geminat autem ipsa persona defuncta verbum misericordie: quia indiget dupli ci misericordia. Una qua satisfiat eius indigentie: alia qua prouideatur eius penurie indigentiam enim magnā habent qui se non possunt iuuare. Sūt tamē quidam qui possunt se iuuare sicut peccatores qui possunt se ad gratiaȝ disponere: et ab aliis possunt adiuuari. ephe. v. Surge qui dormis. Surge scilicet de bonis operib⁹ disponēdo, et exurge a mortuis: peccata mortalia relinquēdo et illuminabit te xp̄s lumē prime grē meritis aliquarum sanctoruȝ infundēdo. Alij vero sunt qui nō possunt se iuuare nec ab aliis adiuuari sicut dānati hoc significatū est Mat. xxij. In illo q̄ intrauit ad nuptias. Nō eñ potest se dānat⁹ iuuare bonū aliquod faciendo qr habet ligatā potentiam operatiuam: ideo dicitur. Ligatis manib⁹: nec etiaȝ bonū aliquod diligēdo, qr habet ligatā potentiā affectiuaȝ: ideo subditur. Et pedib⁹. pedes eñ anime secūdū Augu. sunt affectus anime nec etiam bonuȝ diligendo cū habeat ligatam potētiā intellectiuā. Ideo dicitur. Mittite euȝ in tenebras exteriores nec aliquod bonū verum dicēdo: qr habet ligatam potentiaȝ interpretatiuā Ideo dicit. At ille obmutuit. Nec pōt ab aliis adiuuari dānatus. Tum quia est extra ambitū diuine misericordie idō dicit. In tenebras exteriores. Tum quia nō est dignus ex eo q nō habuit vestē nuptialem charitatis fraterne tum qr est pcisus a corpore ecclesie membrum autem precisum efficitur putridūȝ et frigidum. Sic damnatus tanq̄ putrid⁹ semper emittit saniem: quia ibi erit flet⁹ et semper in frigore erit: quia ibi erit stridor dentium. Alij vero sunt qui medium locum tenent scȝ qui nō possunt se iuuare quia sunt extra statū merendi possunt tamen ab aliis adiuuari. Tum quia dū viuerent hoc sibi meruerunt. Tum qr sunt in charitate que omnia bona ecclesie facit esse communia. Tum quia sunt membra ecclesie viua a spiritu sancto viuificata. Habent etiam magnam penuriam. Potest enim quis tribus modis suam penuriā reuelare: aut laborādo mendicando aut mutuum accipiēdo sed in inferno non erit tempus laborandi sed secūdum labores recipiēdi. ij. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i ꝛc. Mendicare eñ poterūt dānati sed q̄ elemosynas eis porrigāt nō poterūt inueniri: sicut patet in diuite qui habere nō potuit guttā aque. Damnati etiā mutuū inuenire nō poterūt quia nullus ꝯcedit mutuū cui nō sufficit propriuȝ sicut patet in virginibus sapiētib⁹ que dixerūt: ne forte nō suff. nobis et vobis ꝛc. Scda ratio quare mortui sint a viuis adiuuādi. sumitur ex pte viuorū scȝ fraterna charitas. cū dicit saltē vos amici mei. Dicūtur autem hic amici quatuor modis. Primo modo iure propinquitatis. Isto modo pr̄ tenetur iuuare filium et frater fratrem. Unde etiaȝ diues apud inferos positus fratres suos iuuare volebat. Secūdo iure cōfraternitatis sicut sunt viri religiosi qui fratres suos adiuuare tenētur. Tertio iure amicitie spiritualis. Et tales amici aliqñ plus iuuant q̄ proximi. Prouerbiorum xvij. Omni enim tēpore diligit q̄ amicus est. Omni tēpore dicit: quia verus amic⁹ iuuat amicū in vita ad bonum inducēdo in morte ipsuȝ ad penitentiā admonēdo et post mortē suffragia faciendo. Quarto iure alicuius beneficij recepti. Qui eñ receperūt elemosynas defunctorū obligantur ad suffragia missarū et orationū. Prouerbiorū sexto. Si spopōderis pro amico tuo obligat⁹ est ei: scilicet ex beneficijs que recepisti discurre elemosynas faciēdo, festina sepi⁹ ieiunādo. Suscita amicū

sacrificiū offerēdo. Nō dormitent oculi tui sed vigilēt orationib⁹ insistēdo. Tertia ratio quare mortui sunt a viuis iuuādi sumitur ex parte iudicis que est eius pene seueritas: cū dicitur quia man⁹ domini tetigit me. Ex quo colligit̄ q̄ eorum punitio habet seueritatē: q2 in manu domini ceciderūt. Hebre x. Horrendum est incidere in manus dei viuētis. Et habet pietatem: q2 eos non subuertit ad dānationem: sed tangit ad purgationē. Deus enim punit hic et in purgatorio z in inferno. Hic punit paterna correctiōe. Hebreos.xij. Quē dn̄s diligit castigat: flagellat autē omnem filiū quē recipit. In purgatorio punit cum momētanea indignatione. Esa.liiij. In momento indignationis: abscōdi faciē meā parump recessi a te, z in misericordia sempiterna miser͛t⁹ sum tui. In inferno autem deus punit cuȝ perpetua subuersione. Heb.vj. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati zc. Et prolapsi sunt in infernū, rursum renouati ad penitentiam.

¶ Sermo.cclxxxv. De eodem. Sermo quintus.

Audiui vocem de celo dicentem mihi: scribe beati mortui qui in domino moriuntur. Apocal'.xiiij. Rumores tunc libenter audiuntur quando sunt boni: certi de remotis partib⁹ delati: et quādo sunt de amicis z ab amicis nunciati. Tales sunt rumores quos nobis refert Johānes. Sūt nanq3 boni quia de nostra saluatiōe. Sūt certi: quia a fidelissimo Johāne euangelista teste dei. Sunt de remotis partibus quia sunt de ipso celo. Sūt ab amicis.i. ab angelis q̄ Johāni ista reuelabāt. Sūt de amicis, id est de nr̄is defunctꝭ. de quorum tā felici statu certificamur. Et ideo tales rumores bene sunt scribendi.i. memorie commendandi ex eo quia sicut dicit beatus Gregorius. Quod loquimur transit: quod scribimus manet zc. Circa istam vocem quam Johannes audiuit duo videnda sunt scilicet vnde venit et propter quid venit. Uenit enim nobis de celo. z hoc cedit nobis ad magnitudineȝ consolationē z glorificationē. Magna nāq3 certitudo testimonij hic apparet: quia in ipo celo nō sunt nisi btā trinitas: āgeli z beati. Uenit ergo ista vox de celo.i.a deo trino: z vno q̄ non pōt dicere aliqđ mēdaciū. Uenit ab angelꝭ q̄ nō possunt errare. Uenit a sanctis qui nō possunt decipere. Est etiā vox ista ad nostrā magnā cōsolationē: q2 ex hoc cōsiderare possumus q̄ȝ desiderāter nos expectāt beata trinitas propter sue laudis impletionem. angeli propter sui numeri completionē ꝑfectā. beati ꝑpter suorū corporū resumptionē verā. vnde Bernard⁹ super cāti. dicit de statu z cōsummatiōe ecclesie. De ea finis omniū pēdet. tolle hāc. z sic gratia ipsa angelorū societas ꝑpter numeri imperfectionē quodāmodo claudicabit: nec ciuitas dei vnq3 integre gaudebit nec debitā sue glie laudē habebit donec z ipsi in cōspectu angeloꝝ psallāt ei. Est etiam ad nostrā glorificationē. per celū em̄ intelligitur altitudo trinitatis pr̄ ergo dat suā voceȝ.i. testimoniū. s. q̄ nos expectat tanq3 suos filios. Et fili⁹ nos expectat tā quā suos fratres. Spiritussāct⁹ dat tanq3 patris z filij ꝑpetuos amatores. Circa scđm notandū est q̄ ista vox ꝑpter quattuor venit. Primo vt nos certificaret qualis homo sit ex cōditiōe sue nature cū dicitur mortui. Ipsa nāq3 lex mortis totuȝ humanū genus occupauit. In longitudine: q2 vsq3 ad finē mūdi durabit: sed tūc in iferno solūmodo remanebit. Esa.xxx. Precipitabit dn̄s mortē in sempiternuȝ. In latitudine: q2 per totū mūdum a paruo vsq3 ad magnum se extendit. Rom.v. In omnes homines mors pertrāsijt. In altitudine: q2 vsq3 ad altissimū dei filium se erexit. ibidē. Cū adhuc infirmi essem⁹ secūdum tp̄s xp̄s pro impijs mortu⁹ est Et i profundo: q2 vsq3 ad illū qui matris vtero se imergit. Osee.ix. Interficiā amātissima vteri eorū. Secūdo ista vox venit vt nos certificaret: qualis homo sit ex dono gratie: cū dicit Qui in domino moriūtur. Circa qđ notandū q̄ quidā moriunt̄ sine domino qh. s. moriuntur morte culpe que animā separat ab eo qui est vera vita. Esai.lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos z deū vestrū. Sap.j. Peruerse

cogitationes separāt a deo. Quidam vero moriuntur extra deū: et ideo non possunt redire ad deum et ideo tanquā asini putridi extra ciuitatē hierusalē expellentur: et in infernale sterquiliniū iactabunt. Hiere. xxij. Sepultura asini sepeliet putrefact⁹ et proiectus extra portas hierusalē. Quidam moriunt pro dño sicut sancti martyres qui p fide dñi moriunt sicut ipse p eis mortuus est: dicentes cū propheta. Quid retribuā dño p omnibus q̄ retribuit mihi. Quidam moriunt in dño: sicut iusti q̄ moriuntur peccato. Rom. vj. Si mortui sum⁹ peccato: quomodo adhuc viuemus in illo. Quidā moriunt cū dño sicut viri pfecti qui moriunt mundo. de q̄bus dic Col. iij. Mortui eñ estis et vita vestra abscōdita est cum xp̄o in deo. Tertio ista vox venit vt nos certificaret qualis hō futurus sit ex collatiōe glorie. cū dicitur. beati. Sancti quidem in mundo sunt beati in vna stola glorie. s. felicitatis ale. In futuro autē duplici stola. s. ale felicitate, et corporis claritate. Ualet quidem anime diligenti deū corpus suū sanū: infirmū et mortuū ac resuscitatum. Sanū siquidem ad fructū penitētie. Infirmū ad meritum patientie. Mortuū ad desideriū glorie perficiēdc. Et resuscitatū ad cōsummationem glorie tam perfecte. Bern. Sine corpore anima non vult perfici q̄d in omni statu sentit bono subseruire sibi. Quarto venit vt nos instrueret qualiter homo se habere debeat in mortis recordatione: cū dicitur. Scribe. Debet enim quolibet scribere. s. memorie sue firmiter imprimere q̄ hō sit mortalis et moriturus ex natura: sed cū deo victurus ex gr̄a. Ista autē memoria mortis valet ad peccati vitationē. s. supbie, auaricie, et luxurie. Esa. xiiij. Detracta est ad inferos supbia tua: concidit cadauer tuū: subtus te sternet tinea et operimētū tuū erūt vermes. Superb⁹ eñ appetit locū altū: sed in morte detrahet ad locū infimū. Ideo dicit. Detracta est ad inferos superbia tua. Auar⁹ morat in terra p amorē: sz in morte habitabit sub terra per putredinē: ideo dicit. Cōcidit cadauer tuū. Luxuriosus vult habere lectum carnalem et deliciosum: sed in morte habebit lectū penosum: ideo subdit. Subtus te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes.

¶ Ser. cclxxxvj. De eodē ser. vj.

Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus vt nō cōtristemini sicut et ceteri q̄ spem nō habēt. j. Thessa. iiij. Apostol⁹ nititur cōsolari fideles super mortē charorū suoꝝ ex trib⁹ rōnib⁹. Prima sumit ex parte corporis quod non est mortuum: sed dormit. Nemo enim cōtristaretur de amico suo si dormiret: sed potius sibi congauderet. Dicūtur aūt mortui dormientes duplici de causa. Primo ratione quietis: quia sicut dormientes a laboribus vacant: sic et ipsi laborib⁹ cessant. Ab illis. s. laboribus: de quibus dicitur Esa. xiiij. Et erit in illa die cum requiem dederit tibi dñs a labore tuo quē patiebaris: et a concussione tua et a seruitute dura qua ante seruisti. Requiescēt igitur a labore, a concussione, et a seruitute. A labore quē patiebant in mundo ij. Coꝛ. xj. In laborib⁹ plurimis. A cōcussione quam patiebant a diabolo. Luc. xxij. Simō ecce sathā expetiuit vos vt cribraret sicut triticū a seruitute quā patiebantur a corpore suo. Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptiōis. &c. Secūdo ratione visionis: dormientibus eñ cōsueuerūt occurrere visiones. Quidā tamen sunt q̄ nullas habēt sicut pueri parui. Quidā q̄ aliquas habēt: et horū q̄dā habēt bonas et delectabiles sicut viri pfecti. Quidā vero habēt malas et tristabiles: sicut peccatores et impij. Quidā aūt habēt aliquādo bonas et delectabiles: et aliquando tristabiles sicut impfecti. Eodem modo de mortuis est dicendū. Quidā eñ sunt qui nullas habent sicut pueri non baptizati. Nec eñ habēt delectabiles visiones: q2 deū videre nō possunt. Nec etiā tristabiles: q2 deū nō cōspiciūt. neq̄ demones: sed quadā q̄ete q̄escūt. alij habēt visiōes dulces et delectabiles sicut beati. sicut eñ dicit Augu. sup Gen. ad literā. Beati habebūt tria genera visionū quib⁹ tūc vtimur. s. corporalem, spi

BReuis in volatilibus est apis et initium dulcoris habet fructus eius etc. Ecclesiasti. xi. Cecilia apis vocata est sicut testatur Urbanus dicens cecilia famula tua quasi apis argumentosa tibi deseruit. In istis ergo verbis predictis a sal. et vrbano quinque implicantur. scilicet quod sancta Cecilia fuit apis et breuis apis, et volatilis apis, et mellificans apis, et argumentosa apis. Primo fuit apis inquantum exercitauit se circa dulcedinem deuotionis. Mel quidem generatur a rore et a flore: miro apis artificio edificata de cera domo ne mel defluat sed conseruetur. Deuotio quidem spiritualis habetur a rore sancti spiritus infundente. Nume. xi. Cum descenderet ros, scilicet gratie spiritus sancti descendebat et manna scilicet deuotionis et habetur a flore id est caritate florida promerente Cant. i. Lectulus noster floridus. habetur apis artificio. id est ab exercitanti, et meditanti animo. Ps. In meditatione mea exardescet ignis. Conseruatur autem in vase solido id est per patientiam et perseuerantiam firmum. Alias eiffpargitur si per impatientiam frangitur. Ecclesiastici. xxi. Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit. Secundo fuit apis breuis inquantum se exercitauit circa humilitatem que consideratur et quia breuis dicitur: et quia mel ab ipsa generatur. per mel enim humilitas intelligitur quia mel est in fundo melius quia de celi rore generatum. Oleum vero in superficie melius esse perhibetur ex eo quod est terrestre et grossum. Uinum vero melius est in medio ex eo quod inter hec est mediocris nature. Per oleum ergo intelligitur charitas que est condimentum omnium virtutum et ista est melior a superiori: quia quanto magis ad deum eleuatur tanto preciosior inuenitur. Per mel designatur humilitas que facit cor dulce et suaue. Illa autem humilitas maioris meriti existit que ad yma magis descendit. Per vinum intelligitur mentis iocunditas ista non debet se nimis eleuare per ineptam letitiam nec nimis se deprimere per seculi tristitiam: sed in medio consistere per modestiam. ij. Corintiorum. v. Siue mente excedimus deo: ecce quomodo eleuabat se per charitatem. Siue sobrii sumus vobis. ecce quomodo tenet se in medio per sobrietatem. Deinde subdit. Existimantes quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: ecce

quomodo p humilitatem se deponebat quia se mortuam reputabat. Tertio dici tur apis volatilis inq̄tum exercitauit se per contemplationem. Apes autem ad volandum per quatuor inducuntur, scili cet per tempus serenum per abundantiā florum: per dulce vinum: & per sonum. Sācta ergo Cecilia ad deum volauit per contemplationem: quia in ea serenitas fuit consciētie. flos puritatis & mundicie: vinum iocunditatis interne, & sonus allo cutionis diuine. Cant. ij. Surge propera amica mea et veni. scilicet ad contemplā dum. iaȝ enim hyems trāsijt, ymber abijt & recessit ecce serenitas conscientie flo res apparuerūt ecce flos puritatis & mū dicie. Uox turturis audita est in terra no stra ecce vox allocutionis diuine. que vox turturis dicitur: quia anima lamentum facit. & infra. Ueni de libano: ecce vinum iocunditatis interne. de quo vno dicitur. Ozee. xiiij. Memoriale eius sicut vinum libani. Uinum libani secundum Glos. di citur vinum pigmentatū quod est odori ferum. Quarto dicitur mellificans apis inq̄tum exercitauit se circa dulcē doctri nam & exortationem per quam multos ad deum traxit. Sed notandum q apes q̄ multū de melle eis dimittatur mod. cū operantur: sed in ocijs resoluunt: si nimis paruū quasi ꝯturbate modicū operant: q̄ mediocriter solicite operantur. Per quod datur intelligi q nimia dulcedo et lenitas in prelatis facit subditum negli gentem. modica vero cōpassio facit sub ditum precipitem. Temperata vero cor rectio facit subd'tum esse feruentem. ne cesse est ergo vt sit lenitas in seueritate: & seueritas in lenitate. hinc est quod mel ponitur in medicinis amaris triplici de causa scilicet vt amaritudo medic ne mel lis dulcedine temperetur vt per mel lis dulcedinem medicina a membris attra hatur: vt a corruptione medicina preser uetur p quod datur intelligi quod quan do prelatus propinat subditis medici nam amare increpationis, debet ipsam dulcorare melle paterne compassionis & tunc talis compassio suauiter accipitur et a membris anime scilicet memoria: in telligencia & voluntate incorporatur et a peccati putredine alis preseruatur. Quin to dicitur argumentosa apis que quideȝ sagacitas attenditur quantum ad tria. Primo quia cum spe subleuante habuit timorem deprimentem. apis enim quan do ventus imminet lapillos intra pedes portat, ne pre sui leuitate a vento rapia tur: sic sancta cecilia lapidem preciosum id est euangelium & timorem diuinū sem per portabat absconditum: ne rapi pos set per al. queȝ amorem mundanum. Se cundo quia habuit prudentiam totam suam vitam componentem. Sicut enim dicitur in libro de animalibus apes ordi nate mella ꝯponūt. Nā alie flores addu cunt alie de floribus rorē colligūt alie al uearia componunt alie mellificationi in tēdūt. Si beata Cecilia mō flores de pa radiso colligebat quos angel⁹ sibi detu lit. s. lilia virginitatis & rosas charitatis modo rorē celestē: scȝ spūssancti gratiaȝ que ipaȝ germinare faciebat. Ozee. xiiij. Ero quasi ros: israel germinabit quasi li liū mō aluearīū. i. corp⁹ suū cōponebat & custodiebat dicēs. Fiat cor meū domine & corpus meū immaculatū: vt nō cōfun dar. modo mellificationi intendebat. i. dulci deuotioni insistebat. tertio quia cuȝ dulci exhortatione habuit seueritatē de terrentē. Apis enī fugit salsuginē terre & sic dulcedineȝ mellis tēperat. Et inde est q mel aliquantuluȝ habet acuminis: per quod datur intelligi q sancti viri aliquā do verbis dulcedinis inserere debēt ver ba seueritatis. Unde beata cecilia spōsaȝ suum primo allocuta est dulciter dicens. O dulcissime & amātissime iuuenis &c. De inde ipsuȝ terruit dicēs. Ego angelū dei habeo amatorē qui nimio zelo custodit corpus meū hic si vel leuiter senserit q tu me amore polluto cōtingas te ipm feriet & amittes florē tue gratissime iuuētutis. Et sic ipm mollificauit dulciter alloquē do: & pūgebat ipsuȝ grauiter deterrēdo.

¶ Sermo. cccvi.

¶ De sancto clemēte papa. Sermo .i.

Quis putas est fidelis seruus & prudens quē constituit dominus super fa miliam suam vt det illis cibū

in tempore rc. Matthei.xxiiij. Sanctus clemens quinqz priuilegia habuit que in premissis verbis annotantur. Primum est: quia fuit miraculorum operatione fidelissimus. cum dicitur quis putas est fidelis. Noluit enim in miraculis que faciebat sibi gloriam attribuere: sed deo qui dicit. Esaie.xlviij. Gloriam meam alteri non dabo. multa quidem miracula fecit que sibi nõ attribuit sed omnia deo ascripsit. Fecit autem miracula maxime circa sysinnium et circa aque elementum. Nam circa sysinniũ ostendit iusticiã magnã cõgruẽtiã et miam. Justiciaz quidẽ, quia cum ad ecclesiã venisset et sacramenta dei curiosius scire vellet: cecus effect⁹ est. Johannis.ix. In iudicium ego veni in mundum: vt qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Ostendit suam misericordiam: quia ad preces vxoris ipsum sanauit. ps. Dominus illuminat cecos. Ostendit magnam congruentiam: quia cum crederet ligare clementem saxum ligabat quia congruum erat vt homines lapidei lapides traherent. ps. Similes illis fiant q̃ faciunt ea rc. Mirabilia etiã ostendit circa elementũ aque et hoc multipliciter. primo quantum ad aque inuẽtionem sicut patet quando agnus locum eis ostẽdit cũ pede: et inde fontẽ aq̃ pduxit. Scdo quantũ ad tẽpli fabricationez. quia manib⁹ angelicis in mari sibi tẽplũ fabricatum fuit. Tertio q̃tum ad maris excitationẽ: q: per tria milia siccabatur. Quarto per pueri conseruationem qui per annum in mari fuit conseruat⁹. Secũdum priuilegium est quia fuit magna humilitate preditus. cũ dicit̃ seruus. Cũ em̃ quatuor sint gña seruoꝝ: q̃daz sunt ancilla nati: quidã in prelio acquisiti: quidam cõducticij: quidã emptitij. Sanct⁹ autẽ clemẽs his quatuor modis reputauit se seruum. Fuit enim ab ancilla. i. ab ecclia in baptismo gñatus. ps. Seru⁹ tuus ego sum et filius ancille tue. fuit a xp̃o in prelio acq̃situs. xp̃s enim cum dyabolo prelium gessit et humanũ gen⁹ ab eo excussit. Esa.xlix. Captiuitas quidẽ a forti tollet̃ Roñ.vi. Liberati a peccato serui aũt facti deo. Fuit a christo mercede cõductus Mat.xx. Ite in vineã meã rc. Fuit precio empt⁹. i. Coꝛ.vij. Precio empti estis nolite fieri serui hominum. Tertiũ quia philosophus eximius: cũ dicitur: et prudẽs. Ipse enim ante conuersionem fuit phũs studiosus et curiosus. post cõuersionẽ fuit philosophus xp̃ianus. Studiosus q̃dez fuit phũs: q: studiose querebat qualiter anime immortalitas sibi psuaderi posset Ideo scholas philosophorum frequẽtabat: et quando concludebat q̧ immortalis erat valde gaudebat. qñ vero cõtrariũ tristis abscedebat. Fuit phũs curiosus sicut faciliter videt̃ in q̃stione de culice et camelo quã sancto barnabe fecit. post cõuersionẽ aũt phũs xp̃ian⁹. Philosophia aũt xp̃ianoꝝ est christũ crucifixũ scire verba curiosa vitare et inuincibilem esse. De prima philosophia dicit̃. i. Coꝛ.ij. Non em̃ iudicaui me aliq̃d scire inter vos nisi xp̃m iesuz et hũc crucifixũ. De scda dr ibidẽ. Nõ indoctis hũane sapiẽtie ṽbis rc. De tertia dicit nazãzen⁹. Duo sunt in celo q̃ terreri non possunt. s. de⁹ et angelus tertiũ est in terra. s. philosoph⁹ christianus. philosoph⁹ quidẽ velut incorpore⁹ est et impossibilis in omnib⁹ vincit̃ preter in animi libertate. Quartum est quia fuit summ⁹ prelat⁹. cũ dicit̃. Quem constituit dñs sup familiã suaz. Successit em̃ beato petro in trib⁹. s. in pontificali dignitate fidei ṽitate et in vite sanctitate beat⁹ petrus sciẽs passionem suã imminere congregatis fratribus dixi eis. ecce fratres loco mei ordino vobis Clementem qui mihi ab initio vsq̧ ad finẽ comes in omnibus fuit: ecce quia successit ei in pontificali dignitate Deinde subiungit beatus Petrus. Ipse enim totius predicationis mee veritatem agnouit: ecce quia sibi successit in fidei veritate. Deinde subiunxit. Quem pre ceteris expert⁹ sum deum colentẽ: et homines diligentem castum: diuinis studijs deditũ sobrium patientem: ecce quia succedit ei in vite perfectiõe. Fuit enim perfectus quo ad deum. Ideo dixit deum colentem. Quo ad proximuz. ideo dixit homines diligẽtẽ. Quo ad seipsuz. ideo dixit castum diuinis studijs deditũ. Fuit dignus prelatus quia gregem suuz pauit verbo: quia multos ad fidem conuertit ita quod vno die quingentos et

amplius baptizauit. Pauit exemplo. Unde dicitur de eo q tanta morum honestate pollebat q christianis: iudeis: et gentilibus complacebat. Pauit tēporali subsidio. Unde dicitur: q omnium pauperum viduarum et orphanorū nomina scripta habebat et eis sufficienter prouidebat. Quintum: est quia fuit doctor gratiosus: cum dicitur. Ut det illis cibum in tempore. Ipse enim cibum dei populo ministrabat: et hoc in tempore oportuno. Sicut enim dicit Chryso. Doctrina in tempore non oportuno oblata. non prodest sz nocet sicut esca contraria aut extra tempus accepta. Sicut enim idem dicit infantibus esca mutatur secundum etatem: sic in populo doctrina temperatur secundum virtutem. Ut autē ista doctrina a populo acceptetur. Debet attendere vt dicit Augustinus in libro de doctrina christiana. vt placeat vt pateat et moueat. Beatus igitur Clemens predicabat rationibus claris: et auctoritatibus veris: et ideo placebat. Nam gentiles rationib⁹: iudeos auctoritatibus conuincebat. i. pet. iij. parati semper ad satisfactionem omni petenti. ec. predicabat sermonibus planis. et ideo patebat. prouer. xiiij. Doctrina prudentium facilis. predicabat miraculis et exēplis: et ideo mouebat Roma. xv. Nō enim audeo aliquid loqui eorū que per me non effecit christus.

¶ Sermo. ccxcvij. De eodem sermo. ij.

Beatus seruus ille quem cum venerit dominus inuenerit vigilātem et sic facientem. Mat. xxiiij. Istud refertur ad quattuor superiora ad que dominus admonuerat seruum suum. s. vt vigilet cum dicit. Uigilate vt domum suā custodiat cum dicit. Si sciret paterfami. ec. Ut fideliter et prudenter seruiat. cum dicit. Quis putas est fidelis ser. ec. Et vt cibum familie tribuat cum dicit. Ut det illis cibum in tēpore. Est ergo sensus beatus seruus ille quem cum venerit dominus inuenerit sic facientem. i. vigilantē: domum a fure custodientem: fideliter seruientem: et sic cibum familie tribuentem. In predictis verbis duo tanguntur. s. aduentus domini: et cōmendatio serui. Aduentus domini notatur cum dicitur. Cū venerit dominus. tunc autem domin⁹ ad seruum suum clementem venit. quando ipsum de hoc mundo vocauit. in qua vocatione sanctus clemēs beatus fuit: quia pro ipso mori promeruit. Passus est quidem pro christo quadruplex genus martyrij. Primum fuit in compassione afflictorum. De quo dicit Grego. Qui dolorem exhibet in aliena necessitate: crucem portat in mente. Istam compassionē sanctus clemens habuit: quia patrem et matrem et duos fratres per. xxx. annos per mundum errantes inuenire non potuit et si compatiendum est miserijs aliorū multo fortius afflictionibus et doloribus nostrorum. Secundum fuit in patientia aduersorum. de quo dicit idem Grego. Sine ferro martyres esse possumus: si patientiam in animo veraciter custodimus. Et istud martyrium beatus clemens habuit: qz omnibus bonis fuit spoliatus: et a sede sua fuit deiectus. Sed in omnibus patiens est inuentus. hebre. x. Nam et vinctis compassi estis. Hoc q̄tum ad primū. et rapinam bonorum vestrorum cū gaudio suscepistis. hoc q̄tum ad secundum Tertium martyrium fuit in dilectiōe inimicorum. de quo dicit Grego. Ferre contumelias et odientem se diligere martyrium est in occulta cogitatione. beat⁹ clemens magnam contumeliam est passus. quādo tanq̄ malefactor et homicida exilio est damnatus. Sed tamen et inimicos suos dilexit corde et seruiuit opere et pro eis orauit ore. Math. v. Diligite inimicos. ec. Quartum martyrium est: qz submersus est ligata ad eius collum anchora in profundum. vnde poterat orare et dicere cum propheta. Nō me demergat tempestas aque. Tempestas quidē aque ipm nō demersit qz manib⁹ angelicis tēplū pparatū inuenit. pfundū ĩ̄o ipz absorbere nō potuit: qz ei⁹ aīa ad celū volauit. Puteus maris os super eū claudere non potuit: qz per tria miliaria mare se aperuit. Scd̄o ponitur cōmendatio q̄ in quatuor cōsistit vt supradictū est. Primo in vigilando. Ad pfectā vigilātiā tria requirunt̄ scd̄m Augu. lib. solilo. vt oclos

habeat quib⁹ vti possit vt aspiciat ⁊ vt videat. Qui ergo vult pfecte vigilare opoꝛtet ꝙ oculos sanos habeat: ne. s. sit in eis trabs supbie. Mat. vij. Quid aūt vides festucā in oculo fratris ⁊c. aut lutū cupiditatis terrene. sicut accid t in Tho. ps. Oculos suos statu declina. in terrā. aut ignis ardentis concupiscentie. ps. Sup cecidit ignis ⁊ nō viderūt solem. Etiam oportet ꝙ aspiciat. ps. Respice in facie; xpi tui. Christus enim habuit faciem cādidā rubicundā ⁊ electam. Candidā. i. pallidā in patibulo. Rubicundam habebit in iudicio, electā i regno. Can. v. Dilectus meus candidus ⁊ rubicun. ⁊c. Ergo respice faciem christi tui sic pallidam vt compatiaris. sic rubicundam: vt terrearis. sic electam vt iocunderis. Opoꝛtet etiam ꝙ videat. non autem potest homo deum videre nisi a seipso moriatur. Exod. xxxiij. Nō videbit me homo ⁊ viuet. homo enī aliquādo diligit terreneitatem aliquando carnalitatem aliquando sensibilitatem. Est ergo sensus. Non videbit me homo ⁊ viuet. i. qui viuat vita terrena, carnali vel sensibili: s; opoꝛtet ꝙ terrena despiciat: ⁊ carnalia abiiciat: et ad spiritualia intelligētiam erigat. Secundo consistit officium serui in domum a fure custodiendo. Nam secundum Chri. super Matt. fur. i. Diabolus quatuoꝛ furatur. s. aurum sapientie argētum eloquentie, vestes virtutum, ⁊ lintheamina gratiarum. Furatur quidem aurum sapientie diuine ⁊ ponit lutum sapientie mundane. de qua dicitur. j. Coꝛ. iij. Sapiētia hui⁹ mūdi stultitia est apud deum. Furatur argentum eloquentie. i. verba edificationis ⁊ immittit verba detractionis. Gal. v. Quod si inuicē moꝛdetis ⁊ comeditis videte ne ab inuicē consummamini. Furatur vestes virtutum et operum bonoꝛum ⁊ immittit vestes soꝛdidas vitioꝛum quas vestes apostolus abiiciendas esse ammonet. Roma. xiij. Abiiciamus opera tenebrarū ⁊c. Furat etiā lintheamē candidū gratie ⁊ ponit lintheamē soꝛdidū remoꝛdētis ɔsciētie. De quo dr. Esa. xiiij. Subter te ster. ti. et ope. tu. erunt ver. Tertio cōsistit officiu; boni serui in prudēter ⁊ fideliter sermēdo. Sic ⁊ btūs clemēs prudēter ⁊ fideliter deo seruiuit q ⁊ pecuniā dn̄i sui augere sciuit: na; sicut dicit Math. xxv. Uni dedit quinq; talenta. i. exterioꝛum scientia; quinq; sensuum ministerio occupanda; ⁊ exercendam que triplex est. s. politica ptinens ad rigimen ciuium: domestica pertinens ad regimen familie: ⁊ priuata pertinens ad regimen suipsius. Tunc enim alia quinq; talenta lucratur. quando se a sensibili voluntate custodiens: alios etiā ab his admonendo compescit. Aliis autem dedit duo. s. intellectum et operationem. Tunc etiam illa duo lucratur quando predicando et operando. i. verbo et exemplo ad similia alios inducit. Aliis autem dedit vnum. i. intelligentiam scripturarum. Ista autem vel abscondūt sub terra auaricie. vel in sudario coꝛpoꝛis ⁊ negligenter. et non ponunt ad mensam sacre scripture. Quarto officiu; boni serui consistit in cibum familie tribuendo. Cibus autem verbi dei secūdum Chrisosto. primo debet masticari per meditationem. Sicut enim cibus nisi masticetur et⁹ sapoꝛ non sent tur sic nec verbum dei. Unde illa animalia erant immunda que cibos non ruminabāt. Postea debet ad stomachum trahi per memoꝛie impressionem. Sicut enim cibus masticatus non prodest nisi fuerit stomacho traditus sic nec sermo nisi fuerit memoꝛie commendatus. Tertio debet ad diuer. mē. deriuari. Membra aūt aīe sunt eius virtutes: quedam enim verba debent deriuari ad vegetandum fidem: quedam ad nutriendū spem: quedam ad nutriendum charitatem, et sic de aliis. quarto debet incoꝛporari: vt. s. animam in nouitate vite transmutet. Non enim coꝛ mutat verbu; quia coꝛ auari non posset trahere verbum dei ad consentiendum propꝛie auaricie nec coꝛ superbi nec coꝛ luxuriosi: sed potius verbum dei mutat coꝛ: quia de auaro facit piū de superbo mansuetum: et de luxurioso castū ideo assimilatur surculo arboꝛi insito qui totam naturā arboꝛis ad se trah t. Jaco. j. Suscipite insitum verbū quod potest saluare animas vestras.

¶ Sermo. ccxcviij.

¶ De sancta Catherina. sermo primus.

Multe filie cō-
gregauerunt diuitias tu su-
pergressa es vniuersas. pro-
uer. vl. Inter ceteras filias
dei que spirituales diuitias
congregauerunt beata Ca-
therina diuitias spirituales congregauit.
imo ceteras virgines post virginem dei
supergressa fuit merito virginitatis mar-
tyrij z predicatiōis. primo igitur super-
gressa est vniuersas in diuitijs quas acq̄-
siuit merito virginitatis. Tanto nanq̄
virginitas maioris est meriti q̄nto retra-
hentia plura habet talis fuit virginitas
beate Catherine. Primo retrahentē ha-
buit iuuentutem: quia erat. xviij. annorū.
Juuentus autem multis est causa lasci-
uie. Eccl. xij. Juuentus et voluptas vana
sunt. Sed iuuentus sibi nocere non po-
tuit: quia cordis maturitatem seruauit.
Sap. iiij. Cani enim sunt sensus hominis
et etas senectutis vita immaculata. Se-
cundo habuit pulchritudinem: vnde di-
citur ꝙ erat incredibilis pulchritudinis et
omnium oculis admirabilis videbatur.
Pulchritudo autem, mulieribus est cau-
sa ruine. Eze. vi. Habēs fiduciam in pul-
chritudine eius fornicata est. prouer. xi.
Circulus aureus in naribus suis mulier
pulchra et fatua: sed pulchritudo sibi no-
cere nō potuit: quia de pulchritudine in-
teriori solummodo curauit. ps. Omnis
gloria eius filie regis abintus. Tertio ha-
buit rerum abundantiam et fertilitatez:
quia patri suo regi i diuitijs magnis suc-
cessit: et ista abundantia multis cōsueuit
esse causa luxurie. ps. Prodijt quasi ex
adipe iniquitas eorum. Et istud etiā bea-
te Catherine nocere non potuit: quia in
abundantia seruauit temperantiaz. pro-
uerb. xiij. Est enim diues cum nihil ha-
beat: et est pauper cum in multis diuitijs
sit. Quarto habuit libertatem z securita-
tem: quia sui et suorum domina remanse-
rat. Nimia autem libertas z securitas in
muliere est periculosa. Eccl. vij. Filie tibi
sunt serua corpus illarum z non ostēdas
faciem hylarem ad illas. Istud autē sibi
nocere nō potuit: quia licet habuit liber-
tatem: habuit tamen dei timorez. prouer-
bio. vi. Mulier timens deum ipsa lauda-
bitur. Quinto passa est magnam sollicita-
tionem. Sollicitata quidem fuit magnis
muneribus z terroribus. Multe enim mu-
lieres sunt que muneribus obediunt et
terroribus cedunt. Fuit muneribus solli-
citata: quia tyrannus tria sibi promisit q̄
mulieres multum appetunt scilicet diui-
tiarum copiam infinitam. dignitatez ma-
ximam scilicet ꝙ secunda esset post regi-
nam: gloriam immensam scilicet ꝙ in fo-
ro sibi statuam exigeret z ipsam ab omni-
bus adorari iuberet. Sz istud beate Ca-
therine non potuit: quia diuitias cōtem-
psit: dignitatem respuit z gloriam mun-
danā abhorruit. Unde dixit tyranno per-
suadēti sine talia dicere: que nephas est
etiam cogitare. Fuit etiam sollicitata ter-
roribus ac pulsata comminationibus et
tormentis. z istud ei nocere nō potuit q2
pro christo etiam mori nō timuit. Math.
x. Nolite timere eos qui occidunt corpus.
et postea non habent amplius quid faciāt.
Secundo supergressa est alias virgines
in diuitijs quas acquisiuit merito predi-
cationis. Quāuis enim mulieribus sit in-
hibitum officium predicationis quibus-
dam tamen sanctis virginibus fuit offi-
cium predicandi a spiritu sancto conces-
sum quadam prerogatiua gratie singu-
laris. Ipsa enī vbū dei pdicauit z multos
ab errore cōuertit. Et p̄ hoc ad hoc vniuer-
sas alias supgressa est. Alie enī cōuerte-
bāt hoies populares. hec aūt ꝯuertebat
regias z pncipes. sicut vxorē maxētij impa-
toris. z porphiriū pncipē militū. Alie cō-
uertebant hoies simplices z illiteratos.
Hec aūt cōuertebat. l. rhetores z phos.
Alie habuerūt aliquā sapiētiā a deo in-
fusaz. hec aūt pter sapiētiā infusam fuit stu-
dijs olim liberaliū artiū erudita. Alie ꝯtē-
te erāt simplici eruditiōe. De hac dr ꝙ va-
rias cōclusiones sillogismoꝝ allegorice
discrete z mystice cum cesare disputauit.
Alie i pdicādo habuerūt sapiētiā sufficiē-
tē. hec aūt habuit sciētiā excellētē. vñ im-
pator dixit. Est apud nos puella sensu et
prudētia icōparabilis. Habuit ēt eloquē-
tiā: vñ dixit idē. Audiuimus tuā eloquētiā
z mirati sumus tuā prudētiā. Habuit ꝯstā-
tiā. Uñ ipsa dixit. Fac q̄cūq̄ alo cōcepisti

paratā nāq me videbis ad oīa sustinenda. Habuit etiā in loquēdo magnā efficaciam. Unde dixerūt rhetores. Nullus ante nos stare vnq̄ potuit quin cōtinue vinceret. Hec aūt puella sic nos i admirationē cōuertit: vt ↄtra ipsam aliq̄d dicere aut oīno nesciam⁹ aut penitus formidemus. Tertio supergressa est vniuersas in diuitijs quas acq̄siuit merito martyrij. Alie quidē vnū vel duo martyria passe sunt: s3 btā Catherina quintuplex genus martyrij passa fuit. pzimū genus q2 fuit scorpionibus flagellata: scḋm q2 sic lacerata in obscurissimo carcere fuit clausa. tertium est, q2 fuit fame cruciata. quartum est q2 fuit supra rotas horribiles extēsa. quintum est q2 fuit decollata. Sed tn̄ cōtra acerbitatē harū penarum quinq̄ adiutoria habuit diuinarū consolationū. Que eīn fuit lacerata ⁊ flagellata: fuit postmodū ab angelis celesti vnctione peruncta sicut in legenda cōtinet. Que in carcere obscurissimo clausa fuit ibidē celesti luce ⁊ claritate est perfusa. Que fuerat fame cruciata: fuit colūba cibum deferente nutrita. Que fuit supra rotam extēsa: fuit ab angelo soluta ⁊ rota penitus dissipata ⁊ multitudo gentilium iterfecta. Que fuerat decollata fuit in monte Sinay angelorum manibus deportata.

¶ Sermo.cccxcix.
De eodem die sermo .ij.

Adamauit eā rex plusquā omnes mulieres habuitq̄ gratiā coram eo sup oēs mulieres ⁊c. hebre.ij. Ista v̄ba que leguntur de regina hester que interpretatur eleuata in populis cōuenire p̄nt btē catherine que fuit genere regina ⁊ modo est in populis eleuata ⁊ nobis in patronā ↄcessa. In quib⁹ verbis tria dicunt. s. rex. i. xp̄s eā adamauit in vita: gratiā sibi dedit in morte: ⁊ miam sibi fecit post mortē. Pzio nāq̄ adamauit eam in vita. Amoris eīn spōsi ad sponsam duo sunt signa: ⁊ vna est causa. Unū signū est qn̄ vir ipsam eisdē ⁊ preciosis vestib⁹ induit sec̄. Christus spōsus triplici veste est idut⁹. s. cādida p puritatē: rubea p passionē: ⁊ varia p virtutū varietatē. De his trib⁹ dicitur. Cant.v. Dilect⁹ me⁹ candid⁹ ⁊c. Istas vestes induit xp̄s beatā katherinā. s. albas p v̄ginitatē: ⁊ purpureas p passionem: ⁊ feruētē charitatē: ⁊ variā p virtutū multiplicationē. De his duob⁹ dicit. Pzou. vlti. Stragulatā fecit sibi vestē quo ad vnū. Nā s̄m glo. Stragulata vestis est q̄ varietate texture cōfici solet. Bissus et purpura indumētū ei⁹ quo ad alia duo. Scḋm est: multis gratijs eam preuenit. Dedit nāq̄ sibi quoddā angelicū. s. virginitatē seruare qḋ est proprium angeli. Luc.xx. Equales enim sunt angelis ⁊c. Quoddā diuinū scʒ gratiose predicare qḋ fuit p̄priū officiū xp̄i. Luce.iiij. Alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei: q2 ideo missus sū. Quoddā spūale. s. mortem p xp̄o subire. Philip. j. Uobis datū est p xp̄o: nō solū vt in eū credatis, sed etiā vt p illo patiamini. Est eīn vltimū terribiliū: q2 vltra mortē nullus pōt aliq̄d pati maius. De his tribus dicit. Prouerb. vlti. Accinxit fortitudine lumbos suos quo ad virginitatē. Roborauit brachiū suū quo ad martyrij magnanimitatē. Gustauit ⁊ vidit qm̄ bona est negociatio sua quo ad predicationis gratiositatē. Causa autē potissima q̄re vir vxorē diligit: est qn̄ filios sibi generat sapientes. Et btā Catherina xp̄o filios sapiētes generauit quādo. l. rethores ad fidē xp̄i cōuertit. Istos aūt generabat ⁊ alios doctrinis, miraculis, ⁊ exēplis. Apoc.iiij. De throno p̄cedebāt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua. Thronus dei beata Catherina in cui⁹ aīa de⁹ residuit a qua p̄cedebāt voces predicationū: fulgura miraculoꝝ: ⁊ tonitrua exēplorum. Exēploꝝ nāq̄ sanctoꝝ quedā tonitrua sunt que excitare debent in peccatis dormientes. Scḋo huius beate catherine pre ceteris sanctis fecit gratiā in morte. Quedā nāq̄ priuilegia sanctis in morte cōcessit particulariter que oīa in morte beate Catherine cōcessit vniuersaliter. Primū est xp̄i visitatio: ⁊ istud fuit in Johāne euāgelista ad cui⁹ transitum Christus cum discipulis suis venit. Et istud similiter in beata Catherina fuit; quia cum

esset in carcere: christus cum multitudine angelorũ ꝛ hominũ ad eã descendit. Et istud attestat̃ priuilegio specialis amoris. Quia enĩ xp̃s beatũ Joãnẽ ꝛ sanctã Catherinã speciali amore dilexit: idõ ad eos specialiter in morte venit. Joh. xiiij. Siq̃s diligit me ꝛc. ꝛ sequit̃. Ad eũ venie mus ꝛc. Scdm̃ est sp̃ualis refectio: ꝛ istud fuit in beata maria magdalena que spiri tualib⁹ refectionib⁹ pascebat̃. Istud etiã fuit in beata Catherina cui ĩ carcere exi stenti de⁹ p̃ colũbã ministrat: ꝛ istud atte stat̃ cõtempt⁹ mũdane dilectiõis: q2 igi tur carnales delectiões beata Catheri na cõtẽpsit: ideo celestib⁹ cõsolationib⁹ pascebat̃. hinc est q̃ q̃ncito filij israel de fecit farina de egypto receperũt manna de celo. Tertiũ ẽ petitionũ exauditio. Et istud fuit in sancto blasio ꝛ ĩ sctã marga retha: q2 in sua passione deũ rogauerũt vt q̃cunq3 in noĩe ipsoꝝ aliq̃d a deo pete ret obtineret. Et istud fuit in sctã Cathe rina q̃ idem a deo petiũt ꝛ impetrauit: ꝛ istud attestat̃ sue magne sanctitati. Vñ dr̃ de viro sancto in p̃s. Clamauit ad me et ego exaudiã eũ ꝛc. Quartum est celestis ianue reseratio. Et istud fuit ĩ btõ stepha no q̃ celos apertos vidit. Et istud etiam fuit in sancta Catherina cui vox de celo dixit. Veni dilecta mea. Ecce tibi celi ia nua est apta. Et istud attestat̃ sue magne perfectioni. Celũ nãq3 aperit̃ viris perfe ctis martyribus ꝛ baptizatis. Sãcta igi tur Chaterina fuit valde p̃fecta martyr p̃ciosa, ꝛ suo sanguine baptizata. Quin tũ est angeloꝝ accessio. Et istud fuit in beato martino ad cuius obitũ angeli ac cesserunt: ꝛ istud etiam fuit in sancta Ca therina cui ĩ morte angelij obsequia p̃sti terũt. Et istud attestatur sue virginitati. Quia enĩ angeli sunt virgines p̃ naturã: ꝛ ipsa fuit virgo p̃ gratiã libenter angeli cũ ipsa morabant̃. Eccl. xxvij. Volatilia ad sibi similia conueniunt. Sextũ est lactis emanatio: et istud fuit in beato Paulo a cuius corpore vnda lactis effluxit. Istud etiam fuit in sancta Catherina que pro sanguine lac dedit. Fuit etiã de numero sanctorum: de quibus dicitur. Threno. iiij. Nitidiores lacte. Septimum est diui ne lucis choruscatio: et istud fuit in bea to Petro ĩ cui⁹ martyrio magna lux emi cuit: ꝛ cũ ipsa luce aĩa in celum ascendit. Istud etiã fuit in btã Catherina q̃ cum fuisset in tenebroso carcere inclusa ma gna claritas sibi resplenduit: ꝛ istud at testatur sue magne fame et lucide cõuer sationi. Sap. iiij. O q̃ pulchra est casta generatio cũ claritate. Tertio xp̃s bea te Catherine magnam miam fecit post mortẽ. Et ista mia in tribus attendit̃. Pri mo quia corpus eius mirabiliter hono rauit qñ per angelos ipsã sepeliri fecit. Angeli enĩ corp⁹ eius ad montem synai itinere plusq̃. xx. dierũ deduxerunt: ꝛ ibi honorifice sepelierũt. Esa. xj. Erit sepul chrum eius gloriosum. Et in hoc assimi latur sancto Clementi: cui angeli in mari monumentum fabricauerũt. Et istud at testat̃ sue magne sapiẽtie. Sepulta nãq3 est btã Catherina in mõte synai vbi dñs de⁹ Moysi sapientiã suã dedit. Secũdo q2 corp⁹ ei⁹ prodigio magno illustrauit quãdo de ei⁹ membris oleũ emanare fe cit. Et ĩ hoc assimilat̃ beato Nicolao de cui⁹ corpore oleũ emanat. Et istud attes stat̃ sue magne misericordie: q2 p̃ oleum misericordia designat̃. Tertio q2 ei⁹ ani me trecẽta premia dedit. dicit̃ enĩ Mat. xiij. q̃ semen iactũ in terrã bonã facit fru ctum aliud tricesimũ: aliud sexagesimũ: aliud cẽtesimũ. Terra bona faciens fru ctũ tricesimum sunt boni cõiugati q̃ cum fide trinitatis decalogum seruauerũt: et ideo premia. xxx. habebũt. Terra bona faciens fructũ sexagesimum sunt boni cõ tinentes qui cũ. vij. operibus misericor die decem precepta custodierũt: ꝛ ideo. lx. premia possidebunt. Terra bona fa ciens fructũ centesimũ sunt ṽgines pre dicatores ꝛ martyres qui de leua presen tis vite trãseũt ad dexteram celestis pa trie. Et q2 btã Catherina predicatrix et martyr extitit: ideo ipsa trecentena pre mia a deo recepit. Dicitur enĩ de sanctis Esa. lxi. In terra duplicia possidebunt. Ille nãq3 q̃ tantũ fuerũt virgines habe bũt premia cẽtena duplicia. Ille aũt que fuerũt virgines ꝛ martyres habebũt cẽ tena duplicia. Ille autẽ que fuerũt virgi nes, martyres ꝛ predicatrices sicut bea ta Catherina habebũt cẽtena triplicia.

¶ Sermo.ccc. De eadem sermo.iij.

Simile est regnū celorū thesauro abscōdito in agro ⁊c. Mat.xiij. Regnū celorū potest intelligi btā Catherina in qua xp̄s regnauit p gratiā. Ideo similis est thesauro abscondito in agro. Ager iste fuit animus Catherine in quo creuit et floruit liliū puritatis, rosa charitatis, et viola humilitatis. In isto agro abscōditus est thesaur⁹ martyrij siue passionis assumpte, ⁊ thesaur⁹ diuine sapiētie, et virginalis mūdicie, ⁊ celestis glie: et iste est ille thesaurus de quo dicit .j. Cor.iij. Si quis autē superedificat supra fundamentū hoc aurū argentū ⁊ lapides pciosos ⁊c. In isto agro inuenit aurū martyrij: de quo dicit Sap.iij. Tanq̄ aurū in fornace pbauit illos ⁊c. Sicut eñ aurum maleat et nō frangit: sic btā Catherina multa tormēta est passa: ⁊ th̄ in omnibus fuit cōstās inuenta et firma reperta. Fuit etiam martyriū ei⁹ priuilegiatū quantū ad tria. Primo qr habuit honorabile obsequiū. Angeli eñ corp⁹ ipsi⁹ beate Catherine sepelierūt ⁊ tā obsequiosi fuerūt q̄ sibi obsequiū prebuerūt tā in vita sua. s. qñ ipse angelus in cōflictu cū rhetoribus ipsaz cōfirmauit q̄ in suo martyrio: sicut qñ ei⁹ plagas perunxit: ⁊ post mortē suā qñ multitudo angeloꝝ corp⁹ eius ad mōtē synai deduxit. Scd̄o habuit honorabile sepulchrū: qr in mōte synai ei⁹ corpus fuit positū, ⁊ istud nō vacat a mysterio. Hoc eñ attestat sue magne sapiētie et sue magne cum deo amicitie: et sue magne abstinentie. Sepulta est nanq̄ in monte illo in quo de⁹ legē sue sapientie dedit moysi, et in q̄ familiariter cū moyse, velut amic⁹ amico locut⁹ fuit: i q̄ moyses .xl. dieb⁹ ⁊ noctib⁹ ieiunauit ad significādū q̄ btā Chaterina dei sapiētia plena fuit, et cum deo singularem familiaritatem habuit, ⁊ ab omni amore mūdi abstinuit. Tertio habuit miraculum gloriosum: qr de eius corpore oleum emanauit per quod datur intelligi q̄ ipsa valde pia et misericors extitit. Per oleum enim misericordia ⁊ pietas designatur.

Oleū nanq̄ hz virtutē penetratiuā. ps. Sicut oleū in ossib⁹ eius ⁊c. Impinguatiuā. ps. Impinguasti in oleo caput meū. Letificatiuā. ps. Et exhilaret faciem in oleo. Leuatiuam: qr sup ceteros liquores eleuat. per q̄ dat intelligi q̄ ipse misericordia ⁊ elemosyna diabolū penetrādo vulnerat: cū sit lācea dei. Unde de elemosyna dicit Eccl.xxix. Sup scutuz potentis ⁊ sup lāceā aduersus inimicum suum pugnabit. Deinde impinguat cum sit adeps di. ps. Ex adipe frumēti satiat te. vnde dixit oliua Judicū.ix. Nunquid possuz deserere pinguedinē meā qua dij vtunt ⁊ hoies. Cōscientiā letificat cuz sit vinū. Unde ps. Uinuz letificat cor hominis. Unde dixit vitis ibidē. Nunqd possum deserere vinū meū qd̄ letificat deuz ⁊ homines. Animā ad deuz eleuat ⁊ sibi assimilat: cū ipsa sit imago ei⁹. Sicut eñ oleū supernatat omnibus liquorib⁹: sic misericordia animā ad dei similitudinez eleuat pre ceteris virtutibus. Luce.vj. Estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. Scd̄o in isto agro inuētuz est argentū diuine sapiētie ⁊ eloquentie. de qua dr in ps. Eloquia dn̄i eloqa casta: argētū igne examinatū ⁊c. Est eñ vt habet Jac.iij. Quedā sapia desursū: ⁊ ista est sapientia diuina: quedam est sapiētia deorsum: ⁊ ista est sapiētia diabolica. Inter sursum autē et deorsum relinquitur quoddam medium: quia inter sapientiā diuinā ⁊ diabolicā est sapiētia mūdana. Sapiētia aūt diuina cōsistit in dei cognitione. Hiere.ix. In hoc glorietur qui gloriatur scire ⁊ nosse me. In pceptoꝝ dei obseruatione. Augustin⁹. Sapientia dei est: non eloquia dei scire: sed fm̄ eloquia dei in dei ⁊ pximi dilectiōe viuere. Aug. Ille tenet qd̄ latet ⁊ qd̄ patz in diuinis sermonibus: qui charitatē seruat i morib⁹ Istā diuinā sapientiā beata Chatherina habuit, qr et vnum solum deū cognouit: ⁊ mandata ⁊ consilia seruauit: ⁊ vsq̄ ad mortem ipsum dilexit. Sapiētia autē mūdana diuiditur i tres partes. s. in ethicā q̄ docet mores in forma. s. in ethica q̄ docet mores informare ⁊ yconomicā q̄ docet familiam bene regere: ⁊ politicā que docet vrbes ⁊ regna sapiēter disponere.

Primam sapientiam habuit beata Chaterina: qr̃ se omni virtute ⁊ morum honestate composuit. Secundaȝ habuit qr̃ palatium suum et familiam sapienter rexit. Tertiam habuit: quia regnum suum prouide gubernabat. Secundo sapientia mundana in tres partes diuiditur: vt ibidem dicit Jacobus. s. in terrenam que consistit in appetitu cupiditatū: aīalē q̃ consistit in expletione voluptatū: ⁊ diabolicam que consistit in appetitu honoruȝ. Sed tamen beata Chaterina primā cōtempsit inquantuȝ oīa terrena despexit. Secūdam inquantuȝ voluptates abhorruit, et virginitatem seruauit. Tertiā inquantum honores mūdanos deseruit ⁊ humilitati se dedit. Tertio in isto agro inueniuntur duo lapides preciosi. Unus est virginalis mūdicia: et alius celestis gloria. Est enim virginitas valde preciosa deo: et ideo non de nupta sed de virgine voluit nasci. Et angelo, qr̃ a Joanne euāgelista virgie noluit adorari. Et toti mūdo. Unde dicit Hierem. contra Jouinia. Romanus populus in quāto honore virgines semp habuit: hic apparet ꝙ cōsules ⁊ imperatores ⁊ in curribus triūphātes oīs dignitatis gradus eis de via secedere solitus est. Preciositas namqȝ virginitatis ex hoc apparet: qr̃ deus virginitatē multum honorat: ⁊ multū glorificat. Multum quidē honorat qr̃ ipsos virgines, fecit ioculatores suos: domicellos suos: ⁊ seruitores suos. Ista tria tanguntur Apoc. xiiij. vbi Johānes de virginibꝰ loquit dicēs. Cantabāt quasi canticum nouum ante sedem: ⁊ nemo poterat dicere illud ecce qr̃ sunt ioculatores dei. Deinde subdit. Hi sequūtur agnum quocunqȝ ierit ecce quia sunt de familia dei. Deinde cōcludit. Sine macula sunt ante thronum dei: ecce quia sunt domicelli et serui in mēsa dei. Patet etiā eius preciositas: quia deus ipsam virginitatem multum glorificauit. Hoc significatum est Apoc. xii. vbi dr̃. Signū magnuȝ apparuit in celo mulieram cta sole ⁊ luna sub pedibꝰ eiꝰ ⁊ in capite eiꝰ corona duodecim stellarū: ⁊ in vtero habēs. Ex quibꝰ verbis dat intelligi ꝙ deus virgines sanctas coronabit in capite. ideo dicit. In capite eius corona duodecim stellarū. Ornauit in corpore: ideo dr̃. erat amicta sole. Decorabit in pede: ideo dicit: ꝙ luna erat sub pedibus eius tanqȝ scabellum. Et fecundabit in prole: ideo dicitur ꝙ erat in vtero habēs. Christuȝ enim semper portabūt in vtero per gloriosam fruitionē. ¶ Quarto in isto agro inuenit lapis preciosus celestis glorie. de quo dicitur Mat. xiij. Inuenta autem vna p̄ciosa margarita ⁊c. Homo namqȝ habet tres temporales ꝓpinquos, corpus ⁊ animam. Tunc ergo oīa que habuit vendidit qn̄ ꝓ desiderio regni celestis terrena contēnit parentes deserit corpus morti exponit aīam rōni subiicit. Ideo modo btā Catherina regnū celorū emit. Nā cū esset filia regis: regnū ⁊ oīa mundana cōtempsit: matrimonium vñ filios ⁊ heredes hr̄e potuisset vilipēdit ⁊ corpus suū morti tradidit sensualitatē suā ⁊ rationi ⁊ preceptis dei obedire coegit. Ista autem margarita celestis glorie est valde preciosa: de cuius preciositate dicitur. j. Corinth. ij. Quod oculus nō vidit nec auris audiuit ⁊c. Sā etiam viri merentur videndo corde per fidem audiendo: id est obediendo aure cordis ꝑ operationē diligēdo ⁊ amādo corde per feruorem: sed tunc plus recepit qȝ meruit oculus fidei recte: vel auris obedientie et operationis bone vel cor charitatis feruide. Ista margarita ⁊ lapide precioso celestis glorie deꝰ beatam Catherinā hodie coronauit. Iuxta illud ps. Posuisti in capite eius coronam ⁊c.

¶ Sermo. cccj. De dedicatione ecclesie. Sermo primus.

Sanctificauit domum hanc quā edificasti vt ponerē nomē meū ibi in sempiternū. iij. Reg. ix. Ista verba dixit deus salomoni postqȝ templū dei edificauit ⁊ dedicauit. Festum namqȝ dedicationis est magne autoritatis trahit enim autoritatem a tpe legis nature. Gen. xxviij. Tulit iacob lapidē quē supposuerat capiti suo ⁊ erexit in titulū fundēs oleū desup. a tpe legis scripte Exo. xl. Assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculū ⁊c. A tēpo,

re legio gře. Joh.x. Facta sunt encenia hierosolymis 2c. vbi dt Beda loquens de hac solēnitate eo maiori deuotione celebrare cōuenit quo eā redēptori nostro gratissimā esse cognoscimus: adeo vt in ea ingredi templū et sermonē ad populū facere: 2 diuinitatis sue sacramēta, pādere dignatus est. In pdictis ergo vbis tria notant. Primū est dom9 dei edificatio cū dr quā edificasti. Scdm est ipsi9 domus edificate dedicatio: cū dr sanctificauit domū hāc. Tertiū est ipsius edificate et dedicate finalis intentio: cū dr: vt ponerē nomē meū ibi in sempiternū. Circa primū notandū q domus dupl'r cōsiderari pōt. Aut put est in fieri: aut prout est in facto esse. Si put est in fieri: tūc tria requirunt. De quib9 sic dt Amb. i Hexameron. Bon9 artifex pmo fundamentū ponit, fundamento edificatiōis posito mēbra distinguit 2 adiungit ornatū. In hac ergo domo dei: q est ecclia dei militans: ponit fundamentum qd est Christus Jesus. Ipse em xps in edificatiōe ecclie posuit in imo p fidē velut lapis primari9. j. Cor.iij. Fundamētū aliud nemo ponere pōt pter id qd positū ē qd est xps iesus. Et ponit in summo p spē tanq lapis angularis. Ephe.ij. Ipso summo augulari lapide xpo iesu. Ipsa em spes dr lapis angularis: q2 hoiem cū deo cōiungit. Ponitur in medio p charitatē tanq vinculū siue cemētū adinuicē ipsos fideles cōiungēs. Coll.iij. Sup oia aūt hec charitatē habete qd est vinculū pfectiōis. Dz autē i pm fundamētū ad orientē dirigi: et hoc trib9 de causis: de qb9 sic dt Dam.li.iiij. De9 paradisum in eadē ad orientē plantauit: vn hoiem trāsgressum exulē fecit: 2 ā paradisum ex occidēte habitare fecit. Tanq ergo paradisum exquirētes 2 ad ipm respiciētes ad oriētē adoramus: Sed 2 de9 crucifix9 ad occidētē respiciebat: 2 ita adoram9 ad ipm respiciētes 2 assumpt9 ad orientē sursum ferebat: et ita veniet quēadmodū viderūt eū eūtē in celū. Ipm ergo expectātes ad orientē adoram9. Fundamēto aūt edificationis posito mēbra distinguunt q sūt sacrariū chorus 2 nauis. De qb9 sic dt Richard9 de sctō vict. Sacrificium ecclie significat ordinē vginū. Chorus vo significat ordinē cōtinentiū, sed nauis significat ordinem cōiugatorum. Strictī9 nanq est sanctuariū q chorus, 2 chor9 q nauis. Sic pauciores sunt virgines q cōtinentes 2 q cōtinētes 2 q cōiugati. Sāctior etiam est locus sanctua. q q chorus, et chorus q nauis. Sic etiā dignior est chorus virginū q ordo continentium: 2 cōtinentiū q coniugatorū. Tertio dz adiungi ornatus q2 ad literā ipsa ecclia dz imaginib9 2 pictur decorari. Et hoc pp quor. s. pp rememoratiōnē: q2 ipse imagines reducūt nob ad memoriā xpi passionē. Propter exercitādā duotionē: q2 ex visiōe taliū exercitat in nob deuotio. Propter instructionē: q2 in visiōe taliū imaginū laici instruūtur cum hmōi imagines sint qsi quidam libri ipsorum laicor. Debet etiā ecclesia decorari 2 pingi imaginibus et ornari picturis pter imitationem sanctorū: q2 laici videntes sctōr martyrum passiones 2 cōstātias p imagines ex pressas aiantur ad constantiā et vtutē. Secūdo dom9 pōt cōsiderari put est in facto esse: et tūc tria similiter requirunt: de quibus sic dt Aug. in libro deitri. Bona domus est parib9 mēbris disposita: ampla 2 lucida. Dom9 ergo dei primo dz eē parib9 mēbris disposita. Cū em sit palatiū regale debēt ibi eē disposita: cenaculū: cōsistoriū et cubiculū. In cenaculo nanq rex suos reficit. In cōsistorio vo causas audit 2 dirimit lites. In thalamo vo qescit. In ecclia q altare ē cenaculū dei: in quo fideles reficiunt pane vite. Joh.vj. Ego sum panis viu9. Chorus vo est thalam9 dei: in q requiescit i deuota fideliū orone 2 laudatiōe. ps. In eccliis bndicite dño 2c. Corp9 sine nauis ecclie est cōsistoriū dei vbi rei resoluunt in cōfessiōe. psalmista. Precinite dño in cōfessione. Scdo domus dei dz esse ampla de cui9 amplitudine dr. Gen.xxviij. dilataberis ad orientē: 2 occidētē: 2 meridiē 2 septētrionem. Istam dilectionē facit charitas q tūc dilatatur vsq ad orientē qn deū diligit sup oia qui est oim principium 2 origo. Vsq ad occidentē qn homo in se omnia vicia mortificat et extinguit. Vsq ad meridiē quando inimicos diligit in deum. Vsq ad

aquilonem: qui inimicos diligit propter deum. Tertio domus dei debet esse lucida. Ideo in ipsa ecclesia ample fenestre vitree construuntur: vt scilicet ab ipsis illuminetur. Per fenestras vitreas prelati et doctores intelliguntur. Fenestre enim vitree quatuor bona in ecclesia faciunt. Habent enim lucem transmittere: a vento et procellis defendere: et ecclesiam decorare: et illiteratos per imagines erudire. Sic sancti prelati debent populum illuminare per doctrinam Phil. ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. A ventis et procellis tentationum defendere per deuotam orationem Unde quidam reprehenduntur. Eze. xiij. Non ascendistis ex aduerso, neque posuistis murum pro domo israel. Prelatus tunc ex aduerso ascendit quando diuine iustitie clypeum orationis opponit. Tunc opponit murum, quando ponit intra deum et peccatorem orationis sue suffragia. Debet ecclesiam decorare per honestam conuersationem Chrysostomus. Clerici nullam debent habere maculam: nec in verbo: nec etiam in cogitatu: nec in facto: nec in opinione: quia ipsi sunt pulchritudo et virtus ecclesie: et si mali fuerint totam deturpant ecclesiam. Debent etiam simplices et illiteratos instruere per opera bona et exempla. Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona. Secundo ponit in premissis verbis ipsius ecclesie edificate consecratio: cum dicitur. Sanctificauit domum hanc. Deus namque sanctificat auctoritate, pontifices vero sanctificant ministerio. Sed re vera ecclesiam militantem deus sanctificabit in celo et sanctificauit in sue passionis sacramento: et quotidie sanctificat ipsorum episcoporum ministerio: de prima sanctificatione quia sanctificabit ecclesiam militantem in celo. dicitur. j. Joan. v. Tres sunt qui testimonium dant in celo. scilicet in ecclesia triumphante. Pater, verbum et spiritussanctus. Filius eam sanctificat ponendo ibidem suam perfectam cognitionem. Spiritus sanctus suam perfectam dilectionem. Pater cognitionis et dilectionis eternam possessionem. Aug. de ciui. dei. Illa ciuitas superna est viget et amat. In eternitate dei viget, in veritate dei lucet: in bonitate dei gaudet de secunda sanctificatione qua ecclesiam sanctificauit in passionis sacramento: subditur ibidem. Et tres sunt qui testimonium dant in terra. scilicet spiritus: aqua: et sanguis. Ipse enim ecclesiam sanctificat per spiritum. i. animam quam posuit vt ipsam viuificaret. Per aquam que de latere exiuit vt ipsam in baptismo ablueret. Per sanguinem quem in precium effudit, vt ipsam redimeret. De tertia sanctificatione qua quotidie eam sanctificat auctoritate et episcoporum ministerio dicitur. ij. Paral. vij. Ubi post quam Salomon templum edificauit et consecrauit: deus sic sibi respondit. Elegi et sanctificaui locum istum vt sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei ibi cunctis diebus, et erunt aures mee erecte ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Et ex quibus verbis habetur quod ecclesia videt oculis dei nominatur nomine dei viuit in corde dei: audit auribus dei. Qui igitur videt oculis dei non potest errare: quia nominatur nomine dei debent eam omnes in reuerentia habere: quia viuit in carne dei nunquam pot mori. Et quia audit auribus dei non poterit ab aliquo decipi. Tertio ponitur finalis intentio: cum subditur. Ponam nomen meum ibi in sempiternum. Ad hoc enim omnis ecclesia construitur et dedicatur, vt ibi nomen dei honoretur et laudetur: et licet deus in omnibus horis sit laudandus, ecclesia tamen septem horas elegit quas vt deus in illis laudetur instituit ex eo quod iste hore sunt priuilegiate et a christo consecrate. Nam hora matutinali fuit natus, a iuda et iudeis captus et illusus, ad iudicium creditur esse venturus secundum illud Mat. xxv. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit etc. In hora prima celum et terram in seruitium hominis creauit. Ad templum in hora personaliter venire consueuit. Luc. xxi. Omnis populus magnificabat. i. manefestinabat ad ipsum existentem in templo. In hac etiam hora christus resurgens mulieribus apparuit. In hora tertia christus ad columnam vsque ad sanguinem flagellatus fuit, et sententiam sue mortis accepit: quia tunc linguis iudeorum vocibus crucifixus fuit. In hac etiam hora spiritumsanctum in apostolos destinauit. In hora sexta christus in cruce eleuatus fuit et clauis confixus, sol fuit obscuratus, velut quibusdam vestibus nigris se induens: et mortem domini sui tribus horis plangens. In hac etiam

etiam hora christus in celū ascensurus cū apostolis dulce cōuiuiū fecit iuxta illud Actuū.j. Cōuescens precepit eis ⁊c. In hora nona xp̄s spiritum emisit, vulnus in latere accepit: ⁊ ad celum ascendit. In hora aūt vespertina: sacramentum corporis ⁊ sanguinis sui instituit discipulorū pedes lauit: ⁊ habitu peregrini resurgens apparuit. Luce.vlt. Mane nobiscum dn̄e, qm̄ aduesperascit ⁊c. In hora cōpletorij xp̄s sanguineas guttas sudauit. de cruce depositus, ⁊ in monumento collocat⁹ fuit ⁊ ianuis clausis ad discipulos introiuit.

¶ Sermo.cccij.

Eadem die, Sermo secundus.

E ¶ Tertio vidẽdũ est q̃ sunt signa sa
nitatis. Circa qđ notãdũ ꝙ quatuor sunt
signa sanitatis Primũ est appetitꝰ,ordi=
natio. Tria autẽ sunt q̃ appeti possunt
nociua supflua.⁊ vtilia siue necessaria. Si
enĩ post infirmitatẽ q̃s appetit nociua vel
nimis supflua:manifestũ est ꝙ nõ est ꝑfe=
cte sanꝰ,ille vero q̃ appetit vtilia vel ne=
cessaria:ꝑfecte sanꝰ est. Nociua sunt ma
le societates vel pcti occasiones q̃ sepe
sunt causa peccãdi Prouẽ.viij. Qui cũ sa=
piẽtibꝰ graditur sapiẽs erit.amicꝰ aũt stul
torũ efficietur similis Supflua sũt diuitie mũ
dane q̃ nimis supflue abũdãt. Illi igitur q̃
hñt appetitũ caninũ terrena supflue ap=
petẽdo ꝑfecte sanati nõ sunt De q̃bꝰ.ps.
Famẽ patientur vt canes. Necessaria ⁊ vti
lia sunt spũalia q̃ apl̃s nos hortatur appe
tere.dicens Col.iij. Que sursum sunt sa=
pite:nõ q̃ sup terrã. Scđm signũ est totiꝰ
cordis ⁊ corporis fortificatio. Debẽt ei
esse fortes in faciẽdo opa fortia . Phil.
iiij.oĩa possum in eo q̃ me ꝯfortat. In ꝓfi
ciẽdo de bonis ad meliora ps. Ibunt de
virtute in virtutẽ ⁊c. Etiã potẽter ⁊ ꝑse=

nerãter sustinẽdo aduersa Heb.xij. In disciplina pseuerate: quis enim est fili⁹ quẽ non corripit pater. F

¶ Tertiũ signũ est coloris venustatio. Illi em̃ qui hñt viridẽ vel croceũ colorẽ nõ sunt pfecte sanati. Dz aũt pfecte sanatus habere tres colores. Iuxta illud Cañ. v. Dilect⁹ me⁹ cãdidus ꝛ rubicũdus, electus ex milib⁹. Dz hr̃e colorẽ candidũ: per puritatẽ rubicundũ, per charitatem lucidũ p lucidã cõuersationẽ. Et iste color elect⁹ ex milib⁹, ille ei ex milib⁹ eligitur: qui inter malos sancte ꝛ honeste cõuersaṫ. Quartũ sinũ ẽ leuitas ꝛ agilitas. Uere em̃ penitẽtes ad oĩa mandata dei sunt valde agiles. Esa. xl. Qui sperãt in dño habebũt fortitudinẽ, assumẽt pẽnas vt aquile, volabunt ꝛ non deficient. G

¶ Peccatores aũt sunt valde ponderosi ꝛ graues: ita ꝙ nec de⁹ põt eos portare. Hiere. xxiij. Uos estis onus pũciã quippe vos. Esa. i. Laboraui sustinẽs. Nec celũ potuit eos sustinere, sic ptz in lucifero Luc. x. Uidebam sathan sicut fulgur de celo cadentẽ. Nec terra potuit eos sustinere. Esay. xiij. Ecce dies domini veniet crudelis ꝛ indignatione plenus, ad ponendum terram in solitudinem ꝛ peccatores eius conterendos de ea.

57 ¶ Feria quarta hebd. iiij. xl. Ser. i.

Preteriens iesus vidit hominẽ cecum a natiuitate Ioh. x. Dominus noster sanãdo in hominib⁹ sensus corporales sanauit ꝛ sensus spirituales. B

¶ Nã qñ reddidit surdo auditũ corpis reddit sibi auditũ mẽtis. Illũ auditũ de quo dr in ps. Audiã q̃d in me loquaṫ dñs de⁹. Qñ sanauit mutũ dãs ori corporis vt pferret vbũ de ore dedit ꝛ cordi vt dei dulcedinẽ pgustaret. De quo dr i ps. Gustate ꝛ videte qm̃ suauis est dñs, qñ illuminauit istũ cecũ vt videret corpalr illuminauit ipz in mẽte vt videret spũalr, ĩõ p istũ cec[?] illuminatũ intelligere possumus pctõe iustificatũ. Circa cui⁹ rõnem tria vidẽda sunt. Primo gen⁹ infirmitatis. qd notaṫ cũ dr. Uidit hoiem cecũ a natiuitate. Scdo mod⁹ curationis[?] cũ dr expuit in terrã ꝛ fecit lutũ de sputo. Tertio effect⁹ ipsi⁹ curationis: qd notaṫ cũ diciṫ Abijt ergo ꝛ lauit ꝛ venit videns. B

¶ Circa pmũ notandũ ꝙ cecitas spũalis trib⁹ modis causaṫ. Primo mõ. s. a putredine terre cupiditatis qd figuratur. Tho. ij. vbi dr ꝙ Thobias stercore hyrũdis excecat⁹ fuit. Ista stercora sunt tẽporalia, de qb⁹ dr phil. iij. Oĩa arbitror vt stercora vt xpm lucrifaciã. Periculũ est aũt vt ista stercora siue isti pulueres nimis diu adhereãt. Pulueres em̃ recentes cito ab oculis ꝛ pedibus eijciuntur. Plures vero inueterati aliqñ i substãtiã carnis conuertunṫ, idõ dñs ammonet dicẽs Mat. x. Excutite puluerẽ de pedib⁹ vris. Isti pulueres mũdani adherẽt aliter effectib⁹ sanctoꝝ viroꝝ, ꝛ aliter effectib⁹ auaroꝝ. Nã affectib⁹ sanctorũ adherent p modũ forme accidẽtalis. Accidẽs autẽ est qd adest ꝛ abest preter subiecti corruptionẽ, i. sctis aũt viris amor terrenorũ ꝛ diuitiarũ idest p modum accidẽtis. Qr si adsunt nõ corrũpiṫ eorũ mẽs p supbiã, Si desũt nõ corrũpiṫ p impatiẽtiã. Talis erat apl's q̃ dicebat. Phil. iiij. Scio penuriã pati. i. scio abũdare, sine supbia: ꝛ penuriã pati sine impatiẽtia. In auaris ãt talis amor inest menti ipsoꝝ per modũ forme substãtialis. Quia si diuitie assunt corrumpitur eorũ mens per superbiam. i. Tim. vi. Diuitibus hui⁹ seculi precipe non sublime sapere. Ubi dicit Augusti. ꝙ vermis diuitiarũ est superbia, si vero diuitie desunt corrũpiṫ eorum mens per impatientiã. Eccl's. v. Diuitie conseruate in malũ domini sui, pereunt in afflictione pessima. Scdo causaṫ cecitas mentis ex igne carnalis concupiscentie. ps. Supcecidit ignis: ꝛ non viderunt solẽ. Sicut igiṫ visus excecaṫ ad peluim candẽtem, sic libidinosus ad cõcupiscẽtiã ardentẽ. Nã ex polutione carnalis concupiscentie fumositates ascẽdunt: que oculũ mẽtis obscurant ꝛ excecant. C

¶ Qñ aũt vas cordis p ignem male cõcupiscẽtie ebullit: triplex remediũ adhiberi dz. Unũ est ꝙ vas ab igne dz remoueri. i. a colloquijs ꝛ aspectib⁹ ꝛ vicinitatib⁹ mulieꝝ, se absentare. Eccl. Auerte fa

tiem tuā a muliere cōpta. Et infra. Speciē mulieris aliene multi admirātes reprobi facti sunt colloquiū illi⁹ quasi ignis exardescet. Scdo dz ligna vel prunas .i. cogitationes ignitas a corde suo remouere ꝛ abijcere. Qꝛ sicut dr. prouerb.vj. Nunqd abscondere potest homo ignez in sinu suo ꝛ vestimēta illius nō ardeāt? ¶ Tertio dz aquā frigidā .i. pniam aspe rā corpori suo imponere. Eccl.xj. Malicie vni⁹ hore obliuionē facit luxurie magne. j. Cor.ix. Castigo corpus meum ꝛ in seruitutē redigo ꝛc. Tertio causat cecitas mentis ex tumore supbie: qꝛ sic dicit Greg. Tumor mētis est obstaculū veritatis: ꝛ ista cecitas ē iducta a natiuitate.

D ¶ Est em̄ quedā supbia in affectu q̄ est appetitus excellētie ꝛ ista ortū habuit in celo quādo lucifer excellētiā dei appetiuit. Est alia supbia in intellectu q̄ est appetitus immoderate scientie ꝛ ista ortuz habuit in paradiso terrestri quando homo appetiuit sciētiā dei. Et est alia superbia in actu que est violentia: rrogate iniurie: ꝛ ista ortū habuit in mundo quādo scz cayn occidit abel fratrem suum. Merito igit supbia est cecitas a natiuitate: q̄ ortum habuit in ipsa angeli creatione in ipsa hominis formatione: in ipsa mundi habitatione. E

¶ Circa scdm̄ scz modū curationis, notādū est ꝙ triplex est collirīū. Primū est totum amarū qd̄ cōficit ex felle piscis, quo Thobie oculi sunt sanati, vt hr̄ Tho.xj. Et repñtat xp̄m put fuit in patibulo: vbi tāꝙ piscis fuit assat⁹ ꝛ felle potat⁹. Ista aūt amaritudo passiōis debet sanare cecitatē iductā ex carnali voluptate qꝛ seruus nō dz delectationes q̄rere qñ videt dñz sub amaritudinib⁹ repleri. Aug. Sub spinoso capite non dz membrū fieri delicatū. Scdm̄ collirīū est totū dulce qd̄ cōficit ex fauo mellis, quo sanati sunt oculi Jonathe ꝛ illuminati vt habet. j. Reguz. xiiij. Et significat xp̄m, prout erat in regno suo: vbi erit tot⁹ dulcis. Eccl. xxiiij. Spūs meus super mel dulcis. Mel quidē in supficie est dulce, in medio dulcius: in profundo dulcissimum. F

¶ Sācti quidē ex visione corpis xp̄i hñt delectationes dulces, ex cognitione aie ipsius dulciores: ex cōtēplatiōe pfunda deitatis hñt dulcissimas. Et illud colliriūdz expellere cecitatē causatā ex puluere terrene cupiditatis. Qꝛ ſm Aug. Oēs diuitie deberēt cōtēni: vt saltē vna hora posset videri facies dei. Tertiū collirīū est ex pte dulce, ꝛ ex pte amarū: qd̄ cōficit ex saliua que est dulcis ꝛ terra q̄ est amara, de q̄ hr̄ hic. Et signat xp̄m put erit in iudicio: vbi erit dulcis bonis ꝛ amarus reprobis. Et illō colliriū debet expellere cecitate inductā ex tumore elationis: qꝛ tūc supbi hūiliabunt ꝛ depriment. Esa. ij. Dies dñi exercituū sup oēm supbū ꝛ excelsuz: ꝛ sup oēm arrogātē ꝛ hū.liabit.

G ¶ Circa tertiū scz effectū curationis notādū ꝙ hō erat supb⁹ ꝛ insipidus ꝛ immūdus, ideo xp̄s in terrā expuit, lutū oculos lutū posuit: vt se lauaret p̄cepit. Qꝛ igit erat insipidus, ideo in terrā expuit. Per saliuam intelligit dei sapientia de q̄ dicit. Eccli.xxiiij. Ego ex ore altissimi prodij. Tunc ergo xp̄s saliuā expuit qñ diuinā sapiētiā homini terreno infundit. H

¶ Saliua vō aliq̄ est dulcis, aliq̄ amara, aliq̄ insipida. Saliua dulcis est sapia diuina q̄ spūalia facit dulcescere. Saliua amara est sapia carnis q̄ spūalia facit videri amara ex carnalia dulcia, de ista duplic sapia dr Rom.viij. Qui em̄ ſm carnē sunt q̄ carnis sūt sapiūt q̄ vero ſz spm̄ q̄ spūs sunt sentiunt. Saliua insipida est sapia mūdana: hoies em̄ mūdani insipidi sunt inq̄m ꝙ nō pñt sentire dulcedinez dei. Un̄ dr. de scō spū. Jo.xiiij. Quē mundus nō pōt accipere qꝛ nō videt eū nec scit eū. Scdo qꝛ hō erat supb⁹: ideo lutū super oculos ei⁹ liniuit: lutū iure est vtilitatē humanā hoi ad memoriā reducere: ꝛ talis reductio est hoi cā humilitatis. Miche.vj. Humiliatio tua in medio tui: mediū em̄ p̄supponit vtrūq extremū q̄si dicat tu habes hūilitatis si respicias tuā natiuitatē, ꝛ vitā, ꝛ mortē. Un̄ qdā interrogauit quēdā philosophū dicēs: qd fui. qd sum: ꝛ qd ero? Ille rñdit, spma fetidū, facc⁹ stercorū. ꝛ cibus vermiū. Tertio qꝛ hō erat immūd⁹: ideo p̄cepit ipz lauari: q̄ em̄ immūdus est p pctm̄ debet lauari aqua cōfessionis. Hier.iiij. Laua a malitia cor tuum hierl̄m vt salua fias

Qui aūt lot⁹ est dʒ seruare se mūdū. Esa. j. Lauamini mūdi estote: sʒ illi q̄ lauāt se in.xl. ⁊ post pascha se inquināt sunt tanq̄ canes immūdi tanq̄ porci fetidi tāq̄ aratores stulti. De duob⁹ primis. ii. Pet. ij. Canis reuersus ad vomitū: ⁊ sus lota i volutabro luti. De tertio Luc. ix. Nemo mittens manum suam ad aratrum, ⁊ respiciens retro aptus est regno dei.

58 ¶ Eadē iiij. feria q̄rte heb. xl. Ser. ij.

Abijt ergo ⁊ lauit ⁊ venit vidēs: qn̄ aliq̄s cecus, id est petōr sit spūaliter illuminat⁹: tria sunt signa. Unū est qn̄ recte vadit ⁊ recte incedit: iō dr̄. Abijt ergo. Scd'm est qn̄ oēs maculas lʒ minim⁹ in se ppēdit: ⁊ eas abluit, ideo sequit̄, ⁊ lauit. Tertium est qn̄ clare videt oīa ⁊ cognoscit, ⁊ hoc est quod sequitur. Et venit videns. A

¶ Circa primū notādū quilibet iustus q̄ est spūaliter illuminatus debet ire recte non distorte. Esa. xxvj. Semita iusti recta est: ⁊ rectus callis eius ad ambulandū. Qn̄ vero reliquis distorte incedit vel in via errat pfecte illuminat⁹ nō est, iō monet apl's. Heb. xij. Rectos gressus facite pedibus vestris vt nō claudicans quis erret magis autem sanetur. B

¶ Uideamus ergo qui sint illi qui vadūt per vitā rectā: ⁊ qui vadūt per viam distortā, primo ergo per viam rectam vadūt pauperes christi: per viam distortaʒ vadunt auari. Est em̄ rectū cuius mediū nō discrepat a suis extremis: quilibet homo hʒ duo extrema scʒ natiuitatē ⁊ mortem, inter hec duo extrema est vnū mediū scʒ vita. Tunc igit̄ homo recte incedit quādo suū medium, id est vita nō discrepat a suis extremis, id est a natiuitate ⁊ morte. Natiuitas igit̄ hoīs ⁊ mors sunt cū paupertate: qz homo nudus nascit̄ ⁊ nudus morit̄. Job. j. Nudus egressus sum de vtero matris mee, ⁊ nud⁹ reuertar illuc. Quando igitur mediū hoīnis, id est vita est cum paupertate: tunc est vita recta qz mediū eius concordat cum extremis: tales sunt de quib⁹ dicit̄. Mat. v. Beati pauperes spiritu qm̄ ipsoꝝ est regnum celoꝝ: sed aliquibus habet natiuitatem pauperē: ⁊ mortē pauperē ⁊ vult habere vitā locupletē, tūc nō vadit viā rectā quia suum mediū discordat a suis extremis, de talib⁹ dicit̄ Mat. xix. Facilius est camelū per foramē acus trāsire, q̄ diuitē intrare in regnū celorum. Camelus est in principio ⁊ in fine depressus ⁊ in medio gibbosus: ⁊ signat auarū q̄ i natiuitate ⁊ in morte est mēdic⁹ ⁊ in vita vult esse diuitijs sarcinatus. Secūdo p viam rectā vadūt humiles ⁊ mansueti p viam autē distortam vadūt superbi. homo em̄ viliter ⁊ despecte nascit̄ ⁊ moritur quando aliq̄s habet vitā despectā ⁊ abiectaʒ propter deū, id est humilē: tūc vadit per viā rectā qz suū mediū cōcordat cū suis extremis. De talibus dicit Bern. Disce vn̄ venis ⁊ erubesce: vbi sis ⁊ ingemisce: quo vadis ⁊ cōtremisce, qn̄ em̄ habet natiuitatē ⁊ mortē despectā ⁊ vult habere vitā elatā, tūc nō vadit per viā rectā. Eccl'ia. x. Quid superbis terra ⁊ cinis quasi dicat mirū est cū sis terra, id est de terra in vētre format⁹: ⁊ iterū in terrā seu cinerē sis redigend⁹ tamen in vita vis esse latus. Tertio per viā rectam vadūt hoīes qui sunt in mūdo mortificati: per viā autem distortam vadunt delitiosi ⁊ dissoluti. hō enim cū fletu nascitur ⁊ cum dolore ⁊ fletu moritur. Sācti igit̄ viri qui habent vitā suam cum luctu vadūt per viaʒ rectā, de quibus dicit̄ Mat. v. Beati q̄ lugent qm̄ ipsi cōsolabunt̄, qn̄ vero q̄s hʒ natiuitatē ⁊ mortē flebilē ⁊ vult habere vitā risibilē nō vadit viā rectam. de talibus dicit̄ Job. xxj. Tenent tympanum et citharam ⁊ gaudēt ad sonitum buccine, ducunt in bonis dies suos: ⁊ in pūcto ad infernum descendunt. C

¶ Secundū signum q̄ quis sit illuminatus est quādo maculas etiam minimas i se aduertit ⁊ eas abluit: quanto enim q̄s illuminatus ⁊ magis sanctus fuerit: tanto magis omnes maculas etiā minimas citi⁹ deprehendit, sicut potest ostēdi per tria exēpla, quarū duo prīa ponit Chryso. Unū est qz in loco pulchro ⁊ mundo modice immūditie statim apparēt. In loco autē immundo etiā magne immundicie non apparent. Secūdū est quia in veste alba modica macula statim videt̄: in

veste autẽ nigra etiã magne macule non
videntur. Tertium est quia in aere radio
solari perfuso minuti pulueres cõspiciũ
tur. in aere vero nõ radiato nõ cõspiciũ
tur. sed parũ prodest maculas recogno-
scere ꝛ eas nõ lauare: et ideo signanter
dr. Abijt ꝛ lauit. Qui autẽ maculas vult
lauare debet ad similitudinẽ mulieris in
speculo respicere ꝛ maculas q̃ sunt in fa
cie eius abluere. Unde dr Exodi. xxxviij.
Fecit labrũ eneum cum basi sua de spe-
culo mulierũ ꝛc. Dicitur in historia scho
last. ꝙ labrum eneum erat vas lauatoꝝ,
ꝛ in circuitu labij supremi erant specula
mulierũ in quibus sacerdos posset vide
re si quas maculas i facie haberet ꝛ eas
lauare posset. Sic et mundꝰ ad sacrificã
dũ deo accederet. Per illud speculuȝ in
telligimus christum incarnatuȝ. Specu-
lum enim fit de vitro ꝛ plumbo: neqȝ eniȝ
vitrum per se: neqȝ plumbũ per se potest
facere speculum: sed vtrumqȝ coniunctũ
seu commixtum, vitrum enim est luciduȝ
plumbum vero habet colorem terreum.
Per vitrum enim intelligitur diuina na-
tura per plumbum vero humana natu-
ra: hõ enim non poterat speculari in di-
uina natura propter suam immensaȝ cla
ritatẽ. j. Thimo. vj. Lucem habitat ina-
cessibilem quã nullus hominum vidit: sȝ
nec videre potest: nec in natura humana
propter suam impuritatem. Pro verbio-
rum tricesimo. Quis potest dicere mun-
dum est cor meum, purus sum a peccato.
Ideo coniunctum est vitrum diuinitatis
cum plumbo nostre humanitatis: et sic
vnum speculum est effectum: quia christꝰ
est verus deus et verus homo. D

¶ In hoc igitur speculo oẽs maculas
possunt speculari et eas per aquaȝ, id est
cõfessionem mũdare ꝛ lauare possumꝰ.
Superbus ibi speculabitur deformitatẽ
sue superbie: qꝛ ibi videbit magnã hu-
militatem. Mat. xj. Discite a me qꝛ mitis
sum ꝛ humilis corde. Auarus ibi specu-
labit̃ sue auaricie ꝛ cupiditatis deformi
tatẽ, qꝛ ibi videbit magnã paupertatẽ.
ij. Coꝛ. viij. Scitis grat ã domini nostri
iesu christi, q̃ cũ diues esset ꝓ nobis ege-
nus factus est. Gulosus ibi speculabitur
deformitatẽ sue voracitatis: qꝛ ibi vide-
bit magnã sobrietatẽ: quia. xl. diebus et.
xl. noctibꝰ ieiunauit. ꝛ nunq̃ legitur car
nes comedisse nisi de agno paschali pro
pter preceptum legis. E

¶ Tertiũ signũ ẽ ꝙ pctõr sit illuminatꝰ
qñ clare videt ꝛ cognoscit. Ista autẽ co-
gnitio in duobꝰ cõsistit. Primo in cogno-
scẽdo seipm: vñ in libro soliloquioꝝ dr
Aug. Ora q̃ breuiꝰ potes. Et respondet
Aug. Deus semꝑ nouerim te ꝛ nouerim
me oratum esse. Scdo ista cognitio est in
cognoscẽdo deum in presenti ꝛ suã. po
tentiã et suam bonitatẽ. Cognitio autem
potentie generat in bonis timorẽ qui ti-
mor facit nos recedere a malo: scdm il-
lud Prouer. xv. Per timorẽ autẽ dñi de-
clinat omnis hõ a malo: cognitio bonita
tis gñat in bonis amorẽ: qui quidẽ amor
inducit nos ad bonum quia sicut dicitur
Grego. Non est amor dei ociosus: opera
tur enĩ magna si est, si aũt operari negli-
git amor non est. Cognitio autẽ nostri ge
nerat i nobis humilitatẽ: iuxta illud Mi
chee. vj. humiliatio tua in medio tui: hu
militas autem est custos omnium virtutũ
quia sicut dicit Greg. Qui ceteras virtu
tes sine humilitate congregat quasi pul
uerẽ in ventum portat: ꝛ sic pȝ qꝺ hoc du
plex cognitio. s. dei ꝛ nostri est causa totiꝰ
nostre salutis: nam cognitio potentie dei
generat timorem qui facit vitare maluȝ.
Cognitio bonitatis dei generat amorem
qui facit operari bonum. Cognitio autẽ
nostri gñat humilitatem que nos seruat
in vitatione mali et operatione boni.

59 ¶ Feria quinta quarte hebdomade. xl. sermo primus.

Ibat iesus in
ciuitatem que vocat̃ naym,
ꝛ ibant discipuli eius cum
eo: et turba copiosa ple-
bis. Cũ aũt appropinqua
ret porte ciuitatis: ecce defunctus effere
batur filius vnicus matris sue Luc. vij.
Quia hystoria huius euãgelij nõ est pla-
na, ideo ad moralia trãseamus. De isto
igitur adolescente quatuor dicuntur. s.
quod erat mortuꝰ: qꝺ extra domum iam
erat delatus: qꝺ portabatur sepeliẽdus:
ꝛ qꝺ plangentium multitudine erat val-
latus

latus, ideo merito per ipsum intelligi pōt peccator in mortali positus. Primo ergo erat mortuus: peccator autē assimilatur mortuo: quia ad instar mortui est fetid⁹. frigidus: et ponderosus. B

¶ Est autē conscientia peccatoris fetida triplici de causa. Primo qz ē latrina diaboli qui libenter habitat in loco fetido et immundo. Uñ demones nō petierūt mitti in columbas, qz nō amant simplicitatem neqz in turtures quia nō diligunt castitatem: nec in agnos siue in oues: qz non diligunt innocentiā: sed in porcos qz amāt imi inmundiciā. Unde dicitur Job. xl. quia ipse diabolus habitat in locis humentibus. i. lutosis et fetentibus. Scdo est eius cōsciētia fetida: qz sentina peccati: eo q spurcitie omniū pctōrū habitāt ibi. Esa. xxxiiij. ibi cubabit lamina: quātū ad peccatū luxurie q̄ dicitur habere pedes equinos cetera feminea ibi habet foueā erici⁹: quantū ad peccatū superbie qz superbi semper se pungunt: ibi congregati sunt milui alter ad alterum: quātum ad peccatū rapacitatꝫ et auaricie. Tertio est ei⁹ conscientia fetida: quia mortua: est sine vita de. anima quidez a qua recessit de⁹ est mortua: eius sepulchrum est corp⁹ proprium quod quāuis videat a foris speciosum tñ intus est spurcicia plenū Mat. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite qui similes estis sepulchris dealbatis que a foris apparent hominib⁹ speciosa intus autē sunt plena ossibus mortuoruz et omni spurcicia. Secundo peccator est frigidus eo q est sine igne amoris diuini: amor q̄ppe dei est ignis. Luc. xij. Ignē veni mittere in terrā etc. Chrys. Qui non habet ignē amoris dei in hyeme est: etiā si fuerit in media estate, ideo dominus monet vt rogem⁹ deū ne in tali hyeme moriamur: dicens. Mat. xxiiij. Orate vt nō fiat fuga vestra in hyeme vl sabbato, ve autem pregnantibus et nutrientibus illis diebus. B

¶ Fuga autē in hoc loco est mors quia tunc anima fugatur a deo vt rationē sibi reddat: ab angelo proprio vt cōtra ipaz testimoniū perhibeat a diabolo vt ipm ad tartara rapiat a proprio scelere vt cōtra ipsam accusationē proponat: corp⁹ etiam a vermibus fugatur vt ipsum comedant diuitie fugantur a parentibus vt ipsas deripiāt, orandū est ergo ne fuga nostra. i. mors nostra fiat in hyeme vel sabbato. Illi moriunt in hyeme qui moriunt sine igne amoris diuini. Illi in sabbato q̄ moriunt ocio et corpore operū boni. Orandū est ne moriamur pgnātes vl nutrientes: illi moriunt pregnātes q̄ bona pposita q̄ cōceperunt non compleuerunt: illi nutrientes moriunt qui peccant sub spe longioris vite: vel sub spe diuine veniet vsqz ad mortē deducūt. C

¶ Tertio peccator est ponderosus nihil enī est ponderosius peccato: quod patet quia dominus habet immensam fortitudinē. Job. ix. Si fortitudo querit robustissimus est: celū hz firmissimā soliditatē. Job. xxxvij. Tu forsitam cū illo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere effusi sunt. Tertio terra habet soliditatē Eccl. j. Terra autē in eternuz stat et tamē peccatum ita pōderosum est qd nec de⁹ ipsum pōt portare. Hiere. xxiiij. Si dixerit qd est onus domini dices ad eos vos estis onus proijciā quippe vos: loquitur dñs ad similitudinē illius q̄ portat onus graue qd intantū ponderat q ipm proijcit. Esaie. xliij. Prebuisti mihi laborē in iniquitatib⁹ tuis, nec celū potuit ipsum sustinere: sicut pz in lucifero cuius superbia sic fuit ponderosa q celū fregit et ipse subito cecidit. Luce. x. Uidebā sathan sicut fulgur de celo cadentē: nec terra ipm potuit tollerare: sicut ptz Num. xvj. In dathan et abiron qz terra sub eorum pedibus rupta fuit et eos viuos deuorauit: ecce q tam ponderosum est peccatum q pre sui ponderositate deum premit celuz frangit, et terram scindit. D

¶ Secūdo iste mortuus extra portā erat delatus. Ubi notandum q christus tres mortuos suscitauit. Unū in domo scilicet filiam principis archisynagogi: vt dicit Mat. ix. Aliam extra domum sicut dicit hic. Alium sepultam et fetidum in monumento sicut lazarum. Johānis. xj. E

¶ Quid autem ista significent: dt Augu. in libro de sermone dñi in mōte. pcti sunt tres differētie, in corde, in facto, et in cōsuetudine. Una est quasi i domo qñ scz cū

sentit libidini. Alia iam plata quasi extra domú cú in factum pcessit cósensus. Tertia cú consuetudine mala tanq̃ mole terrena premitur animus quasi in sepulchro iá fetens: sic igit pctór est mortu' in domo qñ est in cósensu peccati: sic est extra domú qñ pcedit ad opus peccati: tunc mole premitur et fetet qñ est consuetudine pecti. Quando igitur dñs suscitat et reuocat aliquos a consensu peccati, hoc est magnú: qñ ab opere hoc maius: qñ vo suscitat a cósuetudine hoc est maximú. Sed notandum q̃ filia archisynagogi fuit suscitata etecia multitudie: puer centurionis corá multitudine, et lazarus etiam coram multitudine et ea flente: ná fleuit martha, fleuit maria magdalena: fleuit xp̃s: fleuerunt iudei. Per puellam igitur in domo suscitatá intelligitur peccator occultus qui deu offendit: ideo debet facere penitentiá in occulto vt deum placet. Per puerum extra domum intelligitur peccator manifestus, q̃ deú offendit et proximú scandalizauit: ideo dz facere penitentiá manifestam vt deú placet et proximú edificet. Per lazarú quatriduanum intelligitur peccator consuetudinarius, qui deum offendit et proximuz scádalizauit: et a deo se nimis elongauit: ideo debet facere penitentiá manifestá et acquirere sibi sanctorú virorú suffragia. Et sic placet deú, edificet ꝓximú et paulatim possit appropinquare ad deum. F

¶ Tertio iste mortu' portabat sepeliendus: sic et peccator est sepeliend' in inferno: iuxta illud Luc.xvj. Mortuus est diues et sepultus est i inferno. Portatores autẽ eius ad sepulturam infernalem secundum Amb. super Lucá. sunt quatuor specialia dicta. Quidá deportantur a terra p appetitum terrenorum: sicut auari. Alij ab aqua per appetitum ambitionú sicut superbi. Alij ab igne per iram sicut iracundi. G

¶ Quarto ille mortuus plangentiú multitudine fuit vallatus. Per quod dat intelligi: q̃ peccator dz a multis plági seu fleri. Primo em̃ fletur a deo Michee.vij. Ue em̃ quia factus sum sicut qui colligit racemos vindemie in autumno: plorat enim christus quod diabol' colligit omnes vuas magnas. id est animas omnes magnas et ipse vix pót habere paruas. Esaie.j. Heu consolabor super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis gl. more pij patris eos licet inim. eos plangit et percutit. Tertio plágitur ab angelis sicut em̃ gaudent de cóuersióe peccatorum: iuxta illud Luce.xv. Gaudiuz est angelis super vno peccatore penitentiá agente &c. sic dolent et plorant de eorum preuaricatione. Esaye.xxxiij. Ecce videntes clamabút angeli pacis amare flebút. Tertio plorandus est a seipso. Hieremi.vj. Luctú vnigeniti fac tibi planctú amarum. Itẽ Michee.j. Facias tibi planctú velut draconú et luctum quasi strutionú. Mulier amarissime plorat quando vnigenitum suum amittit: draco plangit qñ elephas caput suum conterit: strutio vlulat quando oua sua perdit: sic peccator dz flere quando dyabolus animam suaz vnigenitam extinxit qz caput suum id est christú abstulit: et quia omnia merita sua eum perdere fecit. Quarto flendus est a quolibet xp̃iano. Aug. Sút ne l teo christiane viscera mie q̃ plágis corp' a quo recessit anima: et nó plágis animá a qua recessit deus? Eccl.xxij. Super mortuuz plora: defecit em̃ lux eius sup fatuu plora deficit enim sensus, modicum plora super mortuú: qm̃ requieuit nequissimi em̃ nequissima vita super mortem fatui: luctus mortui septem dies fatui autem et impij omnes dies vite illorum.

¶ Ex quibus verbis habetur quod tres sunt plorádi scz mortus ideo dicit super mortuum plora &c. fatuus: ió dicit super fatuú plora: et homo impius siue nequissimus: ió subiungit, nequissimi nequissima vita, super mortem fatui: ac si diceret fatuus est peior q̃ mortuus: sed adhuc homo nequissimus siue impius peior est q̃ fatuus. Isti igitur tres sunt plorandi, scilicet mortuus fatuus et impius sz differenter quia mortuus est plorandus paruo tempore, fatuus vero est plorandus omni tempore vite sue: impius autem flendus est in tota vita sua et post mortem suam. Unde subdit luctus mortui septem dies. fatui autem et impij omnes dies vite illorum.

Vo ¶ Eadem.v.feria.iiij.hedo.xl.
Sermo secundus.

Et hec vidua erat &c. Ista vidua multum flebat, ex eo q vnicum filiū suum perdiderat: et iste dolor generabatur in ea ex q̄tuor causis scʒ ex eo q erat mulier, ex eo q erat mater, ex eo q erat vidua, & ex eo q erat filius vnicus. A

¶ Primo quidem generabatur in ea dolor ex eo q erat mulier: naturaliter enim mulieres patiuntur magis & compatiuntur q̄ viri, ex eo q habent animum magis mollē. Unde mulier dicit̄ quasi mollier: & hoc ideo secundum philosophum. In omni genere animalium femine sunt molliores q̄ viri preter vrsam & leopardam. Unde quando inuenitur aliqua mulier seuera potest vocari vrsa vel leoparda. Mulier enim naturaliter est frigida: & ideo naturaliter est magis passibilis: vir autem siccus et calidus naturaliter: & ideo non sic de facili patitur: nec compatitur: ideo de filij morte vel eius aduersitate mater magis dolet q̄ pater ex eo q est magis mollis & passibilis. In filij autē honore ac sublimitate pater plus naturaliter gaudet q̄ mater: q2 est magis magnanimis. Istud apte insinuat̄. Prouer.x. Filius sapiens letificat patrē: filius stultus mestitia est matris sue. Scd̄o causabat̄ in ea dolor ex eo q mater erat, naturaliter enim plus mater filiū diligit q̄ pater, & ideo magis dolet de morte eius, de amissione enim rei quam magis diligimus, magis dolemus. B

¶ Quare aūt mater plus diligit filium q̄ pater tres sunt cause. Prima est: quia illud circa quod plus laboramus, plus diligimus. Mater aūt plus laborat q̄ pater circa filios: tam portando q̄ in pariendo: q̄ etiā in educando. Thob.iiij. Memor em̄ esse debes q̄ & q̄ta pericula passa sit pp̄ter te mater tua in vtero suo. Secūda cā ē: q2 illā rē plus diligimus quā certitudinal̄r magis nostrā esse scimus. Mater em̄ pro certo scit qd̄ filiū de se generauit, pater autē si credit: th̄ certus non est. Vn̄ Judas dixit ab beniamin Gen.xliiij. Ipsum em̄ solū habet mater sua. Nō em̄ ausus fuit dicere ipsum solum hʒ pr̄ suus q2 sciebat q pater certus nō erat. Tertia causa: q2 illā rem plus diligimus in quā plus iuris nos habere scimus. Mater autē habet maius ius in corpore filij q̄ pater: q2 s̄m philosophum, plus est ibi de substātia matris q̄ patris. Tertio causabat̄ iste dolor ex eo q erat vidua: nā vidue sepe decipiunt̄: q2 sunt sine viro cōsiliatore. Jō dr̄ Mar.xij. Deuorāt domos viduarum sub obtentu plixe orationis. Sepe etiā molestant̄: q2 sunt sine viro defensore. Jō dr̄ Esaie.j. Defendite viduā. Sūt ēt sepe i tristicia: q2 sunt sine viro cōsolatore: & ideo graue pctm̄ est cōtristos iterū ɔtristare Hiere.xxij. Viduam nolite cōtristare. Job.xxix. Cor vidue cōsolatus sum. Jac.j. Religio mūda & immaculata apud deū patrē hec ē, visitare pupillos & viduas in tribulatiōe. Quādo igit̄ vidue filios amittūt, multū dolēt: q2 remāserat ei loco viri consiliatoris defensoris & consolatoris. Quarto causabat̄ in ea iste dolor, ex eo q erat vnicus. Si enim alios filios habuisset: sup eos consolata fuisset. Et iō amissio vnigeniti est nimium dolorosa. Unde scriptura quādo vult exprimere aliquem luctum nimis dolorosum assimulat ipsum luctui vnigeniti. C

¶ Tres enim sunt luctus dolorosi. Unus est in presenti mūdo quo peccator lugere debet de eo quod deū offendit. Et iste luctus assimilat̄ luctui vnigeniti. Hiere.vj. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Secundus erit in iudicio quando peccatores christum videbūt in carne humana cū stigmatibus vulnerū que pro ipsis pertulit: & iste luctus assimilabitur luctui vnigeniti. zacha.xij. Aspicient ad me quem confixerunt & plangent plāctu magno quasi super vnigenitū & dolebūt super eū quasi doleri solet in morte vnigeniti. Tertius luctus erit in inferno vbi non erit aliqua lux: sed tenebre ppetue. Ubi loco festiuitatis erit perpetuus luctus: & loco cātici planctus eternus. Ille plāctus similiter assimilat̄ planctui vnigeniti. Amos.viij. Occidet sol i meridie & tenebrescere faciā terram: scilicet infernalem in die luminis et conuertam fes

ßtiuitates vestras in luctum et ponam eam quasi luctum vnigeniti. et nouissima eius quasi diem amarum. Quoniam autem hic fit mentio de vidua. ideo de ipsis viduis tria videbimus. Et primo quot sunt genera viduarum. Secundo quot sunt regule ipsarum. Tertio vtrum sit melius stare in viduitate quam transire ad alium virum vel ad secundum coniugium. D

¶ Circa primum notandum quod sicut dicit Augusti. tria sunt genera viduarum. Unum est quod intendit epulis et delicijs. Secundum quod intendit cure domus et filijs alendis. Tertium est quod die ac nocte intendit orationibus et ieiunijs. prime vidue sunt male. De quibus dicitur. j. Timoth. v. Uidua que in delicijs est viuens mortua est. licet enim viuens sit corpore est tamen mortua mente. Secunde sunt bone et maxime quando nutriunt filios suos in timore dei. j. Timoth. v. Si qua vidua filios vel nepotes habet: discat domum suam bene regere, et mutuam vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram deo. Et infra. Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negauit: et est infideli deterior. Tertie sunt optime. De quibus dicitur ibidem. Uiduas honora que vere vidue sunt. E

¶ Circa secundum notandum quod apostolus fecit regulam viduarum que habet quatuor capitula. primum est. vt sint in oratione deuote. Unde dicitur. j. Timothei. v. Que autem vere vidua est et desolata speret in domino. et instet obsecrationibus die ac nocte. De hoc habetur exemplum in Anna vidua. De qua dicitur Luce. ij. quod non discedebat de templo ieiunijs et obsecrationibus seruiens deo die ac nocte. Exemplum de illa vidua que importune iudicem interpellabat quam dominus ad exemplum adduxit. cum ad orandum induceret: vt habetur Luce. xviij. Secundum capitulum est vt non sint ociose. Unde apostolus reprehendit aliquas viduas dicens. j. Timothei. v. Simul autem et ociose discunt domos discurrere. Periculum est mulieri cum sit ociosa. Dominus enim posuit adam et euam in paradiso terrestri: vt ibi operarentur: sed diabolus quadam vice inueniens feminam ociosam eam aggressus est et ipsam tentauit. et in peccatum fecit ruere ipsam et virum. Ideo dicit Hieronymus. Semper aliquid boni facito vt diabolus te inueniat occupatum: sicut enim in aqua stante generantur vermes. sic in anima ociosa generantur male cogitationes. Ecclesiastici. xxxiij. Multam malitiam docuit ociositas. Tertium capitulum est vt non sint verbose. Unde Apostolus quasdam viduas reprehendit dicens. j. Thimothei. v. Non solum autem ociose: sed et verbose loquentes que non oportet. Quamuis enim verbositas sit reprehensibilis. in viris precipue tamen in feminis. et maxime in viduis. Nam secundum Chrysosto. Mulieres sunt incaute. molles et fragiles. Quia sunt incaute. ideo de facili decipiuntur. Quia sunt molles. ideo ad bonum et ad malum cito flectuntur. Quia sunt fragiles. ideo faciliter superantur. Ideo diabolus non est aggressus virum sed feminam. Sciens quod femina facilius deciperetur cum sit sexus incautior. et citius flecteretur cum sit sexus mollior. et facilius vincatur cum sit sexus fragilior. Quartum capitulum est vt non sint curiose. Unde apostolus quasdam viduas reprehendit dicens. j. Timothei. v. non solum ociose sed et curiose discunt circuire domos. Legitur de naturis animalium quod turtur amisso compari: stat in nido et raro discurrit. Sic vidua raro debet discurrere de domo in domum: sed debet morari in nido domus proprie ibi in silentio habitando. vel in nido conscientie sue: ipsam mundando: vel in nido sancte ecclesie orationibus insistendo. F

¶ Circa tertium notandum est quod melius est esse in viduitate quam transire ad secundum coniugium quatuor de causis. primo quia maioris castitatis est indicium. Quando enim mulier totiens nubit. signum est magne incontinentie. j. Thimothei. v. Adolescentiores viduas deuita. Cum autem luxuriate fuerint in christo nubere volunt. Ibidem. Uidua eligatur que fuerit vnius viri vxor. In aliquibus enim auibus inuenitur hoc. vt postquam vna moritur: reliqua alteri non sociatur. Bernardus. Pudeat ad negocium honestatis rationem non posse in homine quod natura potest in volucre. Hieronymus in libro contra Iouinianum. Portia minor cum laudaretur. quedam bene morigerata que secundum acceperat virum

rñdit. Felix & pudica matrona nūq̃ pter semel nubit. Scđo qr hoc ē signū maioris amoris ad priꝰ virū qñ scʒ amore primi mariti: nullū aliū vult habere. Cū em̄ ambo fuerint vna caro mortuo viro mulier remāsit semimortua: & ideo amplius nubere nō deberet. Refert Hierony. vt supra ꝙ cū valeria rogaretur scđm virū accipere. Rñdit se hoc nō posse facere. quia primus adhuc viuebat: ꝙ diu em̄ inquit vixero vir meus semꝑ per amorem viuet in corde meo. Idē etiā refert ibidē ꝙ cuʒ marcia catonis nollet iterū nubere & virū defunctum semꝑ lugeret interrogata quem diem haberet vltimū sui luctꝰ ait. quem & vite vltimū. Tertio qr hoc est ad maiorē securitatē. Uidua em̄ est dña sui & in pace viuit & si accipit virum exponit se discrimini: qr forte habebit virū rixosum & durū. Uñ refert Hiero. vt supra ꝙ cum anna rogaret' vt scđo nuberet. Rñdit nō se hoc facere: qr bonū habuerat virum & si secundū acciperet aut ille esset bonus, aut malꝰ. Si bonus semper esset in timore ne ipsum perderet Si malus semper esset in dolore qr post bonū virū tā pessimū sustineret Quarto qr ad seruiendum deo maiorem libertateʒ habet. i. Corint. vij. Quinta sine vxore est: sollicitus est q̃ sunt domini: & mulier innupta & virgo cogitat que sunt dei vt sit sancta corpore & spiritu: que auteʒ nupta cogitat que sunt mundi quomō placeat viro. Hierony. in epistola ad paul'. Sancta & nobilis melania nostri tpis inter christianos natura nobilissima cū calescente adhuc mariti corpusculo necdū humato: duos filios perdidit. rem dicta incredibilem sed christo teste nō falsam stetit immobilis & ad pedes aduoluta xpi quasi ipsum teneret arrisit & dixit. Expeditꝰ tibi seruitura sum domine quia me tanto onere liberasti.

61 ¶ Feria. vi. quarta hebdo. xl.

Sermo. i.

Erat quidā lāguens lazarus a bethania de castello marthe & marie sororꝫ eiꝰ. Joh. xi. Cū qdā die xps hierosolymis pdicaret & iter cetera diceret. Ego & pr vnū sumus iudei ipsum cū discipulis suis lapidare voluerūt. Sed ipse de manibus eorum euadens: abijt trās iordanē lōge a bethania per dietam. Dum autem ibi esset lazarus infirmatus: sorores eius nuncium miserunt domino dicentes: ecce quem amas infirmatur. A

¶ Sed quare nō iuerunt personaliter sicut regulus & centurio. Ad hoc respondet Chrys. qr vehemēter cōfidebant de xpo: & ideo sperabāt ꝙ ꝑ nunciū faceret qđ petebāt. Alia ratio est ſm eūdē Chrysosto. qr a luctu detinebant'. Tertia ratio est ſm Theophilum ꝙ non decet de facili mulieres circuire. B

¶ Aliā questionē facit hic Aug. quare scʒ non dixerūt veni & sana vel iube & fiet: sicut dixit centurio qui ait. Dic tm̄ verbo & sanabitur puer meus: sed tm̄ dixerūt. Domine ecce quē amas infirmatur. Et rñdet Aug. siue Glo. qr sufficit amāti nunciare necessitatē amātis, qr non deserit quem amat. Uel pōt dici ꝙ ideo sanitatē fratri suo nō petierunt sed xpi voluntati cōmiserunt qr nesciebāt qđ magis fratri expediret vtrū scʒ sanari vel infirmari vel mori: xps autem nunciauit eis per nunciū, infirmitas hec nō est ad mortem. Et tūc christus in loco vbi nuncius eū inuenerat māsit duobus diebꝰ: ideo christus māsit ſm Aug. & Chryso. donec lazarus expiraret sepultus iaceret atq̧ feteret vt sit miraculū magis appareret. quarta aūt die dixit iesus discipłis suis: eamꝰ in iudeā &c. C

¶ Circa aūt istud miraculū fuerūt quedā retrahentia. Et quedā inducentia quedam concomitantia: & quedam subsequētia. Retrahentia fuerunt tria, scilicet retractio discipulorum qui christum volebant retrahere ne i iudeā pergeret ꝑmo incutiendo sibi timorē dicentes Rabbi, nunc te querebāt iudei interficere & lapidare: & iterū vadis illuc ipsi autem hoc non dicebāt compatiēdo christo: sed maxime timendo sibipsis quibꝰ respondit christus: nōne duodecim hore sunt diei? hic appellat se diē: & duodeci apłos duodecim horas: acsi dicat hore sequunt' diē nō dies horas, sic & vos debetis sequi voluntatē meā, nō ego vestram: & si volūtas tē meam, qui sum dies secuti fueritis nō

offenderis. et ideo dicit. Si quis ambulauerit in die nõ offendit si autem voluntatem vestram que est nox secuti fueritis offendetis. D

¶ Vel aliter rñdne. xij. hore sunt diei: quasi dicat nõ debemus credere quod iudei psenerēt in volūtate me lapidandi quia sicut hore mutabiles sunt: sic et affectus hoim et frequenter sepius mutatur cor hois in die quam hore: et ideo qui ambulat in die, id est in pace sicut et ego et vos non offendit aliquē. idcirco securi eamus. Scdo volebāt eum retrahere assignādo bonā rōnē. nā cum xps dixisset. lazarus amicus noster dormit. rñderunt. dñe si dormit saluus erit quasi dicat sm Aug. Nō oportet quod propter hoc vadas quia somnus egrotātiū est salutis indicium. Et qrit hic Aug. quō discipuli sic erāt stulti quod crederēt xpm velle ire per tot stadia ad excitandū dormiētē, et rñdet quod credebāt xpm loqui in enigmate sicut sepe cōsueuit: xps aūt dormitiōe mortis intelligebat sicut exponit euāgelista. E

¶ Dicunt aūt mortui dormiētes tribus de causis. Primo propter spē rōnis: quia sicut de dormiēte est quod debeat euigilari: sic de mortuo est spes quod debeat resurgere. i. Thess. iiij. Nolumus vos ignorare de dormiētibus vt nō cōtristemini sicut et ceteri qui spem nō habēt. Scdo propter facilitatē rōnis. Aug. Dñs tanta facilitate excitat te de sepulchro: quanta tu excitas dormiētē de lecto. Tertio propter melioratiōnē immutatiōis: sicut eñ dormiētes surgūt meliorati in melius mutati. sic et mortui boni resurgūt in melius immutati. j. Cor. xv. Seminat in corruptiōe resurget incorruptionē. Tertio voluerūt xpm retrahere ostēdēdo magnā perturbationē et hoc qñ thomas dixit: eamus et nos vt moriamur cū ipso quasi dicat ex quo se vult exponere morti moriamur oēs. scdm aūt gl. non fuit vbū turbatiōis sz amoris. vñ dt. Est ce verus amātiū affectus aut cū eo viuere aut cum eo mori. scdm vero Chryso. fuit verbū formidinis et timoris oēs eñ discipuli vt ibidē dicit: iudeos timebāt. super oēs alios thomas: sz xps nō dimisit nec propter eorū turbatiōnē, nec propter eorum amorē: nec propter ipsorum timorem. In hoc dat nobis exēplum quod ea que sunt ad gloriā dei, et ad vtilitatē animarum nō debemus dimittere, nec propter priuatū amorem: nec propter alicuius perturbationem: nec propter aliquā formidinem. F

¶ Secundo fuerunt quedam inductiua: et ista fuerūt tria. Primum est honor pris. vnde dixit infirmitas hec nō est ad mortē sed ad gloriam dei. G

¶ Circa qd sciendū quod est quedā infirmitas que est ad mortē corporis tm̄ sz scōrū martyrum. Alia est infirmitas que est ad mortē aie que est tm̄ pctōrum. Tertia infirmitas est que est ad mortē vtriusque que est damnatorū. Infirmitas autem lazari nō fuit ad mortē corporis quia nō fuit a morte detentus sed resuscitatus. Nec fuit ad mortē anime quia gratia fuit plenus. Nec fuit cū morte damnatorum quia non descēdit ad infernum cum damnatis sed in lymbū cum patribus suis sanctis: et ideo fuit pro gloria dei vt glorificetur filius dei per illū, quia et deus per eius resuscitationē est glorificetus et christus deus est manifestus. Secūdū inductiuū fuit amor. Uñ dixit lazarus amicus noster dormit. ideo diligebat iesus lazarū et mariam et martham sorores eius: isti eñ quadā speciali familiaritate xpo fuerūt coniuncti: ita quod lazarus vocabat eum amicum suum: maria magistrū suum et martha hospitem suum. H

¶ Tertiū inductiuū fuit cōpassiōis affectus. Cōpatiebat enim xps amico suo defuncto qui iacebat in tāto fetore et miseria. cōpatiebat sororibus dilectis que erant in tāta tristitia: cōpatiebatur quodāmodo sibiipsi quia carebat psentia tam boni amici: et ideo his tribus cōsiderationibus intantū cōpassiuus est quod cōpassionē ostēdit verbo cū dixit. vbi posuistis eū. et est verbū pie cōpassiōis quasi dicat pr pius cōquerendo de filio defuncto et sepulto: vbi posuistis filiū meum ita xps quadam pia conquestione dixit: vbi posuistis amicum meum: ostendit etiam ipsam cōpassionem in signo, quia lachrymas fudit: ostendit in facto, quia ipm resuscitauit. Tertio fuerunt quidā concomitantia: et ista fuerunt tria. Primum fuit quia lapidem remouere fecit dicens. tollite lapidem. Poterat enim xps ipsum facere resurgere non remoto lapide: vel solo verbo poterat remouere

lapidem sed voluit vt ipsi accederēt ꝛ vi derent ꝛ fetorem sentirēt vt de miraculo nō dubitarēt:nec dicere possent ꝙ fantaſ ma fuerit vel ꝙ ali⁹ fuerit ꝙ resurrexerit.
I ¶ Certificati enim sunt per oēs corpo ris sensus scʒ per vocē qñ dixerūt.venite ꝛ videte:per visum qñ ipsum fasciatū exi re viderūt:per tactū qñ lapidē leuauerūt ꝛ vincula soluerunt: per auditum qñ au dierunt. Lazare veni foras : per olfactū quando fetorem senserunt . Secundum cōcomitans fuit ꝙ christus fremuit ꝛ se ipsum cōturbauit lachrymas fudit quod quidē christ⁹ voluit.vt: ſm Theophilū, se esse verū hoīem ostenderet: quia tales passiōes in deum cadere nō possunt : vel idō hoc fecit ſm Hiero.q: dolebat ꝙ ami cū suum ad istam miseriā reuocat : vel idō hoc fecit vt,nos instruat ꝙ debem⁹ cōpa ti miserijs alioꝝ. Tertiū cōcomitās fuit q: patrē orauit dicēs.pater gratias tibi ago:nō aūt hoc fecit vt indigeret oratiōe q: eiusdem potestatis erat cū patre: ꝛ q: multos sanauit sola iussione : sed ideo orare voluit vt ostenderet ꝙ nō erat con trarius deo:sicut iudei sibi imponebant. Unde subdit : ego autem sciebā ꝙ semꝑ me audis:sed propter populum qui cir cunstat dixi. Uel ipso orauit vt ostendat quod miracula faceret virtute dei nō in potestate diaboli: sicut iudei sibi ſpone bāt.Uel ideo orauit vt doceret nos in no stris necessitatibus ad orationis suffra gium esse recurrendum. K

¶ Quarto ponunt quedam subsequētia: inter illos enī ꝗ ibi aderāt: quidā erant boni sicut discipuli:quidā autē mali sicut iudei ex isto enī miraculo boni facti sunt meliores:q: discipuli in fide fuerūt am plius cōformati. Maloꝝ aūt quidā facti sunt boni q: ad fidē sunt conuersi : sicut ibidē habet.Quidaꝫ facti sunt peiores. de quibus dr.Collegerūt ergo pōtifices ꝛ pharisei cōsilium ꝛc. Quidā fuerunt du bii de quib⁹ est incertum vtrū fuerūt con uersi vel nō:de quibus dr. Quidā aūt ex ipsis abierūt ad,phariseos ꝛ dixerūt eis oīa que fecit iesus:vt dicit glos.siue ali quid nūciando vt crederent:siue prodē do vt seuirent. Eodē modo acc dit de ꝑ dicatione veritatis,q: quidē de ipsa ve ritate de bonis efficiuntur meliores sicut sunt māsueti:quidā de malis efficiunt boni sicut ad pñiam conuersi:quidā in sua ma litia perseuerāt vt obstinati:quidā nec pe iores,nec meliores efficiunt,sicut tepidi.

62 ¶ Eadem sexta feria quarte heb domade.xl. Sermo.ij.

Diligebat Jesus Martham et Mariam sororē ei⁹ ꝛ Lazarū. Joā.xi. In isto euāgelio po nunt quedam,vnde boni et iusti debent gaudere: quedā de quibus peccatores debēt timere: quedā vñ ipsi peccatores debēt sperare:quedā vñ tribulati,consolationē debent recipe. A

¶ Boni enī audiētes ꝙ a christo diligunt multū gaudere debent. Uñ dicitur hic,di ligebat iesus mariā ꝛc. Boni autem sunt in vita contemplatiua:aut sunt in actiua, aut sunt i penitētia. Iste sunt tres v e cō di ad celum. Prima via est ire per viā cō templatiuam: ista signat per mariā, que ad pedes xp̄i sedebat:ꝛ eius visione ꝛ lo cutione pascebatur, ꝛ ista via est diutur nior ꝙ̄ actiua:q: illa finitur, ista non au fertur,ideo dicitur pars optima ꝙ nō au feretur ab ea. Actiua enī vita est tantū in presenti,nō in futuro. Ibi enī nō est neces se ꝙ aliquis aliquē induat : q: veste im mortalitatis sunt oēs induti :nec aliquē potet vel pascat,quia oēs sunt saturitate pleni,nec ꝙ in hospitio recipiat :q: oēs sunt in propria patria cōstituti:nec ꝙ ali quem infirmū visitet: q: nullus ibi infir matur nec ꝙ ad sepulchrum vadat, ꝗ ibi nullus moritur. B

¶ Scda via qua itur ad celum actiua vi ta est:ꝛ ista significatur per martham ꝙ̄ paupes ꝛ pegrinos recipiebat hospitio ꝛ ista via est vtilior ꝛ fructuosa ꝙ̄ prima. Est enim vtilior proximo:q: inde susten tatur.Est vtilior facienti q: inde remune ratur. Bona enī tpalia nō sunt nostra ꝓ pria:sed sunt nobis accommodata:non sunt mansura sed trāsitoria:non sunt pre ciosa, sʒ vilia:eleemosyna enī facit vt ac cōmodata sint propria:q: ꝗ pauperibus

damus ppria habem⁹.petr⁹ raueñ. Da
pauperi vt det tibi,qr q̄cq̄d pauperi de=
deris tu habebis:quod pauperi non de=
deris,alius habebit.Idē.Si hic mansu
rus es,que tua sunt hic depone. Si illuc
iturus es:hic que tua sunt cur relinq̄s qui
relinquēda seruat alienorū custos est nō
suoꝝ.Facit em̄ ea q̄ sūt trāsitoria vt sint ꝑ
petua:siue ppria ⁊ secura.Amb.Heredi=
tas in tuto loco ponit̄ q̄ deo custode ẜua
tur.Petrus raueñ.Quicq̄d pauꝑ accipit
pater celestis suscepit ⁊ in celo recondit
Aug.Quasi ifert⁹ traiectū hic facis cum
deo tuo hic das res ꝑituras,ibi recipiꝭ si
ne fine māsuras.Facit ēt eleemosyna vi=
lia vt sint ꝑciosa,qr terrā mutat celū:vnū
vertit in cētuplū. Petr⁹ raueñ Da paupe
ri vt accipias celū:da nūmū,vt accipias
regnū:da micā vt accipias totū panē:⁊
subdit. Deus vnū accipit ⁊ cētū dat ⁊ tñ
nolunt hoīes cū deo hr̄e ɔtractū.Quātū
deus diligit vitā actiuā ostendit̄ ꝑ hoc q̄ nō
de rachel per quā significatur vita cōtē=
platiua sed de lyazo quā significat̄ vita
actiua nasci voluit.Tertia via eūdi ad ce
lum est ꝑ pniam.Si em̄ aliqui ꝑ mortale
peccatū a vita ɔtēplatiua vl̄ actiua reces
sit:vnū sibi restat remediū.s.q̄ recurrat
ad penitētie suffragiū:⁊ tūc q̄ erat mor⁹
per culpā,resurgit ꝑ penitētiā.Isti signi=
ficat̄ ꝑ lazaꝝ resuscitatū. Diligebat igit̄
iesus mariā ⁊ martham ⁊ lazarum. C

¶ Qr xp̄s diligit feruēter cōtēplātes:vti
liter operantes,⁊ a pctō resurgentes: q̄
nō est in numero istoꝝ triū,a deo nō dili=
gitur:ſʒ odit̄.Isti sunt tres viri illi de q̄=
bus dicit̄ Ezechiel.xiiij. Tres isti viri.s.
Noe,Daniel.⁊ Iob in sua iusticia libera
būt animas suas.Per noe q̄ deo archaꝫ
fabricauit ⁊ in fluctibus rexit significant̄
actiui qui sepe fluctuationib⁹ exponunt̄.
per danielē qui celestes visiōes asp=xit
intelligunt̄ cōtemplatiui.Per iob q̄ iter
pretatur dolens:intelliguntur penitētes
qui de peccatis suis dolere debēt.Secū
do in isto euangelio ponuntur quedā.vñ
peccatores dn̄t multū timere.Multū em̄
debēt timere peccātes qr nunq̄ ppria v̄
tute a pctō possunt exire:sicut nec lazar⁹
potuisset resurgere nisi dei virtute. D

¶ Et super hoc ponitur triplex exemplū
Primū ponit̄ ab Arsenio qui dicit q̄ hō
pōt se ꝑ se in foueā ꝑcipitare:sed ꝑ se non
potest inde exire. Et illud exēplū ꝑtinet
ad auaros:de q̄bus d̄r Esa.xxiiij. Formi
do ⁊ fouea ⁊ laque⁹ super te q̄ habitator
es terre.Auar⁹ em̄ sempꝫ est in formidine
ne diuitias suas ꝑdat.Sēper est in fouea
ꝓfūde cupiditatiꝭ qr nunq̄ ꝑt satiari. Sē
per illaqueat⁹ ē a diabolo qr nunq̄ vult
restituere.Secūdū exemplum est Chriso
sto.qui dicit q̄ sicut nauisfracto guberna
culo illuc dicitur vbi tempestes voluerit:
sic homo perdito auxilio gratie dei non
facit quod vult,sed qđ diabolus.Et illđ
exēplū ꝑtinet ad luxuriosos q̄ sunt in ma
ri carnaliū voluptatū:q̄ lʒ videantur dul
ces:tñ in veritate sunt amare.Uñ ꝓuerb.
xxiij.Oculi tui videbunt extraneas et cor
tuū loquet̄ ꝑuersa:⁊ eris dormiēs in me=
dio maris:⁊ quasi sopit⁹ gubernator amis
so clauo.i.dei auxilio. Tertiū exēplū est
eiusdē Chrisos.q̄ dicit.Anteq̄ peccem⁹ li=
beri sumus:sed si semel operib⁹ diaboli
nos obligauerim⁹,iā nostra virtute libe=
rari nō possumus.Sicut em̄ popul⁹ facit
regere:tñ iam factū nō potest expellere.
Sic postq̄ homines thronū diaboli i cor
dibus suis posuerūt,iā null⁹ pōt eos cor
rigere nisi de⁹:⁊ istud exemplū ꝑtinet ad
superbos q̄ diabolū suuꝫ regem fecerūt.
Iuxta illud Iob.xli.Ipse est rex super
omnes filios superbie.Tertio in isto euā
gelio ponunt̄ q̄dā vnde peccatores mul=
tum sperare debēt.Lazar⁹ em̄ erat mor=
tuus ⁊ sepultus et fetidus:⁊ tamen resur
rexit ad vitā:per quod datur intelligi q̄
q̄ntūcunq̄ sit aliquis grauis peccator,tñ
cum dei auxilio potest ad penitentiam re
surgere.Debet tamen quilibet deū roga
re ne in peccatis profundet̄.Et si profun
dat⁹ fuerit debet recurrere ad deū vt nō
demergat̄.Hoc modo orabat ꝓpheta di
cens.Nō me demergat tēpestas aque ⁊c.
Tūc tēpestas aque hominem demergit:
quādo grauiꝭ tētatio peccati īpellit.Tūc
profundū absorbet:quādo profunditas
vitiorū ipsum detinet.Tūc puteus super
os suū vrget qn̄ in desperationē duct⁹ cō
fiteri nō audet.Ubi d̄r Augu.Si cecidisti
o homo nō claudet sup te pute⁹ os suuꝫ:
sed tu non claudas os tuum:sed cōfitere

eā instruere & regere, leges ei imponēdo prout viderit expedire. Quedam em̄ sunt matrone probate. Istis nō sunt leges imponende: sed sue libertati sunt penit⁹ relinquēde. Et quedā mulieres sunt pbate & honeste, & fortes ad resistendū vitijs. Talium autem vita virū nō solicitat sed delectat. Eccli.xxvj. Mulier fortis oblectat virum suū. Quedā sunt suspecte. Iste legibus sunt artande & sub manu viri arcende, alias magnū periculū est. Vñ dicitur de muliere suspecta. Eccli.xxv. Si nō ambulauerit ad manū tuā confundet te in conspectu inimicorū tuorū. Quedā sunt medie, q̄ adhuc nō sunt bñ pbate. Iste nec nimis sunt artande, nec nimis relaxāde: sed sunt prius probande. Si enim amic⁹ anteq̄ homo de eo confidat est probād⁹: multo fortius vxor. Eccli.vj. Si possides amicū, in tētatione posside eū: & ne facile ei teipsum credas. Scōm capitulū est: q2 vir debet vxorem suam discrete diligere. Istud capitulum apls ponit ibidē dicēs viri diligite eas amore discreto & ordinato. Qd̄ q̄dē fit qñ seruat̄ qd̄ dicit̄.j.Corin. vij. Qui habēt vxores: tāq̄ non habētes sint. Ille hʒ vxorē & nō habet, q̄ tpe debito scit operi coniug ali intēdere: & tēpore debito abstinere. De quo tpe dicit Chrys. sup Matt. Abstinent a menstruata abstinete a pregnāte: qñ etiā dies festus est, et dies ieiunij. Ex his habetur q̄ quatuor tēporibus est abstinendū.s.tēpore mēstrui: q2 sicut dicit Hiero. tunc cōcipiuntur pueri mēbri dānati scilicet claudi, ceci, leprosi, elephātici & consimiles. Abstinēdū est etiam tempore pregnationis. qd̄ etiā bestie obseruant. Dicitur eniʒ in lib. de natura animalium q̄ elephas feminā suā pregnantē non tangit. Abstinendum est etiā tempore festo & ieiuniorum. Augu. Tēpore processionis & ieiuniorum non licet cōiugibus cōuenire: q2 tunc a lectis abstinēdum est vt facilius impetretur qd̄ postulatur. Tertium capitulum est q̄ viri debēt vxoribus in necessarijs puidere. Istud capitulum ponit idem dicens. Qui suā vxorem diligit, semetipsum diligit. Nemo em̄ carnē suā vnq̄ odio habuit, sʒ nutrit. Gl. cibo & potu. Et fouet. Glosa. vestimentis. Nonām debent viri permittere q̄ vxores sue nimis vane se ornēt. Talis em̄ ornat⁹ re prehensibilis est quadruplici ratione. Una sumitur ex parte ipsi⁹ mulieris, quātum ad animam: q2 christū in anima sua inducre nō potest. Unde sup illud.j. Pet. iij. Quarsi sit capillatura. dicit Glosa. Sicut Cyprianus ait. Serico & purpura indute xpʒ induere nō possunt. Argēto, monilib⁹, & margaritis exornate ornamēta cordis & pectoris perdiderunt, qd̄ de illis intelligēdū est que se ornāt ad alas capiendas. Secūda sumitur ex parte eiusdē q̄stū ad corpus quod est cinis & puluis. Stult⁹ anīē esset ille qui cinerē & puluerē vellet in sacco serico custodire. Chrys. super illud Luc.xvj. Induebatur purpura & bysso. dicit. puluerē & cinerem purpura & bysso tegebat. Tertia ratio sumit̄ ex parte christi: quia xp̄s tales nō cognoscit. Cum em̄ per diuersos colores faciem suā transmutēt: xp̄s non cognoscit quod ibi nō creauit. Hiero. Qua fiducia erigis ad celos vultus quos cōditor nō cognoscit? Quarta sumitur ex parte primi: quē mulier cito decipit & ad concupiscentiam trahit. Chrys. super Matth. Si se mulier decorauerit vt oculos hominum ad se traxerit & vocauerit, etsi plagam non intulerit: extremā tamen vindictā dabit. venenum enim obtulit: etsi nullus qui bibat inuentus sit. Quartū capl̄m est, q2 nō dn̄t vxoribus suis nimis rigidi & duri esse: istud ponitur Col.iij. Viri diligite vxores vestras: & nolite amari eē ad illas. Talis em̄ amaritudo est causa discordie inter istos, que multū deo displicet: sicut & ccordia multum placet. Eccli.xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo. Et sequit̄. Vir & mulier bene sibi cōsentientes. Qd̄ em̄ non bñ cōueniāt: culpa aliqñ est ex parte viri, aliqñ ex parte vxoris, aliqñ ex parte vtriusq̄. Et super hoc potest poni tale exēpluʒ. Si quis em̄ ferrū ferro vult iūgere: oportet q̄ vtrūq̄ per ignis exustionem mollescat. Si enim vtrūq̄ fuerit durum vel alterum istorum, non poterunt coniūgi. Qñ igitur vir est nimis seuerus & vxor nimis aspera: tunc ambo sunt duri & ideo nō poterunt pacificari. Quando vir est benign⁹ & vxor superba, vel econuerso vxor mansueta & vir seuerus: non poterunt bene

conuenire. Opz ergo q vter q mollescat. i. q vir habeat benignitatem z vxor mansuetudinē z tūc fiet qđ dicit scriptura: q multū placēt deo vir z mulier sibi cōsentientes. ¶ Scđa regula est ipsarū mulierū q̄ tradit Tob. x. Dimiserūt filiā ire monētes eā honorare soceros, diligere maritū regere familiā, gubernare domū z seipsaz irreprehēsibilē exhibere. Et hz ista regula quinq capitula z iō est maior q̄ regula virorū q̄ hz tātū q̄tuor. Qz eni mulier magis deficit i discretiōe: iō maior indiget eruditione. Primū capitulū est: qz dz soceros honorare. Iustū est eni vt tāq̄ patrez z matrē soceros honoret cū ipsi eā sibi in filiā associēt. Vn z socer a sociādo nomē accepit. Sz sepe cōtrariū fit. Vn Hiero. cōtra Iouinianū. In q̄dā regiōe cōsuetudo est vt nur⁹ altera die postq̄ traducta est, a socru ollā mutuo petat: cū illa statiz negat: vt cōprobet illud Terētij verū esse: oēs socr⁹ oderūt nurus. Scđm caplm est q dz virū diligere: z hoc amore casto z singulari. De quo amore dt Chry. sup Mat. Ecce si vir habeat vxorē quo cognoscit plena vxoris dilectio. Uxor neminē dz putare sapiētiorem q̄ virū suū: z si alter sit sapiētior: tn̄ illa sapiētiorē intelligere nō dz. Uxor neminē fortiorē dz putare q̄ virū suuz: z si alter sit fortior, tn̄ illa intelligere nō debet alterū fortiorē. Uxor neminē dz putare formosiorē q̄ virū suum: et si alter sit formosior, tamen nō debet sibi apparere. Perfectum enim odium z perfectus amor verum rerum iudicium non cognoscit. Ut puta si perfecte odias aliquē: qualiacunq fuerint apud illum omnia tibi displicent, siue que dicit siue que agit: z si vere bona sunt, tn̄ tibi displicent z mala videntur. Sic z si perfecte aliquē ames, quecunq sunt apud eum placēt tibi: siue que loquitur, siue que agit. z si vere mala sunt, tamen tibi bona videntur. Tertium capitulum est: quia debet familiā suā regere. Sicut eni dicitur. j. Timo. v. Qui suorum z maxime domesticorum curā non habet, fidez negauit. Glo. Operib⁹ z si nō verbis: qz proximum non diligit. Et est infidelis deterior. Glo. Qz hic veritatem nondum cognouit vel pmisit. Sed de multis mulierib⁹ potest dici illud Threno. iiij. Filia populi mei crudelis, q̄si struthio i deserto. Struthio oua sua terra cooperit: z abiēs ea derelinquit: que sepe a bestijs conculcantur. Sic sunt multe que permittunt filios suos terrenis affectibus inuolui, z a demonib⁹ conculcari: z ipse non curant. In hoc tamen sunt struthiōibus crudeliores, quia illi super oua conculcata faciūt magnū plāctū. Iste aūt sup filios a demonib⁹ cōculcatos nō plāgunt. De hoc filij in iudicio cōquerentur. Eccli. xlj. De patre impio conquerent̄ filij: quia propter illum sunt in opprobriū. Quartum capitulum est: quia debet domū suā gubernare z ideo oportet ipsam tria habere: scilicet sapientiaz, vt oia sapiēter disponat. Prouerb. xiiij. Sapiens mulier edificat domū suā. Incipiens extructam quoq manibus destruit. Diligētiaz. vt solicite cūcta promoueat. Prouer. xij. Mulier diligēs corona est viro suo zc. Et prouidentiam: vt suo tempore necessaria cūctis prouideat. Propter ista tria dicitur Prouer. vltimo de muliere forti. Operata est consilio manuum suarū. ecce q̄ sapiēs. Et de nocte surrexit. ecce q̄ solicita. Et dedit predam domesticis suis. ecce q̄ prouida. Quintum capitulum est: quia debet se irreprehensibilē exhibere vt scilicet nullam maculam habeat, nec in vita nec in fama nec in conscientia. Istas autem maculas suas in triplici speculo debet videre. Primum speculum est sacra scriptura siue dei precepta. Greg. Specula sunt dei precepta in quibus anime sancte semper aspiciunt: vt si que in eis sunt feditates deprehendant. Secundum speculum est vita christi: ad cuius penitētiam, humilitatē, z pietatem se debet speculari. Bern. super Cāti. Utrumq mihi es domine: z speculum patientie z precium redemptionis. Tertium speculum est exemplum ancillarum christi. Si enim mulier dicat se non posse imitari vitam sanctorum virorum: saltem imitetur vitam suarū sororū: scilicet Magdalene, Agnetis, Cecilie, z ceterarum. Omnes autem maculas quas mulieres deprehēderit ad ista specula, lauare debēt in confessione vera. In hui⁹ significatione in lauatoria templi erāt specula: vt dicitur Exod. xxxviij. Bern. Anima cōfessionē

sit affectās decorem. Confessioni enim iun-
git decor. ps. Confessio et pulchritudo in
conspectu eius. Sed multe sunt que libē-
tius viderent facies carnis sue in speculo
vanitatis: q̄ facies mentis sue in supradi
ctis speculis. Hiero. Mulier ad speculum
pingitur: et in contumeliā artificis cona-
tur pulchrior esse q̄ nata est.

¶ Sermo tertius.

Dico aūt vobis
q̄ nemo virorū illorū q̄ vocati
sūt gustabit cenā meā. Ex eo
qđ dicit dñs. Nemo virorum
illorum qui vocati sunt gustabit cenā meā.
Dat intelligere q̄ gustabant aliā cenam
que non est sua. Ideo notandū q̄ est qua-
druplex cena. s. corporalis, spūalis, infer
nalis, et celestis. In cena corpali dñt refici
pauperes. Luc. xiiij. Cū facis cenā vel prā
diū, voca pauperes ac debiles: cecos et
claudos. ¶ Sciendū est aūt q̄ antiqui co
medebāt tm̄ semel i die: et in loco cōi et cōi
ter. Et q̄ semel tm̄ i die comedebāt: idō ce
nā appellabant: q̄ post cenā nulla comes-
tio restat. Q̄ etiā comedebāt i loco cōi et
cōiter: ideo cenā similiter dicebāt: a cenō. i.
cōe. Ex primo igit̄ ostendebant suā fruga
litatē. Tante enim erāt abstinentie q̄ con
tenti erant vna comestione in die. Ex scđo
ostēdebant suā honestatē. Ideo enim i loco
cōmuni et euidēti comedebāt ne occasione
secreti loci lasciui fierent: vel verba detra
ctoria resonarent. Ex tertio ostēdebāt suā
liberalitatem: quia non singulariter sed
cōiter comedere volebāt et ideo peregri-
nos et hospites ad sua conuiuia aduoca-
bant. Exēplo igitur antiquorū et nos ista
tria in nostris conuiuiis habeam⁹. ¶ Pri-
mo temperantiā et frugalitatē. Eccl. xxx.
Utere quasi homo frugi his q̄ tibi appo-
nuntur. Eiusdem. xxxvii. caplo. In multis
escis erit infirmitas. Et infra. Propter cra
pulam multi perierunt: qui autē abstinens
est adiiciet vitam. Unde refert Augu. tria
documenta se a beato Ambrosio didicis-
se. Unum est ne officium militandi aliqui-
bus suadeat: ne forte ipsi calumnias et ex
poliationes exerceant. Scđm est ne vxorē
alicui petat: ne forte ipsi cōiuges male in
ter se conuicientur et sibi maledicant. Ter-
tium ne ad conuiuium inuitatus accedat:
ne forte ibi temperantie modum perdat.
¶ Scđo debem⁹ habere honestatē: ne. sci-
licet in nr̄is cōuiuiis fiant lasciua solatia.
Esaie. v. Cithara et lyra et tympanū i cō
uiuiis vestris et c. Et ne ibi dicantur verba
detractoria. Prouerbio. xxiij. Noli esse in
conuiuiis potatorum, nec in comessatio-
nibus eorum qui carnes ad vescendū cō-
ferunt. Illi carnes ad vescendū conferūt
secundū glosam: qui in locutione vicissim
proximorum vitia dicunt. Ideo Augusti-
nus contra pestem detractionis hos ver-
sus in mēsa sua habebat inscriptos. Quis
quis amat dictis absentum rodere vitā.
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.
¶ Tertio debemus habere pietatem vt
peregrinos et pauperes i nostris cōuiuiis
habeam⁹. Iob. xxxi. Si comedi buccellā
meā solus: et nō comedit pupillus ex ea.
Econtra dicit auarus. Ecclesiastes. xi. In
ueni requiem mihi: et nunc manducabo
de bonis meis solus. Et nescit q̄ tempus
pretereat et relinquat omnia aliis et ipse
moriat̄. ¶ Scđa est cena spiritualis quā
deus facit cū anima. Apocalypsis. iij. Ego
sto ad ostiū et pulso: si quis aperuerit mi-
hi ianuam intrabo ad illum et cenabo cū
illo et ille mecū: hoc est ponemus ad sym-
bolū. Peccator enim penitens debet in ista
cena ponere tria fercula: scilicet cōtritionē
confessionem et satisfactionem. Deus aūt
tria alia ponit scilicet miām gratiā et glo
riam. De ista cena dicit̄. Ioh. xii. Fecerūt
ei cenā ibi. Chrys. scilicet Martha et Ma-
ria. Lazar⁹ vero erat vn⁹ ex discūbētib⁹.
Per marthā significat̄ actiui: p Mariā
contēplatiui: per Lazarū de nouo a pc̄ō
resuscitati. Cenat igitur xp̄s cū actiuis q̄a
delectatur in eorū operatione. Cenat cū
cōtēplatiuis q̄ delectatur in eorum deuo
tione. Cenat cū penitētibus et de nouo cō
uersis: quia delectatur in eorum cōuersio
ne. ps. Myrrha et gutta et casia a vestimē-
tis tuis a domibus eburneis, ex quib⁹ de
lectauerunt te filie regum in honore tuo.
Per myrrham que amara est intelligitur
contritio. Per guttam que secundum glo-
sam expellit tumorem: intelligitur humili
tas. Per casiam que secundum glo. nutri-
tur in aquis, intelligitur fides que dat̄ in

baptismo. Filie igitur regum idest anime sanctorum que se bene regunt: que sũt domus eburnee .i. pure et caste: et quarũ vestimenta .i. opera aromatibus virtutũ sũt plena: christũ multũ delectãt. Delectatur enim in contritione penitentiũ, in humilitate cõtẽplatiuorũ, ꝛ in fide formata actiuorũ. Sicut ei cõtritio necessaria est de nouo ꝯuersis: ꝛ fides formata necessaria est actiuis: sic hũilitas necessaria est cõtẽplatiuis. Nemo ei põt ascendere ad deũ nisi habeat humilitatis gradũ. Aug. Tutã securãq; viã sibi molit̃ hũilitas leuans cor ad deũ nõ cõtra deũ. ¶ Tertia cena est infernalis: de qua dr̃ Apo. xix. Uenite cõgregamini ad cenã magnã dei: vt mãducetis carnes regum. ꝛc. In ista cena dabitur duplex panis. Unus durissimus qui nũq; poterit digeri, scilꝫ mors eterna. ps. Mors depascet eos. Prouer. xx. Suauis est homi panis mẽdacij. Et post' sequitur. Implebit̃ os eius calculo. Sicut em̃ calcul⁹ non põt masticari nec digeri: sic mors eos depascet: et tñ nunq; poterit finiri. Al'us panis erit amarissimus: scilicet conscientia amara. Job. xx. Panis eorum, vertetur in fel aspidũ intrinsecus. Grego. Nicenus. Mala cõscientia sequit̃ se: imo nõ recedit a se. Uix potest foris aliquod eẽ remediũ qñ int⁹ est vulnus inclusum. Scdo in cena ista dabitur duplex vinũ .s. rubeũ qd̾ ẽ fel draconũ: ꝛ albũ qd̾ est venenũ aspidũ, serpẽtum. Deut. xxxij. Fel draconũ vinũ eorũ: ꝛ venenum aspidum insana. Tertio in ista cena apponẽtur carnes lixe ꝛ asse. Sicut em̃ dr̃ Apo. xvi. Cõmanducauerũt linguas suas pre dolore. Dãnati q̃dẽ transibũt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ: vt dicitur Job. xxiiij. Qñ igit̃ erũt i ãqs niuiũ: tunc pre nimio dolore manducabunt linguas suas congelatas: et sic quodammodo comedent carnes lixas. Quãdo vero erũt in igne tũc pre nimio dolore mãducabunt linguas suas adustas: ꝛ sic quodam mõ comedent carnes assas. Quãtũcunq; aũt ꝛ quotienscũq; lingua comedatur, subito reintegrabitur vt iteruꝫ comedatur. Et quoniã i magnis cõuiuijs cõsueuerũt sonare diuersa musicorũ genera: ideo i illa cena resonabunt tria genera musicoꝝ. Primum est stridor dẽtium. Mat. viij. Ibi erit fletus et stridor dentium. Secũdũ est vlulat⁹ demonũ. Esa. xvi. Ululabit moab ad moab vniuersus vlulabit. Moab interpretat̃ ex patre: ꝛ sigt̃ illũ d̾ quo dicit̃ Jo. viij. Ex p̃re diabolo estis. Moab igit̃ vlulabit: q̃a demones maiores vlulabũt ad moab. Similiter vniuersus vlulabit: q̃a ceteri demones eis respõdebũt ꝛ ad eos similiter vlulabũt. Tertiũ est plãctus cõiter oĩm. Zach. xij. Plãget terra .s. īfernalꝫ familie: ꝛ familie seorsum. Nã seorsũ plãget familia sugboꝝ, seorsũ familia luxuriosorũ, seorsũ familia auarorũ. ¶ Quarta cena est celestis: de q̃ dr̃ Apoc. xix. Beati q̃ ad cenã nuptiarũ agni vocati sũt. Circa istã aũt cenã duo sunt vidẽda. Primo q̃s eã preparauit. Scdo ꝙ pter q̃d eã p̃parauit. Circa primũ notandũ ꝙ cenã istam p̃parauit tota trinitas ita ꝙ pater sua fercula ibi posuit: ꝛ fili⁹ sua: ꝛ spũsſctũs sua. Pater enim posuit ibi tria fercula. Primo sue faciei claram visioneꝫ .s. Johãnis. iij. Scimus quoniam cuꝫ apparuerit similes ei erimus: qr̃ videbimus eũ sicuti ẽ. Scdo oĩm bonorum plenam possessionem. Tũc eniꝫ erit deus oĩa in oĩb⁹: vt dicit̃ .j. Cor. xv. Sap. vij. Uenerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Tertio omniũ volũtatũ ꝛ desideriorũ plenã cõpletionẽ et quietationẽ. Joh. xiiij. Dñe ostende nobis patrẽ ꝛ sufficit nobis. Propter ista tria dr̃ .j. Cor. ij. ꝙ ocul⁹ nõ vidit, nec auris audiuit. ꝛc. Oculus em̃ non sufficit videre tantẽ visionis claritatem. Nec auris audire tantũ bonorum omnium vbertateꝫ. Nec cor cogitare tantam voluntatũ impletionẽ ꝛ tranquillitatẽ. Filius aũt in illa cena ponit tria fercula. Primo panẽ vite. de quo dicit̃ Joh. vi. Ego sum panis vite. Secundo satietatẽ in sua humanitate. Unde dicit̃ Joh. vi. Qui veniet ad me non esuriet. Tertio satietateꝫ in sua deitate. Joh. x. Ingredie̾t̃: sꝫ ad cõsiderandũ diuinitatẽ. ꝛ egredie̾t̃ ad cõsiderãdũ hũanitatẽ: ꝛ pascua inueniet. Spũsſctũs in illa cena tria fercula ponit. Primo ignẽ quo fercula decoquent̃. Esa. xxxi. Dixit dñs cuius ignis in sion et caminus in hierusalem. Secũdo vinũ quo sancti inebriabunt̃. ps. Inebriabunt̃ ab vbertate domus tue. Tertio fructus quib⁹ delectabunt̃. Gal. v. Fruct⁹ aũt spũs chari

tas gaudiũ pax.ec. Quãuis aũt tã deli-
ciosa cibaria i ista cena dent: aliqui tñ ve
nire cõtẽpserũt: et eo q interne dulcedinis
experiẽtiã nõ habuerũt. Greg. in homel.
Corporales delicie cũ nõ habent graue i
se desideriũ accẽdũt. Cũ aũt habite edũ
tur comedentem protinus in fastidiuz per
satietatem vertunt. At ecõtra spirituales
delicie cuz non habentur in fastidio sunt,
Cũ vero edũtur in desiderio sunt. Augẽt
el spũales delicie desideriũ dũ mentẽ sati
ant: quia quanto magis sapor earũ perci
pit eo amplius cognoscitur: eo q auidius
amet: et propterea non habite amari non
pñt quia earum sapor ignorat. Quis eni
amare valeat quod ignorat? ¶ Circa se-
cũdũ scz ppter quid deus istã cenã prepa
rauit et tam multos vocauit. Sciendũ q
ppter hoc fecit: vt scz celestis ciuitas suis
ciuibus impleretur: vnde dixit. Compelle
intrare: vt impleat dom⁹ mea. Glos. Nu-
mero predestinatorum fideliũ: qui nume
rus inexpletus non remanebit. Ante ascẽ
sionem quidẽ christi in celũ domus dei q̃
tum ad homines omnino erat vacua: q̃a
nullus ad huc ibi fuerat. Nunc autẽ est se
miplena. Tuz q̃ numer⁹ sanctorũ adhuc
non est impletus. Tum quia anime sancto
rum adhuc nõ habent suam beatitudinẽ
completam: et eo q earũ corpora adhuc
non sunt glorificata. Post iudicium autem
totaliter domus dei erit plena: quia et
numerus electorum erit impletus: et quili
bet sanctus i corpore et in anima erit glo
rificatus. Unde dicit de christo Prouerb.
vij. In die plene lune reuersurus est in do
mum suã. Sicut enim luna aliqñ est vacua
aliquando plena, aliquando semiplena.
Sic domus dei ante christi ascensionẽ de
animabus sanctorũ omnino erat vacua:
post ascensionem vero fuit semiplena: sed
qñ post iudicium christus in domum suaz
celestẽ reuertetur tũc totaliter erit plena.

¶ Dñica.iij. post trinitatẽ. Sermo .j.

Erant appro-
pinquantes ad iesum publi
cani et petõres vt audirent
illum: et murmurabant in-
dei et scribe, dicentes: q̃ hic
petõres recipit et manducat cũ illis Luc.
xv. Sicut dt Aug. sup Joh. Quidã sunt in-
firmi sed sanabiles: quidã infirmi sz insa
nabiles: quidam aũt pfecte sani. Ista tri-
plex differentia tãgitur in hoc euangelio.
Nã ifirmi sanabiles erãt publicani et pec
catores. Infirmi insanabiles erãt scribe et
pharisei. Perfecte aũt sani, sunt iusti q̃ nõ
indigẽt penitentia. In medio aũt horum
erat medicus constitutus. ¶ Primo igitur
ponunt infirmi sanabiles: scz publicani et
peccatores. de q̃b⁹ duo dicũtur: scz q ad
xpm appropinquabãt: et q ei⁹ verba au-
dire affectabãt. In hoc aũt qd dr appro-
pinquabãt, ostẽdit q prius lõge erãt. Ps.
Lõge a petõrib⁹ sal⁹ Appropinquãti aũt
deo p penitẽtiã: de⁹ appropinquat p gra
tiam. Jaco. iiij. Appropinquate deo: et ap
propinquabit vobis. Ista aũt elõgatio et
appropinquatio non fit loco, sz similitudi
ne vl' dissimilitudine. Aug. sup psal. Deo
q̃ vbiq3 est neq3 p loca appropinquam⁹:
neq3 ab illo per loca remouemur. Appro
pinquare illi, est silẽ illi fieri: recedere ab
illo, dissimile fieri. Et subdit August. Nõs
ne eñ video duo res ppe sibi similes, de-
cis appropinquat hec illi? Quã aũt dissimi
les, quis vna manu teneãtur, dici, lõge
est hec ab illa? Si ergo vis appropinqua
re, similis ei esto: si nõ vis esse silis, elõga
beris. hec Aug. Boni igit' et sunt christo p
pinq̃: et a xpo lõginqui. Propinqui q̃tum
ad similitudinem vite. Ipse eñ est miseri-
cors: et ipsi misericordes. Luce. vi. Estote
misericordes sicut et pr̃ vester misericors
est. Ipse pfect⁹ est: et ipsi pfecti. Matthei.
v. Estote pfecti sicut et pater vester pfectus
est. Ipse sanct⁹ est: et ipsi sancti. Leuit. xix.
Sãcti estote: q̃ ego sanctus sum. Sũt aũt
lõge a deo tñ vno modo: scz q̃tum ad sta
tum miserie, fm quem ei dissimiles sunt.
Christus eñ est in statu felicitatis: et ipsi
in statu penalitatis. Olim quidẽ xps simi
lis eis fuit: qñ in corpore habuit mortali-
tatem: in aĩa passibilitatem: in vtroq3 mul
tiplicem miseriam et penalitatez. Sz post
resurrectionem corpus ei⁹ induit immor-
talitatem: aĩa impassibilitatem: et vtrunq3
omnimodam felicitatem. Et ideo sancti viri
modo sibi dissimiles sunt: cum sint morta
les, passibiles, et multas penalitates ha-
bẽtes. Petõres aũt a deo lõge sunt et dissi

miles duplici modo. Primo quantum ad statum miserie: quia sunt mortales et corruptibiles sicut boni. Secundo quantum ad dissimilitudinem vie. Unde dicit Esaie.lv. Sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Uie quibus xps ad nos venit, fuerunt humilitas et pietas. Cogitationes autem eius, fuerunt pure imo ipsa puritas. Superbus igitur non assimilatur ei in sua humilitate: nec auarus in sua pietate: nec luxuriosus in sua puritate. Dãnati autem sunt lõge a deo tripliciter. Primo quantum ad statum miserie. Licet enim habeant corpus immortale, adeo tamen erit passibile et tot miserijs subiectum quod subsistere vix valebit. Ps. In miserijs nõ subsistent. Secundo quantum ad dissimilitudinem vite: quantum ad hoc non tantum erũt dissimiles deo, sed etiã sctis. Ualde enim dissimile est esse in satietate et in esurie: in vlulatu et in cãtu: in gaudio et in dolore. Ista notãtur Esa.lxv. Ecce serui mei comedẽt, et vos esurietis. Tertio quia erunt extra ambitum diuine mie: et ideo dicũtur proijci in tenebras exteriores: vt habetur Math.viij. Peccata enim sũt tenebre: sed put sunt in presenti sunt tenebre interiores, quia adhuc sunt intra ambitũ diuine mie. Prout autem sunt in inferno sunt tenebre exteriores: quia extra ambitum diuine mie cõputãtur. ¶ Secundo publicani et pctõres christi vba diuina affectabãt. Peccatores sunt fedi, tenebrosi, et frigidi. Uerba autem dei (secundum Amb. sup Beati immaculati) habẽt mũdare, illuminare, et accendere. Utile igitur est pctõribus ad vba dei accedere: quia si sũt fedi, mũdãtur. Joh.xv. Jam vos mũdi estis ppter sermonẽ quem locutus sum vobis. Si sunt tenebrosi, illuminãtur. Ps. Lucerna pedibus meis vbum tuũ: et lumen semitis meis. Si sunt frigidi inflãmãtur. Ps. Ignitum eloquium tuum vehemẽter. Origenes super Josue. Scriptũ est qui appropinquãt mihi, approximãt igni: si autem aurũ vel argẽtũ fueris, multo rutilãtior per ignẽ effulgebis: si autem fueris fenũ vel stipula, cõsumeris. ¶ Secundo ponũtur infirmi insanabiles: scilicet scribe et pharisei: qui secundum glo. dupliciter errabãt: quia et se iustos putabant, cũ essent superbi: et illos reos, cum essent penitẽtes. Primus error

eorum erat: quia se iustos putabãt cũ essent superbi: et ideo nullã cõpassione ad pctõres mouebãtur: sed cõtra eos potius indignabãtur. In pctõre enim penitẽte tria cõsiderantur: scilicet vera penitẽtia: culpa pterita: et iustificatio assecuta. Secundum autem Greg. nature debemus cõpassionem siue dilectionem: culpe districtionẽ.i. districtã correctionem. Unde ait. Oportet vt sollicite discernamus: quia districtionem debemus vitijs: cõpassionem nature. Sicut enim ferendus est peccator, nutriẽdus est proximus. Aug. Sic diligẽdi sunt hoies, vt eorum nõ diligantur errores. Justificationi autem assecute, debemus cõgratulationem: iuxta illud Luce.xv. Epulari autem et gaudẽre oportebat: quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit etc. Isti autem nec de natura curabãt vt diligerẽt vel cõpaterẽtur: nec de iustificatione assecuta vt cõgratularẽtur: sed tantum de culpa preterita vt indignarẽtur. Greg. in homel. Uera iustitia cõpassionẽ habet: falsa dedignationẽ: quamuis et iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbie: aliud quod zelo discipline. Secundus error istorum erat: quia illos pctõres reputabãt, cum essent penitẽtes. Et ideo cõtra christum de duobus murmurabãt. Primo de eo quod eos recipiebat: secundo de eo quod cum eis comedebat. Ex eo enim quod eos recipiebat, credebãt ipm coinquinari. Sicut et phariseus ex accessu peccatricis Magdalene xpm inquinari credebat. Petrus Rauen. Erras pharisee. Lutũ tangit sol: sed lutum non inficit solem. Medicus tãgit vulnera: sed ipm putredo nõ corrũpit. Reus tangit iustum iudicem: sed ipsum maculare non potest. Et vocat hic xpm solem, medicum et iudicem: peccatorem autem vocat lutum, vulneratum et reum. Christus igitur qui est verus sol lutũ tãgebat cũ pctõres recipiebat: sed tamen ipm lutũ solem non inficiebat: sed potius sol lutũ in aurũ mutabat cũ peccatores iustificabat. Christus autem qui est verus medicus vulnera pctõrum curabat et fetorẽ non sentiebat: sed fetorem fugabat cũ culpam remittebat. Christus etiã qui est iustus iudex eos admittebat et ipsos per iustam sentẽtiã absoluebat, dicẽs. Gaudiũ est corã angelis dei sup vno pctõre penitẽtiã agẽte. Secũdo cõtra xpm murmura-

bant q2 cũ pctõib⁹ comedebat. Hoc autẽ xps ex magna dispensatione faciebat. Inter iudeos em̃ aliqui erant supstitiosi: q̃ diligebãt l aliijs magnã vite austeritatẽ. Alij erãt terrenis assucti: qui magis diligebãt quãdam vite cõmunitatem. Alij erant curiosi: q̃ requirebãt miraculoꝝ potestatem. Fecit igitur xps (sm Joh. chrysos.) sicut faciũt venatores: q̃ per duas vias ↄtrarias aliqđ animal insequũtur: vt in alterã incidat. Misit em̃ Johannem baptistam cũ vita austera: vt sic conuerteret supstitiosos. Uenit ipse cũ cõmuni vita manducãs ⁊ bibens cũ pctõib⁹: vt sic conuerteret terrenis assuetos. Uenit cũ miraculoꝝ potẽtia: vt sic conuerteret duros ⁊ curiosos. Sed cõqueritur dicẽs. Matth. xi. Uenit Johãnes non mãducãs nec bibẽs, ⁊ dicũt, demonium habet ⁊c. ¶ Tertio erãt quidam perfecte sani: scȝ iusti, qui non indigebant penitẽ iã. Greg. Sũt plerıq̈ iusti in quoꝝ vita tm̃ est studium vt eis quelibet peccatoꝝ penitentia proponi nullatenus possit. Hinc ergo colligẽdum est q̃tum deo gaudium faciat quãdo humiliter plãgit iust⁹ si sic facit in celo gaudium quãdo in se qđ male gesserat per penitẽtiam dãnat iniustus. Tales igitur penitẽtia indigẽt ⁊ nõ indigẽt. Est enim penitentia purgãs, sicut fuit penitentia Magdalene. Est penitẽtia ornãs, sicut fuit penitẽtia Johãnis baptiste. Bern. Confessio peccatoꝝ purgat: ⁊ iustoꝝ ornat. Est penitẽtia cõseruãs, que iustum conseruat a casu: iuxta illđ. j. Cor. ix. Castigo corpus meũ: ⁊ in seruitutem redigo ⁊c. Perfecti igit̃ viri etsi non indigent penitẽtia purgãte: indigẽt tñ penitẽtia ornãte ⁊ conseruante. ¶ Quarto in istoꝝ medio erat iudex ⁊ medicus cõstitutus: q̃ infirmos sanabiles. i. peccatores penitentes recipiẽdos esse ostẽdit. Et super hoc tres parabolas adduxit. Unam de oue pdita. Aliam de drachma amissa. Tertiã de filio prodigo reuertẽte que post istas duas ponitur immediate. Tria em̃ sunt que hoiẽ ad miserãdum inducere consueuerũt: scȝ simplicitas, propinquitas, ⁊ necessitas. Ista tria similiter deũ ad miserandum inducunt. Primo nr̃a simplicitas. Et ad hoc ptinet prima parabola de oue errãte. Homo em̃ est simplex: respectu hostis tã astuti. i. diaboli: ⁊ ideo cito decipit̃. Unde clamat psalmista. Erraui sicut ouis q̃ periit: requirẽ seruũ ⁊c. Scđo nostra ppinquitas quã nobiscũ cõtraxit. Heb. ij. Nusq̃ angelos apprẽhẽdit ⁊c. Et hoc ptinet secũda parabola de drachma amissa: i qua ẽ imago Cesaris vl̃ regis ⁊ superscriptio nois: Sic ⁊ homo est ad imaginem dei format⁹ ⁊ habet superscriptionem xp̄i: q2 a christo dicitur christian⁹: ⁊ ideo xps debet nostri misereri: iuxta illđ Ephe. v. Nemo carnem suam vnq̃ odio habuit ⁊c. Tertio nostra necessitas ⁊ paupertas. Et ad hoc pertinet tertia parabola de filio pdigo reuertẽte: qui dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abũdãt panibus: ego aũt hic fame pereo. Quã do em̃ homo cognoscit suã miseriam ⁊ infirmitatem: tũc deus sibi exhibet suã pietatem. Unde dicitur ibidem q̃ pater videns eum, misericordia mot⁹ est super eum: ⁊ cecidit super collum eius: ⁊ osculatus est eum.

¶ Sermo secundus.

Erãt appropinquantes ad iesum publicani ⁊ peccatores ⁊c. Libẽter debẽt omnes ad xp̄m appropinquare: quia omnia remedia in ipso poterunt inueniri. De quib⁹ sic dicit Amb. in lib. de virginibus. Omnis ola accedat ad christuȝ, q2 ola xps est nobis. Si vulnera curare desideras: medicus est si febrib⁹ estuas, fons est. Si grauaris iniqtate: iustitia est. Si auxilio indiges: virtus est. Si mortem time: via est Si celum desideras: via est. Si tenebras fugis: lux est. Si cibum queris alimentum est. ¶ Ex his verbis hẽtur q̃ debemus ad xp̄m accedere ⁊ appropinquare. Primo sicut vulnerati ad medicum ⁊ sanatorem: ideo dicit. Si vulnera curare desideras: medic⁹ est. Sũt aũt quedã peccata q̃ vulnerant corp⁹: sicut gula. Eccle. xxxvij. ca. In multis escis erit infirmitas. Quedam que vulnerãt aiam: sicut supbia qua primus angelus vulnerat⁹ fuit. Unde alij angeli qui cum eo ceciderũt, sibi insultãt dicẽtes Esa. xiiij. Et tu vulnerat⁹ sicut ⁊ nos: nostri similis fact⁹ es. Quedã que vulnerãt vtrũq̈: sicut luxuria que quidem vulnerat corp⁹ mala ↄcupiscẽtia. Job. xvi.

Cōuulnerauit lūbos ₇c. Et a laz amara cō
sciētia. Prouer.vij. Statim eam sez mulie
rem sequitur sicut bos ductus ad victimā
donec transfigat sagitta iecur ei⁹. Ista sa=
gitta est cōsciētia amara. Et qm̄ sunt que=
dam vulnera que sanantur per incisionem,
quedam per adustionem, quedaz per em=
plastri appositionem: ideo iste medic⁹ vul
nus gule sanandum docet per incisionem
qz inordinatus gule appetitus est penitus
resecādus. Unde dr̄ Prouer.xxiij. Quādo
sederis vt comedas cū principe, diligēter
atēde que posita sunt ante faciem tuam:
₇ statue cultū in gutture tuo. Ille in gut
ture suo cultrū statuit, qui inordinate gu
le appetitum abscindit. Uulnus superbie
per emplastri appositionez .i. per passiōis
xp̄i meditationem sanari debet. Aug. sup
illud. Phili.ij. Factus est obediēs vsqz ad
mortem. Ecce habes humilitatis exēpluz
superbie medicamentum. Quid igit̄ intu=
mescis: o homo pellis morticina quid tē=
deris: o sanies fetida quid inflaris? Prin
ceps tuus humilis, ₇ tu sup̄bus. Uulnus
luxurie per adustionem .i. per adustiuā car
nis mortificationem: sicut petebat ꝓpheta
dicēs. Ure renes meos ₇ cor meum. ¶ Se=
cūdo debem⁹ ad xp̄m accedere sicut estiuā
ti ad refrigerātez: ideo subdit. Si febris
estuas fons est. In presenti vita boni ₇ ma=
li estus multipliciter patiūtur. Nam boni
actiui ₇ cōiugati patiuntur estum tribula=
tionū .j. Cor.vij. Tribulationē carnis ha
bebūt hmōi. Intell. sez coniugati pro ne=
cessariis reb⁹. Contēplatiui patiūtur estū
tentationem: qz ob humilitatis custodiam
aliquādo a deo molestari permittuntur: si
cut patet in Apostolo vsqz ad tertium celū
rapto: vt habet̄ .ij. Cor.xij. Mali aūt ali=
quādo patiūtur estum auaritie: aliquādo
carnalis cōcupiscētie: aliquādo furētis su
pbie. Oēs aūt isti ad xp̄m fontē accedāt:
₇ ibi refrigerium inueniēt. Zacharie.xiij.
Erit fons patēs domui dauid: ₇ habitan=
tibus hierl̄m in ablutiōe peccatoris ₇ mē
struate. Per dauid q̄ interpretatur manu
fortis intelligūtur actiui. Per hierusalem
que interpretatur visio pacis, intelligunt̄
cōtēplatiui. Nole aūt peccatoris signant̄
auari ₇ supbi. Nole vero menstruate luxu
riosi. In isto igitur fonte actiui inueniūt re
frigerium patiētie: contēplatiui refrige=
rium deuotionis interne: ceteri peccato=
res refrigerium mie. Hiere.vj. Inuenietis
refrigerium aīab⁹ vr̄is. ¶ Tertio debem⁹
ad xp̄m accedere sicut grauati ad iustū re
leuatorē: ideo subdit. Si grauaris iniqui=
tate: iustitia est. Nū duo grauat nostrā ira
scibilē tria. Mūdo ad impatiētiam: diabol⁹
nostram rationem decipiēdo p fraudulē=
tiam. Caro nostrā cōcupiscibilem inflam=
mādo per malam concupiscentiam. Sz ta
les sic grauati ad xp̄m accedant: ₇ ipse de
talib⁹ iustitiaz faciet, sez de persecutorib⁹
mūdi qz ad nihilum eos deducet: de dia=
bolo, qz ei⁹ falacias deteget: ₇ de carne,
qz eam rationi subijciet. Joh.xij. Nūc iu=
dicium est mūdi. quo ad primū. Nūc prin
ceps hui⁹ mūdi eijcietur foras, quo ad se
cūdū. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra oīa
trahā ad meipm̄. quo ad tertiū. Tūc xp̄s
oīa que sunt in hoīe ad se trahit qn̄ corp⁹
et animā sibi subijcit: vt iam caro aīe non
resistat, sed vtrūqz deo seruiat iuxta illud
Psal. Cor meū ₇ caro mea exultauerunt
in deo viuo. ¶ Quarto debem⁹ ad xp̄z ac
cedere sicut fatigati ad auxiliatorez: ideo
subdit. Si auxilio indiges: virt⁹ est. Indi=
gemus enim auxilio xp̄i ₇ in vita et in morte
₇ post mortem. Et ideo ad xp̄m accedam⁹
vt nobis ferat auxilium in vita conseruan
do a casu peccati: i morte custodiēdo a la
queis diaboli: ₇ post mortem deducendo
ad gloriā celi. Ps. Tenuisti manū dexterā
meā: in vita sez a peccatis me cōseruādo:
Et in volūtate tua deduxisti me: in morte
sez a laqueis diaboli me custodiēdo. Et cū
gloria suscepisti me: post mortem sez in ce
lum me deducendo. ¶ Quinto debem⁹ ad
xp̄m accedere sicut mortui ad viuificato=
rem: ideo subdit. Si mortē times: vita est.
Est autem triplex mors: sez nature, culpe,
₇ gehenne. Qui igitur ad xp̄m accedit nō
debet timere mortē nature: quia corpora
suscitabit .j. Corin.xv. Per hominez mors
₇ per hoīem resurrectio mortuorū. Neqz
mortē culpe: qz omnem culpam delebit.
Esaie.xliij. Ego sum ipse qui deleo iniqui
tates tuas ꝓpter me: ₇ peccatoꝝ tuoꝝ vl=
tra non recordabor. Nec morte gehenne:
qz ipsam precipitabit. Eiusdē.xxv. Preci=
pitabit domin⁹ mortem in sempiternum

r auferet oēm lachrymam ab omni facie. ¶ Sexto debemus ad xpm accedere sicut peregrini r errabūdi ad ductorē: iō subdit. Si celū desideras: via est. Ipse eñ est via r ductor vie r termin⁹ vie: iuxta illud Joh. xiiij. Ego sum via veritas r vita. Ista via ē penitētia. De qua dr. Esaie. xxx. Hec est via, ambulate in ea: neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad sinistram declinabitis. A penitentia enim non debemus declinare: neqꝫ per aduersa neqꝫ per ꝓspera. Ista via est multum breuis: qr tm̄ cōtinet tres dietas. Primam dietā facit cōtritio: scdām cōfessio tertiam satisfactio. Ista est via trium dierū qua ab egypto. i. peccato receditur: vt deo gratū sacrificium offeratur: vt habet: Exo. v. Eodē modo via que ducit ad infernū ꝯtinet tres dietas. Primā facit malus cōsensus: scdām malū opus tertiā mala cōsuetudo. Ductor aūt in via penitentie est xps q̄ est veritas: r ideo aīa errare nō poterit in hac via. Licet eñ vna sit via que ducit ad infernū, alia que ad limbum, alia que ad purgatoriū, alia que ad celū: iste tñ ductor oēs vias nouit, r ideo aīas sanctorū per bonam viā deducit. ps. Deduxit eos per viā rectā vt irēt in ciuitatem habitationis. Terminus hui⁹ vie est vita beata: iuxta illō Matth. iij. Agite penitentiā: appropinquabit eñ regnū celoꝝ. Libēter igitur ꝑ hāc viā ire debem⁹: r ꝓpter vie breuitatem, r propter ductoris talis societatē: r propter termini tanta vtilitatē. ¶ Septimo debemus ad christum accedere sicut tenebrosi ad illuminatorē: ideo subdit, Si tenebras fugis, lux est. Iste aūt tenebre quas debem⁹ fugere sunt tenebre infernales. vbi sunt tenebre superiores que causantur ex absentia visiōis diuine: tenebre inferiores, qr ipsa infernalis regio ē tota de se tenebrosa: tenebre interiores, qr ipse aie r conscientie tenebrose erūt: r tenebre exteriores, qr ipsi demones tenebrosi sunt q̄ erūt dānatoꝝ socij. Sed illi qui ad xpm accedūt istas tenebras fugiēt: r lucē inueniēt. Habēbūt eñ lucem a superiori: scz visionē dei. Apoca. xxj. Claritas dei illuminabit eam: r lucerna ei⁹ est agnus. Ab inferiori: scz mansionē claram. Tobie. xiij. Lux splēdida fulgebit. Ab interiori: scz lucidā aīam. Esa. lviij. Implebit dñs splēdoribus aīaꝫ tuā. Et ab exteriori: scz societatem fulgidā r iocūdam. Sapie. iij. Fulgebūt iusti r tanqꝫ scintille in arūdineto discurrēt. ¶ Octauo debem⁹ ad xpm accedere sicut famelici ad cibatorē: ideo subdit. Si cibum queris, alimētum est. Notādū aūt qꝫ filij israel dum exirēt de egypto, triplicem habuerūt cibū, scz farinam egypti: qua deficiēte habuerūt māna deserti: quo deficiēte habuerūt fruct⁹ terre promissionis. Pctōres quidem pascunt farina egypti. r delectatiōe peccati: de qua fit panis diaboli: q̄ licet videatur modo esse dulcis: iuxta illud Eccli. xxiij. Homini fornicario oīs panis dulcis. in futuro tñ multum erit amarus. Job. xx. Panis in vtero illi⁹ vertetur in fel aspidū intrinsecus. Sed cum deficit ista farina peccati: tūc aīa reficitur māna. i. grā dei. ps. Panem celi dedit eis. Eccli. xv. Cibauit eū pane vite r intellect⁹. Qñ vero labor deserti. i. presens vita finit tūc aīa reficitur fructu terre ꝓmissionis. i. dulcedine celesti satiatur. Qui quidē fructus causatur ex cōtemplatione deitatis: r ex visiōe humanitatis. ps. Cū dederit dīlectis suis somnū: ecce hereditas domini filij merces. Hoc refertur ad visionē diuinitatis: qr secundū Aug. visio est tota merces. Fructus vētris. hoc refertur ad visionem humanitatis: quia fuit benedictus fructus ventris virginis benedicte.

¶ Sermo tertius.

Gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente, rc. Magna r preciosa est penitētia peccatoris de qua angeli in celo faciunt tantum festum. Non eñ dicuntur gaudere de tam gloriosa dei visione: de qua dr j. Pet. j. In quē desiderāt angeli ꝓspicere. Nec de sua tam iocunda iubilatione: de qua dr in psal. Laudate eū oēs angeli eius, Nec de sua tam dulci epulatione: de qua dr Tob. xij. Ego cibo inuisibili r potu q̄ ab hoīb⁹ videri non potest, vtor. Sed dicuntur gaudere de nostra cōuersione: ideo dr. Gaudium erit coram angelis dei rc. In quibus verbis tria tāgūtur. Primum est angeloꝝ letitia: cum dr. Gaudiū erit in celis corā angelis dei.

Scdm est letitie materia: cum subdit. Super vno petōre. Tertiū est materie causa: cū subdit. penitētiam agēte. ¶ Circa primum notādum est ꝙ de nostra cōuersione non tm̄ angeli gaudent, sed etiā tota trinitas gaudet. Angeli em̄ gaudent triplici de causa. Primo: qr vidēt sue custodie tā gloriosum fructū. Cu. libet em̄ homini angelus ad custodiā delegat. Et dum est in vtero: ne ibi a diabolo suffocetur. Et dum est egressus ex vtero: ne forte a baptismi gratia impediatur. Et dū est in mundo: ne forte ad peccata plurima pertrahatur. Et dū exit de mūdo: ne forte a diaboli laq̄is teneatur. Sicut em̄ medicus gaudet quādo videt erga infirmū sue curationis fructū: sic angelus multū gaudet cū videt circa hominē sue custodie effectum. De contrario autē multū dolet: iuxta illud Esa. xiij. Angeli pacis amare flebūt. Scdo gaudēt quādo vidēt ex peccatorib⁹ conuersis suū adimpleri numerū. Siue em̄ tot ascendāt de hoīb⁹ quot angeli ceciderūt, siue quot steterūt: manifestum est ꝙ eorū ruina debet de hoīb⁹ reparari: ideo multum gaudent quādo pctōres ꝯuertūtur: vt de ipsis eorū numer⁹ reparetur. Ideo i xp̄i resurrectione per quā peccatores sunt iustificati, angelus totus festiuus apparuit ostendens suā letitiam in aspectu qui instar fulguris fuit coruscans: in habitu qui instar niuis fuit candidus: ⁊ in affatu que dulcis fuit ⁊ amenus quando dixit mulieribus. Mat. vlt. Jesum queritis crucifixum ⁊c. Tertio gaudent qn̄ vident in laudādo deū tale se habere consortiū. Olim quidē laudabat deū sola natura angelica: sed nunc addita est natura humana: ⁊ ideo modo veraciter dici pōt illō Job. xxxviij. Cū me laudarent astra matutina. hoc spectat ad laudē āgelorū. Et iubilarēt oēs filij dei. hoc spectat ad laudē hominū. ¶ Scdo de conuersione peccatoris gaudet ⁊ festum facit tota trinitas. s. pater ⁊ filius ⁊ spiritussanct⁹. Et primo pater. Multum quidem gaudet rex terrenus qn̄ filius sibi concipitur: sicut letatus est Abraham de conceptu. Sare. Multū gaudet qn̄ nascit: sicut gauisi sunt Zacharias ⁊ Elizabeth in ortu p̄cursoris. Multū gaudet qn̄ filius ablactatur. Unde Abraham fecit magnum cōuiuiū in ablactat one isaac filij sui. vt habet Gene. xxj. Multū gaudet qn̄ filius grandis effectus ad mensam suā recipitur. Pater igit celestis de filio spūaliter concepto, nato, ablactato, ⁊ ad mēsam recepto multū gaudet. Conceptio autē attendit in contritione ⁊ siue in boni propositi conceptione. Esaie. xxvj. Facie tua domine concepimus ⁊ parturiuimus spiritū salutis. Natiuitas attēditur in confessione vel bonorū operum ostensione. Sed de multis potest dici illud Esa. xxxvij. Uenerunt filij vsq̄ ad partū: et virtus pariendi non est. Ablactatio attēdit in vite perfectione qn̄. s. hō intantū p̄ficit ꝙ iam non indiget lacte paruulorū sed cibo solido perfectorū. Hebr. v. perfectorū est solidus cibus. Ad mensam receptio attēditur in celesti refectione. iuxta illud Luce. xxij. Edatis et bibatis super mensam meā in regno meo. ps. Filij tui sicut nouelle oliuarū, in circuitu mense tue. Scdo de conuersione peccatoris gaudet filius. Et hoc triplici de causa. Primo quia ex hoc videt effectū sue passionis: quod notatur in prima parabola de oue pdita ⁊ inuēta. Greg. Una ouis perijt qn̄ hō peccando vite pascua dereliquit. In hūero aūt posuit qr peccata nr̄a in corpe suo ipse portauit. De hoc sic dicit Augusti. in lib. contra q̄nq̄ hereses. Homo cū esses inimicus patri meo, reconciliaui te per me: cū inter montes et siluas errares quesiui te: humeris meis portaui te: patri meo reddidi te. Laboraui, sudaui: caput meū spinis opposui. Manus meas clauis obieci: lancea latus meū aperuit. Tot opprobijs iniurijs aspe ritatib⁹ lacerat⁹ sum. Sanguinē meū fudi. animā meā posui: vt ꝯiūgerē te mihi, ⁊ tu diuideris a me. Tātū aūt desideriū de oue inueniēda habuit ꝙ dsertū. i. celū dereliqt. qd̄ dr̄ desertū. i. derelictū. Tū qr fuit derelictū ab angelo in quo fuerat creatus. Tū qr fuit derelictū ab hoīe q̄ ipsū fuerat habitatur⁹. Tū qr ad instar deserti in eo sunt dulces cātus auiū. i. angelorū. Ibi sunt rose martyrū, viole confessorū, ⁊ lilia virginum. Secūdo gaudet filius: qr in peccatore ꝯuerso videt reformationē sue imaginis quod notat in secūda parabola de drachma perdita ⁊ inuēta. In qua imago regis refulget. Decē ei drachme sūt. ix. ordīes

angelorũ ⁊ decimi⁹ hoim: qui ad dei imaginẽ sunt creati. Sz decima drachma perdita fuit qñ hō peccauit: sz christus ipsam quesiuit et suam imaginẽ reparauit. Tertio gaudet ex eo ꝙ videt resurrectionẽ sui fratris, qđ notatur in tertia parabola de prodigo de quo dicit. Epulari et gaudere oportebat qꝛ frater tu⁹ perierat ⁊ reuixit. Tertio de conuersiõe peccatoris gaudet spiritussanctus triplici de causa. Primo quia recuperat tẽplum suum quod debet inhabitare iuxta illđ .j. Cor.iij. Nescitis quia templũ dei estis ⁊ spirit⁹ dei habitat in vobis: habitare aũt nõ posset nisi spiritus malign⁹ recederet. ij. Corint.vj. Que aũt cõuẽtio xp̃i ad belial? Quis aũtẽ consens⁹ tẽplo dei cũ idolis? Scđo gaudet: qꝛ recuperat mẽbrum suũ qđ dꝫ viuificare. j. Corint.vj. An nescitis, qm̃ mẽbra vr̃a templum sunt spũssancti? ⁊c. Uidem⁹ enim ꝙ mẽbrũ precisum vel putridũ vel paraliticum non viuificat a spũ hũano. Eodẽ modo nec peccator a spiritu diuino tunc quia diuisus est ab eo. Esa.lix. Iniquitates vr̃e diuiserunt inter vos ⁊ deũ. tũ qꝛ putrefactus est in peccato. Johel.j. Cõputruerũt iumẽta in stercore suo: tũ quia paralytic⁹ est ex motu inordinato. Nõ eñ habet sensum amoris dei: đ q̃ dr̃ Sapiẽ.j. Sẽtite de dño in bonitate. Nec hꝫ motũ ordinatum operis boni: sed inordinatũ operis mali. Ps. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius. Tertio gaudet qꝛ recuperat vas suũ ꝙ debet implere. Opꝫ aũt ꝙ istđ vas sit vacuũ ab amore mũdi si debet ĩpleri amore dei. Augu.sup.Joh. Uas es: si plenus es funde quod habes vt recipias qđ nõ habes. funde amorẽ seculi vt ĩplearis amore dei. Hoc significatũ est.iiij.Reg.iiij. in Heliseo qui vasa vacua impleuit. De isto festo et gaudio quod facit de⁹: dicit Orige. super illud Nume.xxviij. Oblationem meam et panes ⁊ incensum odoris suauissimi offerre ꝑ tẽpora sua. Litera aũt Orige. habet in diebus festis vestris: habet inquit sua festa deus. Est enim magna festiuitas salus humana, puta per singulos fideles qui conuertuntur ad deum ⁊ in fide proficiunt. Festiuitas oritur quando letificat eum impudicus si sit castus: ⁊ iniust⁹ quãdo iustitiã querit. ¶ Scđo ponit hui⁹ leticie materia: cũ dr̃. Sup vno pctõre. Et subaddit: ꝙ super nonagintanouẽ iustis. Qđ qđẽ intelligi põt aut de tepidis iustis aut de feruentibus. Et primo mõ sic verũ est qđ hic dr̃. Et sup hoc ponit Gre. duo exẽpla dicẽs. Maius de peccatore cõuerso ꝙ de stante iusto gaudiũ fit in celo: qꝛ ⁊ dux in prelio plus illũ militẽ diligit q̃ post fugam reuersus hostem fortiter p̃mit ꝙ illũ qui nunꝙ terga vertit ⁊ nunꝙ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã terram magis amat q̃ post spinas vberis fruges profert ꝙ eã que nunꝙ spinas habuit: ⁊ nunꝙ fertilem messem produxit. De hoc etiam sic dicit Augustinus in libro contra faustum. Agricole pl⁹ placẽt agri q̃ spinis magnis eradicatis centesimum proferunt ꝙ qui nullas spinas vnꝙ habuerũt ⁊ vix ad tricesimum peruenerunt. Si autem intelligitur de iustis feruentibus tunc distinguendum est inter affectum ⁊ effectum. Nam secundum Ber. meliori maior est tribuendus effectus: magis autẽ indigenti maior est tribuendus affectus. Uidemus enim ꝙ si aliqua mater habeat decẽ filios si vn⁹ infirmat ⁊ postea sanatur: mai⁹ gaudiũ ostẽdit de sctitate isti⁹ recuperata ꝙ de sanitate in aliis conseruata. Super hoc etiã Augusti in lib. confes. tria exempla ponit dicens. Triũphat imperator ⁊ vincit: sed nisi pugnasset non vicisset. Et quãto maius periculũ fuerat in prelio: tanto maius est gaudium in triumpho. Iactat tempestas nauigantes minaturꝙ naufragium, omnes futura morte pallescũt. Tranquillat celum ⁊ mare, ⁊ exultant nimis qui timuerũt nimis. Charus aliqs infirmatur: omnes aio egrotãt cum eo: postꝙ vero recte cõualuerit fit et omnibus tale gaudium quale ante non fuerat. ¶ Tertio ponit leticie ⁊ materie causa cum dicitur. Penitentiam agen. ⁊c. Non dixit penitentiam cogitante que est penitentia procrastinatorum Prouerbiorꝫ.iij. Nec dicas amico id est christo: vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi, cum possis dare. Nec dixit penitentiam docente: que est penitentia verbosorum predicatorum. Matthei.xxiij. Dicunt eñ et non faciunt. ⁊c. Nec dicit penitentiam ostendente: que est penitentia hypocritarum ⁊ simulatorum. Matthei.vij. veniunt

ad vos

ad vos in vestimentis ouium 7c. Sed dixit penitentiam agente: que est penitentia deuotorum. de quib⁹ dicitur Luce. iij. Facite dignos fructus penitentie.

¶ Dñica. iiij. post trinit. Sermo. j.

gno:z nulli negat digno.In presenti autē sepe digni despiciuntur z indigni exaltantur. Est etiā fortior: quia ibi est vera eternitas. Esaie.xxxiii.(Oculi tui videbūt tabernaculum: quod nequaquam transferri poterit. In presenti autem est labilitas.i.Io.ii. Mundus transit z concupiscentia eius. Est etiā calidior: q2 ibi est imēsa charitas. vñ sancti vocantur carbones ardentes: et lampades fulgētes. Ezech.i. Similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardētium: z quasi aspect⁹ lampadarum. In presenti autē quo ad bonos est imperfecta charitas, quoad malos est frigiditas, q̄ ad pigros est tepiditas. Apocal.iii. Utinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es.zc. ¶ Secūda causa quare pisces nō capiunt potest esse ex parte pisciū: z hoc quadrupliciter. Prima causa est quādo.s.nimis sunt astuti: z cauent sibi a retib⁹ z hamo Multi em̄ ex quadam astutia diabolica vitant intrare predicationis retia: timentes ne sua ibidem tangantur vitia. Nam superbus non vult audire verba humilitatis, nec luxuriosus verba castitatis, nec auarus verba liberalitatis. Sed sicut dr Iob.v. Apprehēdet sapiētes in astutia eo℞. Quāuis em̄ modo nō pmittā se capi: tamen in morte capiētur a deo z diabolo, z a peccato. Deus enim eos capiet z diabolo tradet diabol⁹ ipsos carceri infernali includet: peccatum aūt ipsos inclusos sic alligabit z inuoluet q̄ nunq̄ inde exiēt. Matth.v. Esto ꝯsentiēs aduersario tuo.i. diuino sermoni qui aduersatur tibi peccanti vel peccare volenti: ne forte tradat te iudici.i.christo, z si tibi cā quare tradaris: z iudex tradat te ministro.i. diabolo, z in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrātem.i. donec exoluas penā nō tm̄ pro pctis magnis: sz etiā minimis. z q2 hoc facere non poteris: ideo nūq̄ exibis. Scda causa est quādo sunt nimis magni: q2 tūc retia frāgūt. Sic z magni in seculo dei precepta ꝯfrēgūt. Unde dr de optimatibus Hiere.v. Hi simul magis confregerūt iugū, ruperūt vincula Tales em̄ ad penitētiam se capi non pmittūt. Unde xp̄s in hoc mūdo de olb⁹ sapiētibus non cepit nisi vnū.s.sz gamalielem legis doctorem. Nec de olb⁹ nobilib⁹ nisi vnū scz paulū: qui dr fuisse nobilis ciuis romanus. Nec de olbus diuitibus nisi vnū scz zacheum. Nec de olbus principib⁹ et potentib⁹ nisi tres: scz Nicodemum, Centurionem, z Regulū. De infimis aūt z simplicib⁹ z ignobilib⁹ z pauperib⁹ multos cepit.i.Co℞.i. Uidete vocationem vestrā fratres: q2 non multi potētes zc. Tertia causa est scz quādo sunt nimis lubrici. Sicut patet i anguillis: que postq̄ capte fuerint, de manib⁹ lubricāt: sic sunt multi lubrici qui lubricant de culpa in culpā. Threñ.iiii. Lubricauerunt vestigia nostra zc. Grego. Peccatum qđ per penitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Lubricat de culpa in penā. Iob.xxi. Ducūt in bonis dies suos. ecce culpa. In puncto ad inferna descēdūt. ecce pena. Lubricāt de pena in penam. Iob.xxiiii. Ad nimium calorem trāseunt ab aquis niuiū. Quarta causa ē quādo sunt nimis parui: q2 de reti prosiliunt. Isti sunt qui paruum cor habētes timent aggredi quodlibet arduū. Sed serui dei nō debēt timere bona agere ꝑpter aliqua aduersa que possunt cōtingere. Sicut ostēdit Chryso. sup Matt. p tria exēpla. Dicit em̄ q̄ sunt tria genera ꝑsona℞ q̄ ꝑpter aduersa nō timēt agere opera sua: scz miles, agricola, z negociator. Nō dñt igit timere serui dei ꝯ̄ vitia certare, cū sint milites xp̄i.ii. Timo.ii. Labora sicut bon⁹ miles iesu xp̄i. Nec dñt timere bona opa seminare, cū sint agricole dei: q2 sicut dr Eccli.xi. Qui obseruāt vētū nō seminat zc. Nec dñt timere talēta.i. grās sibi datas ad lucrādas alas exponere, cū sint negociatores regis. Luc.xix. Negociamini dū venio zc.

¶ Dñica.vi.post trinitatē. Sermo.i.

Nisi abūdauerit iustitia vr̄a plusq̄ scribarum z phariseo℞, nō intrabitis in regnū celo℞. Matt.v. Solēt magistri scholarū tres ordines habere scholarium. Quo℞ quidā sunt incipiētes: q̄ indigēt primis litera℞ elemētis. istos magister non docet per se, sed per alios minus eruditos. Alii sunt proficientes: q2 adhuc indigēt instructionibus leuibus z planis.

istos ille non docet per se, sed p alios magis doctos. Tertij sunt pfecti, q iam apti sunt sensib⁹ profundis. istos magister per seipm docet z instruit. Magister verus est xps. Unde dr. Matth. xxij. Un⁹ em est magister vester xps. Schola ei⁹ est tot⁹ mundus. Habuit em tres ordines scholariuz. Quoꝝ quidam fuerūt tēpore legis nature Isti oino erāt rudes z insipiētes: z per elemēta z creaturas mūdi instruebātur: legētes in ipsis dei potētiam ex sui magnitudine: dei sapiētiam ex ordine: dei bonitatem ex vtilitate. Roma. j. Inuisibilia dei a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta cōspiciūtur. Alij fuerūt magis pficiētes: qui scz fuerūt tempore legis scripte: quos deus docuit per magis eruditos: scilz per Moysen z pphetas. Alij fuerunt perfecti scz christiani. Istos xps docuit per seipm sublimiora mādata, ideo oportet q eoꝝ iustitia magis abūdet q iustitia ceterorum. Et ideo dixit. Nisi abūdauerit iustitia vestra zc. ¶ In hoc igitur euāgelio xps nos inuitat ad pfectam iustitiam. Deinde ostēdit que sit ista iustitia. Ultimo que sunt signa. ¶ Ad pfectam aūt iustitiaz nos inuitat, dicēs. Nisi abūdauerit iustitia vr̄a zc. Justitia ei scribaꝝ z phariseoꝝ erat simulatoria z mercenaria, tepida z seuera. Habebāt em iustitiā simulatam quo ad deū, quo ad proximū, z quo ad seipsos. Nam quo ad deū simulabāt se habere deuotas orationes. Matt. vj. Cū oratis non eritis sicut hypocrite: q amant in synagogis in angulis platearū stantes orare vt videātur zc. Quoad primum simulabāt se dare eleemosynas pper deū: cum tamen darēt eas propter fauorem humanum. Ibidem Cum facis eleemosynaz, noli tuba canere ante te zc. Quo ad se simulabāt se magna seruare ieiunia. Ibidem. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes zc. Justitia t͠ra aūt christianoꝝ debet ab ista abūdare: qr eoꝝ orationes debēt fieri cū cordis attētione. Unde ait ibidem. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū tuū. i. in secretū cordis tui: z clauso ostio. s. exteriori sensu: ora patrē tuum zc. Eleemosyne debēt fieri recta intētione. Ibidem. Te aūt faciēte eleemosynam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera. Jeiunium debet fieri cum cordis z vultus exhilaratione. Ibidem. Tu aūt cum ieiunas vnge caput tuū. ¶ Secundo eorum iustitia erat mercenaria: quia seruabant leges z mandata propter temporalia assequēda. Tria em seruātib⁹ pmittebant: scz Augmētatio subsātie tēporalis. Esa. j. si volueritis z audieritis me bona terre comedetis. Prolōgatio vite corporalis. Leuiti. xviij. Custodite leges meas atq iudicia: que faciēs homo viuet in eis. Et pax tēporis. Michee. iiij. Conuertent gladios suos i vomeres: z hastas suas in ligones iustitia em christianoꝝ magis abūdat: qr seruātib⁹ euāgelicam perfectionē pmittitur regnūceloꝝ. Matt. iij. Penitētiā agite. zc. Promittit vita eterna. Eiusdē. xix. Centuplum accipietis: z vitā eternam possidebitis. Promittitur pax temporis z eternitatis. Johan. xiiij. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Multi enim hodie sunt scribe z pharisei inter christianos q plus curant de temporali cōmodo q de celesti regno: plus de vita corporali q de vita eterna: pl⁹ de pace temporis q eternitatis. ¶ Tertio eorum iustitia erat tepida z remissa. Scribe em cōfidebāt in sua scientia: pharise aūt in sua vita. Et iō non curabant amplius acquirere sanctitatis merita. Justitia autē christianorum debet abundare: qr de sua scientia z transacta vita non debent cōsiderare: sed semp ad maiora proficere. Philip. iij. Que quidē retro sunt obliuiscens: ad ea vero que sunt priora extendens me. Sed multi sunt q non pficiūt, sed deficiūt. Hodie em aliquid faciūt: cras parum: post cras minus: postea nihil. Tales sunt lunatici. Ecclesiā st. ci. xxvij. Stultus vt luna mutatur. Luna modo est plena: modo semiplena: mō est semiuacua: modo tota vacua. Cum em tot sint partes satisfactionis: scz orationes, ieiunia, z eleemosine, Sunt quidam qui orationes multas faciunt, ieiunia custodiunt, eleemosynas tribuūt: isti sunt luna plena. Postea dimittunt orationes: z sic sunt luna semiplena. Postea dimittūt orationes z ieiunia: z sic sunt luna semiuacua. Tādē totū dimittūt: z sic sunt luna tota vacua. Prouerb. x. Egestatem operata est manus remissa: man⁹ aūt fortium diuitias parat. Manus remissa: operatur egestatē in mū

dorq3 priuantur in ecclesia oibus suffragijs. Egestatē in iudicio: q2 non poterūt habere modicā stillā olei cōpassionis: sicut patet in virginibus fatuis. Egestatē in inferno: q2 nō poterūt habere modicā guttam aque refrigerantis: vt pz in diuite epulone. Sz sancti viri q̄ fuerūt fortes cōtra mūdum carnē ⁊ diabolū, parauerūt in mundo diuitias grāꝝ: in iudicio diuitias meritorū: in celo diuitias premiorū. ¶ Quarto eorꝝ iustitia erat nimis seuera. Matt. v. Audistis q2 dictū est antiquis: oculū pro oculo: dentē pro dēte. Tūc eñ deus habebat duos officiales valde seueros: scz veritatē que culpas stricte discutiebat: ⁊ iustitiā que culpas seuere puniebat. Justitia autē euāgelica hz pietatē. Nā istis duobus officialibus deus dedit duos cōsiliarios: scilicet misericordiam veritati: ⁊ pacē iustitie. Si igit̄ veritas habet culpas inquirere: mia sibi cōsulit vt videat si fuerit ibi aliq̄ ignorātia, vel infirmitas humana, vel temptatio diabolica. Per ista eñ culpe alleuiari consueuerūt. Cū vero iustitia dz culpas punire: pax sibi cōsulit vt nō intēdat cōfusionē, sed tñ intēdat vt hoīem reconciliet deo, pacificet proximo, ⁊ tranquillet in corde suo. Hiere. xxix. Ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis. Et sic verificatur qđ dz in Psal. Misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi ⁊c. ¶ Scđo xp̄s ostēdit q̄ sit pfecta iustitia cū ait. Audistis q2 dictū est antiq̄s ⁊c. Justitia eñ scribarꝝ ⁊ phariseorꝝ erat diminuta q̄tū ad vtrūq3 partem iustitie: q̄ est declinare a malo: ⁊ facere bonū. Quātū eñ ad primā partē diminuta erat: q2 nō cohibebat animū ab odio: nec linguā a simplici mēdacio sed nec a periurio: nec manū a vindicta: vt pz Exod. xxi. in lege talionis. Justitia aūt euāgelica est perfecta: q2 cohibet animum ab ira: sicut patet hic. Et oculū a concupiscentia. Mathei. v. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam ⁊c. Et cor a cogitatiōe mala. Matth. ix. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Cohibet etiā linguas non tñ a verbo iniurioso, sicut patet hic: nec tñ a simplici mendacio. Math. v. Sit aūt sermo vester est est, non non. Sed etiā a verbo ocioso. Math. xij. De omni verbo ocioso qđ locuti fuerint hoīes reddēt rationem de eo in die iudicij. Cohibet etiam manum a vindicta: vt scz homo non vindicet iniuriam personalem. Math. v. Si quis te percusserit in dexteram maxillam ⁊c. Nec iniuriam realem. Unde sequitur. Et q̄ vult tecum in iudicio contendere ⁊c. Nec violētam extorsionem. Unde sequit̄. Et quicūq3 te angariauerit mille passus ⁊c. Erat etiā diminuta q̄tum ad secundam partē iustitie, q̄ est facere bonū: q2 nō tenebant̄ inimicos diligere, nec pro eis orare, nec eis bñfacere. Justitia aūt euāgelica oia ista p̄cipit. Matth. v. Diligite inimicos vestros: bñfacite his qui oderunt vos: ⁊ orate pro persequētibus ⁊ calumniantibus vos. ¶ Tertio xp̄s manifestat q̄ sint signa pfecte iustitie: cum ait. Uade prius recōciliari fratri tuo. Qualiter aūt ista reconciliatio sit faciēda, ostēdit Chryso. dicens. Si cogitatu offendisti: cogitatione reconcilia. Si verbis offendisti: v̄bis reconcilia. Si operibus offendisti: operibus reconcilia. Cogitatu igit̄ siue corde offendit qui aliquē odit: sed tunc eū reconciliat quādo odium deponit ⁊ ipsum diligit. Alioquin deus munera non reciperet, si quis odiū corde retineret. Nā sicut dicit Chryso. Nemo inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborꝝ. Ideo ⁊ deus nō vult esse amicus aliquorꝝ q̄ diu inter se fuerint inimici. Nos aūt (inquit) fidē deo nō seruamus si inimicos diligimus ⁊ amicos eius odimus. Si offendit verbo detrahendo: dz reconciliare famam restituendo: cum p̄ciosior sit fama q̄ tēporalis substātia vel corpus. Si tenetur satisfacere raptor, res restituēdo. Si psecutor: emēdam offerēdo. Multo fortius infamator famā restituēdo. Si offendit factis: dz recōciliare factis. Aliter enim fz Chryso. Nisi quē factis lesisti factis placaueris, sine causa oras deū: sine cā eleemosynā facis d̄ rebus quibus alios spoliasti. Quid eñ tibi prodest si vnus pro te orat: ⁊ alius aduersum te deū interpellat?

¶ Sermo secundus.

Si offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris q2 frater tuus hz aliqd aduersum te ⁊c. Cū in opere nostro tria attende-

re debeam⁹, scȝ honorē dei: edificationem proximi: ⁊ meritum nostrum. Deus tamē est tante bonitatis ꝙ plus respicit ad nostram vtilitatem ⁊ proximi edificationem ꝙ̃ ad suuȝ honorem. Sed qui illud offert cum odio proximi, non habet meritum: sȝ scandalizat proximum. Uult igitur deus vt homo suum intermittat honoreȝ: vt sic proximo reconsiliatus meritoriā offerat oblationem. Chryso. Uide misericordiā: dei: q̄ respicit plus hoim vtilitatē ꝙ̃ suum honorē. Pl⁹ eñ diligit cōcordiā fideliū, ꝙ̃ munera sua. Dicit ergo. Si offers munus tuum ⁊c. ¶ Notandum aūt ꝙ est quadruplex munu: scȝ munus a corde: mun⁹ ab ore: munus a manu: ⁊ munus ab obsequio. Munus a corde est munus amoris: qđ intantum est deo acceptum vt sine illo nullū aliud munus sibi placeat. Nihil eñ valet offerre deo verba nostra per gratiarum actionē: nec corpora nostra per mortificationem: nec res nostras per elecmosynaꝝ largitionem: nisi sibi offeram⁹ corda nostra ꝑ amorē. Istud patet Luc.xviij. in phariseo qui videbat offerre deo. Uerba sua gratias referēdo, dicēs. De⁹ gratias ago tibi. Corpus suū macerando, dicens. Ieiuno bis in sabbato. Res suas ministris dei largiendo, dicēs. Decimas do omniū q̄ possideo, sed nihil profuit: quia non offerebat deo cor suum, ipsum deum et proximum diligendo. Non eñ deum diligere poterat qui omnes proximos ꝯtēnebat, dicens. Non sum sicut ceteri hoim: raptores, iniusti, adulteri: velut etiā hic publicanus. Publicanus autem a longe stās percutiebat pectus suum ⁊c. Altare super quod debem⁹ offerre deo munus amoris est altitudo trinitatis: de quo dicitur Exodi.xx. Non ascendes ad altare meū ꝑ gradus ne reuelletur turpitudo tua. In trinitate eñ non sunt gradus inquirēdi: vt pater maior filio, vel filius minor patre, vel spiritus sanctus minor vtroꝙ credaṫ. Unde Arrius istos grad⁹ facere voluit: ideo sua turpitudo reuelata fuit: qꝛ ꝑ os plasphemiū omnia sua interiora emisit. Istud igitur mun⁹ amoris debemus offerre suꝑ altare sancte trinitatis: vt scȝ diligamus. Patrem qui per suā potentiam nos creauit. Filiū qui ꝑ suā misericordiā nos redemit. et Spiritū sanctuȝ qui per suā gratiā nos in filios adoptauit. Frater autem noster est quilibet christianus, quē si offendimus, reconsiliare debemus: als munus dilectionis deo offerre nō possum⁹. Quia sicut dicit̄.j. Ioh.iiij. Si quis dixerit qm̄ diligo deum, ⁊ fratrem suum odit: mēdax est. Dicuntur autem omnes christiani fratres: qꝛ oēs sunt ab vno patre creati: vno precio redēpti: vno fonte regenerati: ⁊ ad eandem hereditatem vocati. ¶ Scđm est munus ab ore: quod est mun⁹ orationis: quod est valde odoriferum. Ps. Dirigat̄ oratio mea sicut insensum ⁊c. Fumus incē si est leuis, calid⁹, ⁊ odoriferus. Tunc igitur oratio est sicut incensum quando est leuis calida, ⁊ odorifera. Tunc aūt ē leuis quādo habet secū humilitatem: que sic facit eam leuem ꝙ vsꝙ ad celum ipsam deducit. Eccli.xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Tunc est calida quādo habet secum feruentē charitatē. Eccli.ij. Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne. Thus quidē ardet in igne, qñ oratio funditur a feruenti corde. Tunc est etiam odorifera, quādo secum habet puritatē. Apoca.v. Habentes singuli citharas ⁊ phialas aureas plenas odoramētoꝝ que sunt oratiōes sanctoꝝ. Altare aūt suꝑ qđ oratiōes nr̄as deferim⁹, ē ipē xp̄s: quia ꝑ ipsum oēs oratones offerim⁹, dicentes. Per dn̄m nostrum iesum xp̄m filium tuuȝ. Sicut eñ a sole propter nimiā distantiam non possum⁹ habere lumen vel ignem nisi mediāte crystallo vel aliquo simili: sic nec a patre ꝑpter suā nimiam excellētiam aliquam gratiam possum⁹ ꝑcipere, nisi intercedēte mediatore. Dicitur aūt xp̄s altare terreum, eneum, ⁊ aureum. De primo dicitur Exo.xx. Altare de terra facietis mihi. De secūdo.iiij. Re.xvj. Altare eneum qđ erat corā dn̄o. De tertio Apo.viij. Data sunt ei incēsa multa: vt daret de orationib⁹ sanctoꝝ super altare aureū. In xp̄o quidē tres sunt substātie: scȝ Caro mortalitati subiecta, ⁊ q̄tū ad hoc fuit altare terreum. Aia innitissima: ⁊ q̄tum ad hoc fuit altare eneū: ⁊ Deitas preciosissima: ⁊ quātum ad hoc fuit altare aureuȝ. Frater noster similiter est ipse xp̄s, quem si per peccatum offendimus, per veram confessionem

nem reconsiliare debem⁹. Dicit autē xp̄s domin⁹ noster frater noster, ⁊ minister noster. Dn̄s autem dr per sublimitatē: frater per equalitatem: minister per inferioritatem. Christus igitur vocat se dn̄m nostruz: vt ostēdat q̄ sit maior nobis ratione nature diuine. Joh.xiij. Uos vocatis me magister ⁊ dn̄e: ⁊ bene dicitis: sum et enim. Uocat se fratrem nostrum: vt ostendat q̄ sit equalis nobis rōne nature hūane. Heb.ij. Non confunditur eos fratres vocare, dicens. Nūciabo fratribus meis nomē tuū. Uocat se ministrum nostrum: vt ostendat q̄ fuit minor nobis rōne humilitatis profunde. Luce.xxij. Ego aūt i medio vestrū sum sicut q̄ ministrat. ¶ Tertium est mun⁹ a manu: qd̄ cōsistit in largitione eleemosynarum. Unde dr de muliere forti Prouer. vlt. Manum suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas ostēdit ad pauperes. Frustra aūt mulier fortis manū pauperi aperiret ⁊ extenderet, si eam vacuaz haberet. Ideo datur intelligi q̄ homo misericors dz ad paupe res habere manum apertam, extensam, ⁊ plenam. Apertam: vt det cito ⁊ faciliter. Eccli.iiij. Cor inopis ne afflixeris: ⁊ ne ptrahas datum angustiāti. Extēsam: vt det cōmuniter. Sūt em̄ quidā qui videntur habere manuz ad se ⁊ ad suos ppinquos tm̄ reflexā: sz etiā debēt ad alios habere extensam. Luce.vj. Omni petenti te tribue. Plenā vero: vt det abundāter. Tobie.iiij. Si multum tibi fuerit: abundāter tribue. Altare em̄ est cor nostrū, super qd̄ eleemosyne nostre immolātur quādo eas facim⁹ cū cordis hilaritate.ij.Cor.ix. Hilarē em̄ datorem diligit de⁹. Cum cordis cōpassione. Job.xxx. cōpatiebatur aīa mea pauperi. Cuz cordis recta intentione. Math.vj. Nesciat sinistra tua qd̄ faciat dextera tua. De isto altari cordis nostri dicitur Exodi xxxvij.capit. Fecit altare thymiamatis de lignis sethim. Lignum sethim est leue, incremabile, ⁊ imputribile: q2 cor nostrum nō debet aliquo peccati pondere p̄grauari: nec aliquo igne tribulationis consumi: nec aliq̄ fetore peccati corrumpi. Fratres nostri angeli sunt, quos offendim⁹ quādo eoꝝ inspirationib⁹ nō obedim⁹. Tūc autē eos recōciliam⁹ quādo eoꝝ inspiratiōes recipim⁹: et tūc ipsi nostras eleemosynas deferūt ante deum. Dicuntur aūt fratres nostri: q2 eūdē habem⁹ patrem: ⁊ ad eandem facti sum⁹ imaginē: ⁊ ad eandem vocati hereditatem. ¶ Quartum est munus ab obsequio: qn̄ scz totū corpus nostrum ⁊ totam vitā nostrā in dei obsequio mācipamus iuxta illud Luce.j. Seruiam⁹ dn̄o in sanctitate ⁊ iustitia corā ip̄o oib⁹ dieb⁹ nostris. Debemus em̄ seruire deo cū mundicia cordis: cū iustitia boni operis: cū rectitudine intētionis: ⁊ cū longanimitate finalis intētionis ⁊ cōsummationis. Altare est fides nostra: q2 nisi opera nostra i fide offerantur, inutilia reputātur. Heb.xj. Sine fide impossibile ē placere deo. Frater noster est sp̄us noster quē tūc offendimus quando sensualitatem sibi preponimus. Tūc eū recōciliam⁹ quādo sensualitatem sibi subijcimus. De quib⁹ in domo anime nostre posuit fratrez ⁊ sororē: virū et vxorem: dn̄am ⁊ ancillam.i. rationē ⁊ sensualitatem: vt scz ratio sensualitatē instruat tanq̄ frater sororē suā: eaz corrigat tanq̄ vir vxorem suā: ⁊ eam sibi subijciat tanq̄ dn̄a ancillā suam: vt in oib⁹ sibi obediat.

¶ Sermo tertius.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Scd̄m beatū Augu. de ciui. dei. Utrum ira et cetere anime passiones cadant in sapientem: aliter sentiunt stoici. aliter peripatetici: aliter christiani. Stoici enim dicunt huiusmodi passiones non cadere in sapientē. Quamuis enim quādoq̄ aliqua sustineat aduersa: tn̄ in ipsis retinet firmū animum ⁊ constantē. Unde refert Seneca de Socrate: q̄ potionem veneni sibi iniuste oblatā tanq̄ medicamentū imortalitatis bibit: ⁊ de anime immortalitate dispu tans potionem illam letus ⁊ libens hausit. Peripatetici vero dicūt has passiones in sapientem cadere: sed moderatas rationiq̄ subiectas. Et ponit exemplū Seneca de Xenophōte regeq̄ audita filij morte dolens coronā de capite deposuit. Sed audito q̄ fortiter pugnādo occubuit: depositā coronā reassumpsit dicēs se magis gaudere de filij ꝟtute q̄ de morte dolere. In disciplina aūt xp̄iana vt in eodem lib.

Augusti. de ciui. dei dicit. Nō q̄rit͛ vtrū pi⁹
animus irascatur aut tristet͛ sed q̄ vn̄. Nam
vt idē dicit in l. b. retractationū. Aliud est
irasci fratri: aliud culpe fratris. Nō enim
fratri irascit͛: nec sine causa irascit͛ q̄ pctō
fratris irascit͛. Dicit ergo omnis q̄ irasci=
tur fratri suo ꝛc. Sicut i quolibet peccato
potest esse grad⁹ culpe ita ꝛ pene. Nā eo
dem genere pctī potest q̄s aliqn̄ peccare
grauiter: aliqn̄ grauius: aliquādo grauis
sime. Similis gradus est in pena. Et istud
ostendit dn̄s in pctō ire ꝙ habet tres gra
dus. Primus est qn̄ ira tm̄ est in corde vel
in aīo: ꝙ notatur cū dr̄. Oīs qui irascit͛ fra
tri suo. Scd̄s est quando manifestatur in
exteriori signo: qd̄ notat͛ cū dr̄. Qui aūt di
xerit fratri suo racha. ꝛc. Est aūt racha se
cundū Remigiū hebraicū: ꝛ ē interiectio
indignātis: velut cum diceretur a dolente
heu, ab irascēte hem, a ridēte ha. Terti⁹
quando manifestatur in cōtumelioso ver=
bo: quod notat͛ cū dr̄. Qui aūt dixerit fra=
tri suo fatue. De isto triplici gradu sic di=
cit augu. ꝛ Beda. In primo est vnum. s. ira
sola. In scd̄o sunt duo, scꝫ ira et vox, q̄ irā
signat. In tertio sūt tria. s. ira vox ꝛ in vo=
ce vituperationis expressio. Sicut autē est
gradus in culpa: ita ꝛ in pena, ꝙ exprimit͛
nomine iudicij cōsilij ꝛ gehenne. Per que
tria pena infernalis intelligitur. Sed no=
mine iudicij intelligitur pena grauis que
debetur prime ire. In iudicio enim causa
discutitur: ꝛ adhuc locus est defensioni: et
ideo re⁹ est in periculo graui. Nomine cō
silij intelligitur pena grauior q̄ debetur se
cunde ire. In consilio eni͂ cause sententia
diffinitur adhuc tamē pena differtur, ꝛ lo
cum habet dilatio ꝛ tunc reus est in pericu
lo grauiori. Nomine gehenne ignis intel
ligitur pena grauissima que debetur ter=
tie ire. Tūc enim datur sententia diffiniti=
ua nec locū habet defensio vel dilatio: et
tūc reus est in periculo grauissimo. Istud
aūt totum intelligit͛ de ira deliberata que
odiū nuncupatur. Est igitur primus gra=
dus ire quando est in animo. Secundum
aūt Dama. Ira est accensio sanguinis cir
ca cor. Ista autem accēsio quadrupliciter
fit. In aliquibus enim ignis iracundie ci=
to accenditur et cito extinguitur. Isti secū
dum Grego. sunt similes siccis arundini=
bus in quibus ignis cito accenditur et ci=
to extinguitur. In alijs ignis iracundie ci
to accēditur et tarde extinguitur. Isti sunt
ceteris deteriores. Et sunt similes teste q̄
dum adhuc recens est facilis est ad reficiē
dum: sed igni adusta difficilis ad perden
dū. In alijs tarde accenditur et tarde re=
frigeratur. Isti secūdū Greg. similes sunt
lignis grossioribus in quib⁹ ignis tardi⁹
accēditur ꝛ tardius extinguitur. In alijs
vero ignis iracundie tardi⁹ accenditur et
cito refrigerat͛: isti sunt ceteris meliores.
De quibus dicit propheta. Irascimini et
nolite peccare. Pena hui⁹ ire (put ē i aīo.
est iudiciū, talis eni͂ ad iudiciū citabitur.
Et qualiter illud p̄ceptū. Diliges primū
tuū sicut teip̄m. seruauerit, req̄ret͛. ꝛ inue=
nietur ꝙ dilexerit eum minus q̄ꝫ sua qui a
bona sua sibi non cōmunicauit: minus q̄ꝫ
suos qr̄ propinq̄s suis tantū benefecit: et
minus q̄ꝫ se qr̄ corp⁹ suū saluti aīe fratris
preposuit. Secūdus gradus est qn̄ ira est
in signo. Signa aūt odij sūt locutionē sub
trahere: faciē auertere: ꝛ huiusmodi. Qn̄
aūt vexillū tyranni occulte habetur in ca
stro licet castrū sit iam captū nō tamē ap=
paret captio nisi quādo erigit͛. Sic etiam
qn̄ odiū latet in animo, captus est homo
a diabolo. Sed tamen eius captio non vi
detur nisi qn̄ signa odij magnifestantur.
Pena huius ire est consilium: quia contra
talem in consilio sancte trinitatis sentētia
dictabit͛ qr̄ sicut fecit alijs sic fiet sibi. Qr̄
enim contra proximū habuit signū rāco=
ris: ideo contra ipsum signa ire sue osten=
det deus: ꝛ totus angelorum exercitus et
sanctoꝝ cet⁹. Signū magnū ire dei erit:
quia tales de tormentis nō liberabuntur.
imo si omnes sancti pro eis orarent illi
non liberarentur. Hiere. vij. Noli orare p
populo hoc, ꝛ ne assumas pro eis laudē
ꝛ orationem ꝛ non obsistas mihi: quia nō
exaudiam te. Signum magne ire angelo
rū erit: qr̄ ipsos igni eterno tradēt. Mat
tei. xiij. Mittet filius hominis angelos su
os ꝛ colligent de regno eius omnia scāda
la et mittent eos in caminū ignis. Signū
ire magne sanctorū erit quia modicū suf
fragium eis non impendent, sicut patet in
diuite epulone. Tertius grad⁹ est quādo
ira est in contumelioso verbo, vocādo fr̄ē

fatuũ fratrẽ suũ. Uidetur aũt q̃ christus ⁊ apostolus contra hoc fecerunt. Christus enim discipulos suos stultos vocat dicẽs. Luce viii. O stulti ⁊ tardi corde ⁊c. Apostolus etiã Gal. iii. O insensati galathe. Sed sciendũ q̃ sicut dicit Isido. i libro de summo bono: quadrupertita est loquẽdi ratio vel quia bonũ bene vel malum male: seu bonũ male: ⁊ malũ bene pfert. Bonum quippe bene loquit̃ q̃ ea q̃ recta sunt humiliter annũciare videt̃. Malum male loquit̃ q̃ quodlibet flagitiũ suadere conatur. Bonum male loquitur qui rectũ aliquod arroganter p̃dicare sentitur. Malũ bene loquitur qui narrãdo aliq̃d vitiũ detestat̃: vt ab eo homines auertãtur. Xp̃s igitur ⁊ apostol⁹ vocauerũt illos stultos non vt confunderent sed vt corrigerent. Pena que debetur huic ire est gehẽna ignis. Dicitur autẽ gehẽna a geos q̃d est terra: ⁊ hẽnos q̃d est profundũ: q̃r infern⁹ est in profundo. i. in centro terre. Et talis locus cõpetit peccatorib⁹ pp̃ter elõgationẽ obscuritatem ⁊ frigiditatẽ. Null⁹ enĩ loc⁹ tã tum distat a celo q̃tum mediũ terre: ideo dignũ est vt sicut hõ elõgauit se a deo per peccatũ: sic etiam elongetur a celo per nouissimũ locũ. Null⁹ locus est obscurior q̃ mediũ terre: ideo dignũ est vt q̃ dilexerũt opera obscura tenebrarũ teneantur in locis obscuris penarũ. Null⁹ locus est frigidior q̃ mediũ terre: ideo dignũ est vt peccatores qui fuerunt frigidi in die amore: semp̃ strideãt dentibus pre nimio frigore. Potest autem addi quart⁹ gradus ire: q̃n scʒ est pro iniurioso facto vl' verbo: quod notat̃ cũ d̃r. Audistis q̃r dictũ ẽ antiquis Nõ occides. Istud aũt homicidiũ multis modis cõmittit̃. Homo quidẽ habet res suas: corpus: aĩam: ⁊ famã. Cõmittit igit̃ q̃s homicidiũ q̃tum ad res ipsas in recipiendo. Eccli. xxxiiij. Panis egentiũ vita pauperis est: q̃ defraudat illũ homo sanguinis est. Quantũ ad corpus non tantuʒ gladio necãdo sed etiã necessitatis tẽpore non subueniendo. Ambro. Pasce fame morientem. si non pauidisti occidisti. Quã tum ad animã tripliciter. Aut malũ exemplũ p̃bẽdo. Roñ. xiiij. Noli cibo tuo illuʒ perdere p̃ quo xp̃s mortuus est. Aut veritatẽ vite tacẽdo. Gre. Tot occidim⁹ quot ad mortẽ ire tepidi tacentesq̃ videmus. Aut peccatũ mortale committẽdo. Sap. xvj. Occidit homo p̃ malitiã animã. Quã tuʒ ad famã detrahẽdo. Eccli. xxviij. Flagelli plaga liuorem facit. plaga lingue cõminuit ossa. Pena huius ire est iudicium illud d̃ quo dicitur Mat. xxvj. Omnis qui accipit gladiũ gladio peribit. Iste aũt gladius faciet in dãnatis triplicẽ mortẽ. Iuxta illũd Ezechie. xxj. Duplicet̃ ac triplicetur gladi⁹ iterfectorũ. Prima mors erit q̃r igne inextinguibili cremabunt̃: ⁊ ista erit mala. Secunda q̃r a beatorũ consortio separabũtur: ⁊ ista erit peior. Tertia q̃r dei visione priuabuntur: et ista erit pessima. Mat. xiij. Exibunt angeli ⁊ separabũt ⁊c. Illud respicit separationẽ a consortio beatorum. Et mittent eos in caminum ignis. Illud respicit ignis inextinguibilis cruciatus eternos. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Illud respicit diuine visionis perpetuum damnũ. Uisio enim dei sanctos letificat: et in amorem inflammat. Et q̃r damnati visione dei carebunt: ideo semper in fletu erunt ⁊ semper dentibus stridebunt.

¶ Dñica. vij. post festũ trini. Sermo. j.

Cum turba multa eẽt cũ Iesu nec haberẽt q̃d mãducarẽt ⁊c. Mar. viij. Sicut dicit Chryso. Nõ est credẽdũ q̃ turbe sine viatico ad dominum in solitudine venerint: sed prima ⁊ secunda die omnia consumpserũt. Et ideo Christus tertia die omnibus iam consumptis miraculũ fecit. Ideo tãdiu secũ manebant siue propter suos infirmos quos sanari affectabant. Unde dicitur. Matth. xv. Ubi de isto miraculo agitur. Accesserunt ad eum turbe multe habentes cecos et claudos ⁊c. Siue propter documenta salutaria que ab eo audiebant Siue propter exempla sanctitatis que in ipso videbant. Iste due cause vltime ponuntur in glossa. Matth. xv. Q̃r igitur turbe iam triduo cum eo fuerãt ⁊ alimẽta nõ habebãt: christus illud cõuiuiũ eis fecit. Quod quidem conuiuiũ cõmẽdabile est ex parte christi facientis: ex parte conuiuarũ: ⁊ ex parte ministrãtiũ. ¶ Ex parte igit̃ christi tria cõmendabilia fuerunt. Primo humilitas

in conferendo cũ dicitur. Conuocatis discipulis rc. Glo. super Matteũ .xv. Cõuocat discipulos vt doceat maiores minoribus sua consilia communicare. Potest aũt circa consiliũ triplex esse reprehensio. Una ex parte petentis consiliũ qñ hʒ itellectũ nimis supbum. Alia ex parte dantis qñ non habet sensum prouidũ nec aĩm iustuʒ. Tertia ex parte rei de qua petitur qñ non habet decentẽ titulũ. Debet igitur in illo qui petit consiliũ esse mẽs humilis r mansueta: vt scʒ suo sensui non nimis credat. Quod est cõtra multos q̃ credũt sibi sufficere r cõsilijs nõ indigere. Bern. Oia illi desunt q̃ sibi nihil deesse putat. Augu. Ubi dixisti sufficit: ibi defecisti. Ubi tibi placuisti: ibi peristi. Prouerb. xxxvj. Uidisti hominem sapientem sibi videri: magis spem illo habebit incipiens. In illo autẽ qui dat consiliũ debet esse discretio pura r incõcussa iustitia. Ambr. in lib. de of. Secure salutẽ nostrã illi viro cõmittimꝰ qui sit iustus r prudens. Facit enim iustitia vt nullus sit fraudis metus. Facit prudentia vt nulla erroris suspitio sit. In causa de qua petitur debet esse vtilitas r necessitas: quia non debet consilium peti de rebus supernacuis. Eccli. iij. In superuacuis rebꝰ noli scrutari multipliciter. Nec de rebus vanis. Ps. Nõ sedi cũ cõsilio vanitatis. Nec de rebꝰ prauis perpetrãdis: qr sicut dr Job. v. c. Consiliũ prauorũ dissipat. Sed de rebus vtilibꝰ r necessarijs. iij. Regũ. j. Accipe ꝯsiliũ a me: r salua animã tuã. Scdo in xp̃o fuit pietas l compatiẽdo cũ dr. Misereor sup turbam. Olim erãt quatuor incõpassibilia r dura. s. deꝰ, angelus, celũ, r mors. Deus em̃ hominẽ sibi recõciliare nolebat. Angelus hoiem non diligebat: nec animas deferebat. Celum tũc nullum suscipiebat. Mors omnes deuorabat: r ad tartara rapiebat. Sʒ modo recessit tota duritia: r aduenit magna mia. Nã in xp̃o tanta pietas fuit ꝙ hominem sibi recõciliauit. Rom. v. Cuʒ em̃ essemus inimici: recõciliati deo sumus p mortẽ filij eiꝰ. De ista sua pietate effudit in angelum: r eam sic cõpassibilẽ fecit ꝙ hominem deinceps tanq̃ suũ cõciuem dilexit: r in paradisum aĩas deportauit. Unde super illud Marci vltĩ. Nolite expauescere. dicit Grego. Uos autem cur expauescitis qui vestros conciues videtis? Sic effudit in celum ꝙ ipsum intantũ flexibile fecit ꝙ ad omnem iustũ suscipiẽdum statim se flectet. In cuius significationem sup stephanum se aperuit r eũ recepit. Sic effudit in mortem ꝙ que prius erat terribilis r dura: facta est dulcis r mansueta: ita ꝙ a iustis nõ timetur: sed desideratur. Philip. j. Desideriuʒ habẽs dissolui: r esse cũ xp̃o. Tertio in xp̃o fuit liberalitatis in saturãdo cũ dicit. Mãducauerũt r saturati sũt. In peccatoribus est fames cõtinua. Eorũ em̃ memoria est famelica: qr semp vo lũt. recordari de immũditijs peccatoꝝ. Nũe. xi. j. In mẽte nobis veniũt cucumeres r pepones: porri r cepe r allia. Cucumeres r pepones sunt dulces r suaues: r significãt pctã suauia: sicut gulã r luxuriã. Porri cepe r allia sunt acerba: r significãt peccata acerba: sicut tristitiã irã r inuidiã. Itẽ intelligentia eorũ est famelica: qr semp volũt inuestigare curiosa. Eccle. vij. Deus fecit hoiem rectũ: r ipse infinitis se miscuit questionibus. Et voluntas eorũ famelica est: quia semper volũt diligere vana. Ps. Ut q̃d diligitis vanitatẽ rc. In futuro aũt iste tres potentie saturabuntur. Nam ꝺm Bern. Filius saturabit intelligentiaʒ plenissima cognitione. Spũs sanctus voluntatẽ suauissima dilectione. Pater memoriã securissima vtriusq; retẽtiõe. ¶ Scdo istud conuiuiũ fuit ꝯmẽdabile ex pte cõuiuantium. In qbꝰ tria fuerunt que xp̃m ad miam induxerunt. Primũ est patientiam sustinẽdo: cum dr. Triduũ sustinent me: r triduo perseuerãt mecũ. vt dr Mat. xv. Qui vult ergo a deo spũaliter pasci: secũ triduo cõmoretur. Primꝰ dies est dolor cõtritionis. Secũdus pudor ꝯfessiõis. Tertius labor satisfactiõis. Istud est illud triduũ quo i desertũ pnie itur: vt deo gratũ sacrificiũ offeratur. De q̃ dr Exo. iij. Uel ꝺm glosam. Turba triduo dñm sustinet cũ multitudo fideliũ peccata sua per penitentiam declinãs ad dñm se in opere: in locutione r cogitatione cõuertit. De primo ad Rom. vj. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditie r iniquitati ad iniquitatem rc. De secũdo primi Regum secũdo. Recedãt vetera de ore vestro. De

tertio Ephe.iiij. Renouamini spiritu mentis vestre &c. Secūdū qđ christū ad miam induxit fuit labor in veniendo: cum dicit. Quidam autem ex ipsis de lōge venerūt Scđm glosam. Ad seruitiū dei quidam veniunt de prope: quidam de minus ppe: quidam longe. Qui enim integritatem mentis et corporis seruāt: de prope ad deū festinant. Qui vero cōiugio vtitur: nullis tamen aliis flagitiis inquinatur: de minus prope venire cognoscitur. Qui autē post multa flagitia conuertitur: de lōge venire probatur. Ephe.ij. Ueniens euāgelizauit pacem vobis qui longe fuistis: et pacem his qui prope. Secundum hoc igitur de ppe venit virgo beata: que mētis et corporis integritatem seruauit. De minus prope elizabeth cōiugata: que in suo coniugio honeste vixit. De lōge magdalena q̄ post multa flagitia se ad deū totaliter cōuertit. Tertium qđ christum ad misericordiam induxit: fuit victus deficientia in redeundo: cū dicitur. Si dimisero eos ieiunos in domū suam: deficiēt i via. Circa quod notādū q̄ sunt quatuor genera hoim qui difficulter ieiunia ferre possūt: scilicet: a magna egritudine conualescentes. itinerantes, pueri, et senes. Tales sunt qui de nouo ad penitentiam veniunt. Ideo cibo verbi dei indigent, qr ipsi cōualuerunt de magna infirmitate peccati. Hebre.xi. Conualuerūt de infirmitate. Ipsi aggressi sunt viam paradisi. tertij Regū .xix. Surge comede: grādis enim restat via. Glos. super Matthēum.xv. perit q̄ sine celesti pane ad patriā tēdit. Ipsi tāq̄ pueri sunt recēter in gratia renati. j. Pet.ij. Quasi modo geniti infantes sine dolo lac cōcupiscite. Ipsi quandoq̄ fuerunt in peccatis inueterati. Ps. Inueteraui inter oēs inimicos meos. Tertio istud conuiuium fuit commendabile ex parte ministrātium. i. ex parte discipulorum. Fuit tamen in eis quoddam reprehēsibile tolerabile: et quoddā commēdabile. Fuit reprehēsibile in eis istud qđ dixerūt. Unde istos quis poterit saturare panibus in solitudine? Nō em̄ de hoc debuerūt dubitare: cū paulo añ. christus q̄nq̄ milia hominū de quinq̄ panibus saturauit: vt habetur supra. Johā.vj. Ipse autē dominus non eos inclamauit: sed leniter interrogauit dicens. Quot panes habetis? Gala.vj.c. Uos q̄ spirituales estis instruite huiusmodi in spū lenitatis. Nō dixit i sermone lenitatis: nec in disciplina lenitatis: sed in spū lenitatis. Quidam enim corrigendi sunt in sermone asperitatis: alij i disciplina seueritatis: omnes autē in spiritu lenitatis, qr q̄ntuncuq̄ sonet in voce asperitas: in correctione seueritas: semp debet esse in corde tranquillitas. Quādo autē aliqui quadā simplicitate ducuntur sicut erant isti discipuli: tunc tales corrigēdi sunt cū sermone lenitatis: et cū spiritu lenitatis. Scđo fuit in eis quoddā tolerabile: scilicet qr necessitati vite sue panes reseruabant. Sed contrariū videtur qđ dicitur Mt.vi. Nolite solliciti esse i crastinū. Sed aliud est habere sollicitudinē nimiam per quā celestia tēporalibus postponunt: q̄ est prohibita. Uñ dr Luc.xij. Primū querite regnū dei. Aliud est habere prudentiā qua laborādo vite necessaria acquiruntur: q̄ est cōcessa. Ps. Labores manuū tuarum qr manducabis &c. Ideo labor est exercendus: sollicitudo tollēda. Aliud est seruare ordinationē diuinā qua deus ordinauit vt predicatoribus verbi dei a subditis ministrent necessaria. j. Corin.ix. Deus ordinauit his q̄ euangeliū annunciāt de euangelio viuere. vñ dr Luce.x. Dignus est em̄ operarius mercede sua. Tertio fuit in eis quoddā cōmēdabile qr in distribuendo panes xpo reuerēter assistebāt. Propter quod instruimur q̄ prelatis debemus subijci: et in animo eos nobis humiliter preponendo: et in corpore eis assurgendo et genua flectendo: et in opere eis velociter obediendo. Heb.xiij. Obedite: ecce obedientia operis. Prepositis vestris: ecce humilitas corporis: qr debent reputare eos sibi in omnibus esse prelatos. Et subiacet eis: ecce reuerentia cum signo cordis.

¶ Sermo secundus.

Misereor super turbam: qr ecce iam triduo sustinent me &c. Olim mia tantum erat in celo. vñ Ps. Dñe i celo mia tua. Deinde descēdēs de celo inclusit se in quodā angulo. i. i iudeorū populo. Ps. Notus in iu-

dea deus . Deinde effudit se in virginis vterũ ps.Suscepimus deus mīam tuaz. Tandem diffusa est i vniuerso mũdo.ps. Mia dñi plēa est terra. Et sic deus qui tantum videbatur esse misericors sup turbã angelorum ⁊ postmodum super turbã iudeoruz:modo est misericors super turbã oīm fidelium:ideo dr. Misereor super turbam.De illa aũt mīa tria dhr. Primo ponit pmptitudē mie.Scdo causa motiua mie. Tertio affectus mie .Promptitudo diuine mie notatur in hoc q dr. Misereor sup terrã. ¶ Pmo ergo ponitur prõptitudo diuine mie:quã quidē prõptitudinez tria faciunt scz proprietas naturalis: potentia vniuersalis:et experientia singularis.Sicut eñ naturalis ppietas ignis est calefacere.sic ⁊ naturalis dei ppietas est pcere. Dionysi . Neqz eñ ppriũ ignis est ifrigidare:neqz boni nõ bõs pducere: qr igit misereri est deo ppriũ punire ideo alienũ inolũtariũ ⁊ etiã tardũ. Qd eñ sit alienũ dr Esaie.xxviij. Alienũ est sit opus ei⁹ ab eo.Et loquitur opere punitionis. Apis hʒ mellificare:⁊ hoc est suũ officiũ propriũ.habet etiã pũgere qñ.s. molestatur:⁊ hoc est sibi alienũ.Sic ⁊ deus qñ dat mel sue mie facit officiũ sibi propriũ , qñ vero adhibet stimulũ iustitie facit officiũ sibi alienũ. Est etiam inuoluntarium : qr inuite punit.Esaie. Heu cõsolabor sup hoīb⁹ meis:⁊ vīdicabor de inimicis meis. Ubi dicit glos. More pũ patris eos licet inimicos plāgit ⁊ pcutit. Est etiã tardũ:qr vt dicit Chry. Illud qd hõ fm naturã facit cito facit:illd aũt qd ɔtra naturã facit tarde facit. Sic ⁊ de⁹ cito facit op⁹ mie: qr est fm naturã suã.tarde op⁹ iustitie qr est ɔtra naturã suã.Ro.ij. An diuitias bonitatis ei⁹ ⁊ patiētie ⁊ lõganimitatis cõtemnitis? Si igitur opus iustitie est deo alienũ inuolũtariũ ⁊ tardũ:querit Chrys. super Mat. Quare ergo punit.Et respondet qr ɔpellitur.vñ ait.Deus eñ inuitus ⁊ cum magno dolore compellitur peccatores dãnare. Nõ aũt sic dolet q ipse ab eis offendatur:sed quia violenter cogitur aliquē pdere qui oēs cupit saluare.Deinde querit dicens.Cum in ptāte sua deus habeat perdere ⁊ saluare: quid eũ inuitũ compellit? Et rñdet. Tu q non desideras misericordiam dei. Nam sicut qui desiderãti misericordiam denegat crudelis est. Sic qui nõ desideranti misericordiã prestat iniust⁹ est.Deinde tertio querit dicēs. Quis est homo qui non desiderat misericordiã dei? Et respõdet. Tu qui pmanes in peccatis.Desiderare eñ misericordiã dei est cõuerti ad deum.Ille eñ desiderat misericordiã dei qui timet irã ei⁹. Qui autem non timet nõ desiderat misericordiã sed cõtēnit. Secũdũ qd facit deum promptum ad misericordiã est eius potētia vniuersalis. Quanto enim quis est magnanimior:tanto ad indulgēdũ est pnior. Hoc videmus in animalibus ⁊ in hominibus. Nã inter animalia ea que sunt nobiliora, ad indulgēdum sunt magis prona:⁊ ecõuerso.Unde leo a catulo prouocat⁹ se nõ vīdicat pper suã magnanimitatē ⁊ catuli vilitatez.Sed si catul⁹ mordet catulũ: statim mutuis morsib⁹ se lacerãt:qr vilia animalia sunt. Similiter videm⁹ q homines magnanimes sunt ad indulgētiam faciles .Ambro. Procul a magnanimis cupiditas vltionis.iij. Regũ.xx. Reges dom⁹ israel clemētes sunt. Ecõuerso aũt mulieres(qr sunt viles ⁊ fragiles)ideo sunt ad irã ⁊ ad vindictã faciles. Eccli.xxv. Non est ira super irã mulieris. Deus igitur cũ sit oīpotēs:⁊ non viles ⁊ inutiles vermiculi:nostras iniurias paruipēdit. Et si eas recognoscimus:statim remittit ⁊ hoc ppter suam maiestatē ⁊ nostram vilitatem. ps. Excelsus dñs ⁊ humilia respicit. Ac si dicat:qr ipe est excelsus p potentiã maiestatis:ideo humiles respicit oculo pietatis. Sap.xi. Misereris omniuz:qr oīa põt.ac si dicat:qr tu habes potētiã vniuersalē:iõ habes misericordiam generalē. Et in isto sensu loquitur ecclesia. De⁹ qui: oīpotentiam tuã parcēdo maxime ⁊ miserendo manifestas. Tertium qd facit deum promptũ ad misericordiã,ē experiētia, singularis. Molestiam enim morbi medicus tribus modis scire potest. Aliquãdo p suaz scientiã theoricã:⁊ tũc est infirmo multuz misericors. Aliqñ p quãdã practicã ⁊ exercitationē longã:⁊ tũc est magis misericors. Aliquãdo per experientiã qñ in ppria psona infirmitates plurimas expertꝰ est:⁊ tũc est maxime misericors:⁊ iõ bonꝰ

est vt aliquādo infirmetur vt infirmis melius cōpatiatur. Sed si esset aliquis medicus qui esset bonus theoricus et bon⁹ practicus et infirmitatē esset expt⁹: iste adhuc esset magis misericors. Deus igitur ante incarnationē infirmitates nostras corporales et spirituales cognoscebat per eternam sapiētiā quasi per quādā theoricā. Et ideo tanq̄ pater benignissimus multū erat misericors. ps. Quomodo miseretur pater filiorū misert⁹ est dñs timentium se qm̄ ipse cognouit figmentum nostrū. Recordatus est qm̄ puluis sumus et homo sicut fenū etc. Post incarnationē autē sciuit per quandā practicā et exercitationē longam: qr .xxxiij. annis circa nostras infirmitates sanādas tā corporales q̄ spirituales practicauit et se exercitauit: et sic fuit magis misericors. Act. x. Qui ptrāsijt bñ faciēdo et sanādo oēs opp̄ssos a diabolo etc. Et sicut medic⁹ multū ɔtristaret̃ q̄ se circa aliquē ifirmū diu exercitasset et nihil profecisset. Ita christus. ps. Contristatus sum in exercitatione mea et cōturbat⁹ sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Acsi dicat. De tribus doleo et cōtristor: scꝫ qm̄ mea exercitatio nihil valet: et quādo vox inimici. i. suggestio diaboli pl⁹ valet q̄ mea inspiratio: et qm̄ ego peccatorem tribulo. i. punio. Tandē sciuit per experientiā: qr expert⁹ est tētationes, famē, dolorē, et mortē: et ideo factus est maxime misericors. Heb. iiij. Nō enim habem⁹ pōtificē qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris etc. Heb. iiij. Didicit ex his q̄ passus est obedientiā. ¶ Secūdo ponit̃ causa motiua huius mie: que quidē fuit deuotio turbe: que in duob⁹ apparet. Primo in hoc q̄ de lōge veniebant. Illi de longe ad xp̄m veniūt qui de peccatis multis et magnis ad deum se cōuertunt. Sunt autem quidā qui timore peccāt per infirmitatē humanā: sicut Petrus qui timore mortis xp̄m negauit. Isti veniūt de longe. Alij p ignorātiā sicut Paul⁹. j. Timo. j. Ignorās feci in credulitate. Isti veniūt magis de longe, maxime qm̄ est affectata ignorātia. Alij per certā malitiā: sicut Dauid q̄ adulteriū et homicidiū cōmisit. Isti adhuc veniunt magis de lōge. Secūdo apparet eorum deuotio: in hoc q̄ triduo secū manebant. Prima dies est cognitio veri. Secūda est detestatio mali tertia amor boni. Sunt autē quidā qui cū christo nolūt stare nisi per diem: sicut mali christiani: q̄ habent cognitionem: id est fidem verā: sꝫ tamen neq̄ malum odiunt nec bonū faciūt. Ad Titum. j. Confitentur se nosse deū: factis autem negant. Alij autē sunt q̄ stant secū tātū biduo: sicut desides et ociosi: q̄ licet habeant cognitionē veri et detestationem mali: tamē nō habēt amorē et operationem boni. De quib⁹ dicit̃ Luc. iij. Omnis arbor nō faciēs fructū bonū excidet̃. etc. Boni aūt sunt cū deo triduo: quia deū per fidē cognoscunt et malū fugiūt et bonū faciūt. De isto triduo dicitur Genesis. xl. Tres enim dies sunt post quos recordabit̃ pharao ministerij tui: et restituet te in gradū pristinū dabisq̄ ei calicē etc. Ex his verbis habetur q̄ isti tres dies acquirunt nobis dei memoriā: mansionē eternā: et deo faciūt magnā letitiā. ¶ Tertio ponit̃ magna efficacia misericordie que fit saturatio turbe. Distinguit autē Glos. super Matth. xv. Quatuor tempora: scꝫ ante legē: sub lege: sub gratia: et in glorie. In primo fuit satietas nulla: nec in intellectu qr deum non cognoscebāt: nec in affectu qr iustificari non poterant. Ephe. iiij. Tenebris obscuratū habētes intellectū: quo ad primū. Alienati a via dei: quo ad secundū. In secundo tēpore fuit satietas semiplena: qr intellectus erat refocillat⁹ per legē quo ad cognitionē. Sed affect⁹ remansit vacuus quo ad iustificationem. Roma. iij. Per legē cognitio peccati: quo ad primū. Nūc autē sine lege iustificatio: quo ad scḋm. In tertio tp̄e est satietas plena: qr satiatus est intellectus cognitione, et affectus gratie plenitudine. Johā. j. Gratia et veritas per iesum xp̄m facta est. In futuro erit satietas plenissima: qr tot⁹ homo saturabitur: tam interior qr intellect⁹ satiabitur in aperta dei visione: et affect⁹ in perfecta dei dilectione. q̄ exterior qr saturabitur oculus in videndo oculo ad oculū faciē xp̄i. Auris in audiendo vocē xp̄i. Olfactus in sentiendo odorē christi. Os in loquendo ore ad os cum ore christi. Manus in amplexando vestigia christi.

¶ Sermo tertius.

Ut faciat in eis iudiciū cōscriptum. Dan. vij. Ad iudicium sedet ꝛ libri aperti sunt. Dabit sedendo. Matth. xxv. Sedebit sup sedem maiestatis. Dabit i die. Rom. ij. In die cū iudicabit dñs occulta hominū. Dabit in loco euidēti ꝛ honesto qꝛ i aere ꝛ in valle iosaphat. j. Thessa. iiij. Rapiemur in nubibꝰ obuiā xp̄o i aera. Iohel. iij. Cōgregabo oēs gētes: ꝛ deducā eas in vallem iosaphat. ¶ Quarto ponitur impossibilitas exercēdi laboris: cū dr. Iaʒ eñ vltra non poteris villicare. In inferno enim non poterūt satisfacere deo de corpore ꝑ ieiunia. Huius eñ semper ieiunabunt: tamē hoc non erit sibi ad meritū, sed ad supplicium. Hiere. xiiij. Cum ieiunauerint, nō audiā p̄ces eoꝝ: qm̄ gladio peste fame ego consumam eos. Scdo non poterunt satisfacere deo de aīa per oratiōes. Tūc quia a deo nō exaudiētur. Prouer. j. Tūc inuocabūt ꝛ nō exaudiam. Tunc qꝛ in peccatū eis reputabitur: ps. Oratio eiꝰ fiat in peccatum. Tum qꝛ ꝛ si oēs sancti pro eis orarēt, adhuc nō exaudirētur. Hiere. vij. Noli orare pro populo hoc: qm̄ non exaudiā te. Tertio non poterūt satisfacere deo per eleemosynas d̄ rebꝰ. Nos eñ poterūt aliquem iuuare, qꝛ ipsi erūt totaliter denudati. Ezech. xvj. Eris nuda ꝛ cōfusiōe plena. Non cibum vel potū alicui porrigere: qꝛ erūt ꝑpetua fame ꝛ siti afflicti. Esa. lxv. Ecce serui mei cōmedent: ꝛ vos esurietis ꝛc. Nec hospitio aliq̄s recipere: qꝛ erūt a ciuitate dei in ꝑpetuū bānīti. Apoca. xxij. foris canes ꝛ venefici ꝛc. Nec infirmos visitare: qꝛ iacebūt ꝑpetuis doloribꝰ cruciati. Esa. l. In doloribꝰ dormietis ꝛc. nec ad incarceratos ire: qꝛ erūt in ꝑpetuis vinculis ꝯpediti. Sapie. xvij. Uinculis tenebrarum ꝛ longe noctis compediti ꝛc. Nec aliquos sepelire: qꝛ ipsi erūt in inferno sepulti. Luce. xvj. Mortuus est. diues ꝛ sepultꝰ est in inferno.

¶ Sermo secundus.

Quid faciā q̄a dominus meꝰ aufert a me villicationem ꝛc. Post hāc vitam nullus poterit aliquod bonum opus facere. Iohā. ix. Uenit nox in qua nemo potest operari. Nul-

lus audebit deo de suis meritis respondere. Job.xxxi. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum dominus? et cũ quesierit quid respondebo ei? Nullus magnum dei poterit euadere. ps. Quo ibo a spiritu tuo &c. In pñti igit̃ vita homo debet sibi puidere vt hic se exerceat per operationẽ sollicitam: hic deo respõdeat per obediẽtiã: hic fugiat ad dei miam. Ideo quilibet debet intra se dicere. Quid faciam: qr dñs aufert a me villicationem? fodere non &c. ¶ In quibus verbis quatuor ponunt̃. Primo sui discussio: cum dr. Quid faciam &c. Eccli.xviij. Ante iudiciũ interroga teipsũ. j. Cor.xi. Si nosmetipsos iudicarem⁹ &c. In isto aũt iudicio qd intra nos est faciendũ ratio tanq̃ iudex dz aiam tanq̃ reum ad iudiciũ cõuocare: cogitationes debent ipm accusare: cõsciẽtia testimoniũ perhibere: timor tanq̃ carnifex eam torquere: et a pristina peccati conuersatiõe occidere: vt sic inde sanguis exeat lachrymaꝝ. Aug. in lib. de penitẽtia. Ascẽdat homo aduersuz se tribunal mẽtis sue: cõstituat se ante faciem suaz: atq; ita cõstituto in corde suo iudicio: assit accusatrix cogitatio: testis cõscientia: carnifex timor: vt sic inde quidã sanguis quasi confitentis per lachrymas confluat. ¶ Secundo ponitur impotentie recognitio: cũ dr. Fodere non valeo. Dupliciter homo põt sibi puidere indigens. Aut laborãdo. cõtra qd dicit. Fodere nõ valeo. Aut donũ siue mutuuz mẽdicãdo. cõtra quod subdit. Mendicare erubesco. Post mortẽ igitur vel in die iudicij, nõ poterit labore. Eccl's.ix. Qdcũq; põt manus tua instanter operare: qr nec opus nec ratio &c. Ideo Salomon pigrũ qui non vult hic laborare mittit ad formicã, dicẽs Prouer.vj. Uade ad formicaz o piger, et disce sapientiã: que cũ nõ habeat ducẽ nec preceptorem nec principem, parat in estate cibum sibi: et congregat in messe qd comedat i hyeme. Legit̃ q̃ formica grana pforat ne germinẽt. Unde formica non solum dicit̃ ferẽs micas, sed etiam forãs micas. Grana etiã decorticat: vel ppter eandem causam: vel vt mũdi⁹ ea comedat. Si forte etiã fuerit balneata, extrahit: et ad solem calefacit et exponit, ne forte putrefiãt. In quatuor igitur consistit sapiẽtia formice: qr grana in estate et in messe cõgregat: et congregata perforat: pforata decorticat: et decorticata exsiccat. ¶ Primo igitur debet homo bona opera in estate et in messe cõgregare. Glossa ibid. Hec vita messi cõparatur et estati: qr nũc inter ardores tẽtationum tẽpus est colligẽdi futuroꝝ merita premiorũ. Dies iudicij hyemi: qr nulla relinquitur facultas laborãdi p vita eterna: sed tm̃ cogitur quisq; de horreo prisce actionis qd recõdidit pferre. Scdo debet homo ipsa bona opa pforare gladio verbi dei. Heb.iiij. Uiu⁹ est sermo dei et efficax et penetrabilior omi gladio ancipiti. Et illa pforatio impedit germinationẽ peccati. Heb.xij. Ne q̃ radix amaritudinis sursum germinãs ipediat. ps. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Tertio homo debet ab ipsis operib⁹ oẽm peccati corticẽ remouere: vt sic xps in eoꝝ puritate pascatur. Canti.ij. Qui pascit̃ inter lilia: vt sic etiã homo dei familiaritate fruatur. Hiere.xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meum eris. Quarto si aliqua opera sint humida humore vitioꝝ. exsiccãda sunt ad ardorẽ veri solis. i. xpi q̃ fuit siccus in natiuitate. Esaie.liij. Ascẽdet sicut virgultum corã eo: et sicut radix de terra sitienti. Siccior in vita. ps. Aruit tanq̃ testa virt⁹ mea. Siccissim⁹ in morte. ps. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Nihil enim homo post hãc vitã poterit mendicare. Sancti hoies q̃ sunt in patria sunt valde misericordes. Et sãcte mulieres naturaliter debẽt esse misericordiores. Christus autẽ est fons mie: et tamẽ mẽdicatum fuit ad ostiũ sanctoruz viroꝝ. Abrahe scz et Lazari: nec vnã guttam aque voluerũt porrigere. Mẽdicatum fuit ad ostium sanctaꝝ virginũ: et nec vllã stillã olei voluerũt impendere. Mẽdicatũ fuit ad ostium xpi qñ dixerunt, dñe dñe aperi nobis. Et xps nõ solũ aliquã elemosynã eis nõ porrexit, sz nec ostium etiam eis aperuit: imo turpiter eas licẽtiauit, dicens. Amen dico vobis nescio vos. ¶ Tertio ponit̃ discreta puisio: cũ dr. Scio qd faciã. Prouidit eñ sibi debitoribus gratiam faciẽdo. Sic et nos pauperib⁹ elemosynas largiẽdo. Bon⁹ eñ elemosynari⁹ puidet sibi in vita, in morte, et post mortẽ. In vita: qr elee-

mosina expellit frigus culpe, cū sit ignis dei. Eccli.iij. Sicut i sereno glacies soluētur peccata tua. Generat benedictionem gratie dei cū sit semen dei.ij. Cor.ix. Qui seminat in benedictionib⁹: de benedictionibus ⁊ metet. Facit custodiam in vtroqȝ cum sit saccus ⁊ palpebra dei. Eccli.xxix. Elemosyna viri quasi sacculus cuȝ eo. Et gr̄am hois quasi pupillā oculi ↄseruabit. Scdo prouidet sibi in morte: q2 eleemosyna aīaȝ deo associat. Amb. Nō sunt hois bona q̄ secū ferre non pōt. Sola mīa comes est defunctorū. Hostes fugat. vnde dr̄ de eleemosina Eccli.xxix. Super scutū potētis, ⁊ sup lāceā: aduersum inimicum pugnabit. Viā demōstrat. Prouer.xviij. Donum hois dilatat viam eius. Tertio ꝓuidet sibi post mortē: quia eleemosyna animā ad inferna liberat. Thobie.iiij. Eleemosyna nō patit animas ire in tenebras. A purgatorio saluat. Prouerbioꝝ.xiij. Redēptio anime viri diuitie sue. Vitam eternam donat. Amb. Ars artium potissima est eleemosyna. Nō enim nobis domos fabricat luteas: sed vitam perennem impendit. Quarto ponitur ꝓudētie illius commēdatio: cū dicitur. Et laudauit dn̄s villicum iniquitatis: q2 prudenter fecisset ⁊c. Non laudauit eum de fraude: sed de ꝓudentia. Et est similitudo a contrario sensu ꝑm Aug. Quia si ille laudatus est qui sibi prouidet de re illicita: multo forti⁹ a deo laudabitur qui sibi ꝓuidebit de re iusta. Videndum est aūt qualiter filij hui⁹ seculi id est hoīes mūdani dicant prudentiores q̄ filij lucis.i. q̄ filij dei. Ad qd sciendum est q Aug. in lib. de qualitate aīe distiguit triplicem sapientiam: scȝ nociuam, superfluam, ⁊ necessariam. Et hoc ostendit per simile i corpore humano. Cū enim spūaliter aīa discēdo dicatur crescere: ⁊ dediscēdo decrescere. Et sicut i corpore ē triplex augmentū. Unum nociuum qd humor vocatur. Alterū qd vocatur superfluum: cum quis sex digitis in manib⁹ ⁊ pedib⁹ nascitur. Tertium necessarium quo naturalis cōuenientia impletur in membris. Sic et in aīa triplex est sapiētia. prima est nociua: que est de impedientibus ad salutē. Et ista respondet in cremēto corporis qd est nociuū. Ista autē est sapientia carnalis quā habēt auari in acquirēdo diuitias: superbi in acquirēdo honores: luxuriosi in acqrēdo delicias. De ista sapiētia dicitur Rom.viij. Sapiētia carnis mors est. Quantum autē ad istam sapientiā verū est q filij hui⁹ scli sunt prudētiores q̄ filij lucis: q2 filij lucis eā abominātur ⁊ fugiūt: cum non sit diuina sed diabolica. Jaco.iij. Nō est ista sapētia de sursum descendens: sed terrena quo ad auaros: aīalis quo ad luxuriosos: diabolica q̄ ad superbos. Scda est sapiētia superflua: que est de impertinentib⁹ ad salutem. Et ista respōdet in cremēto corporis qd est superfluū. Ista autē sapientia est mūdana ⁊ secularis siue sit philosophia, siue physica, siue sciētia leguȝ, siue decretaliū: que pro tanto dicūtur superflue, q2 sine illis pōt esse salus. De ista dicit Aplus loquēs de phis ad Rom.i. Dicētes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Unde Aristo. in morte stultus factus fuit: q2 totam sapiētiam suā ꝑdidit. Unde cuidaȝ suo discipulo apparuit dicēs q nihil amplius sciebat nisi penaȝ quā sentiebat. Quantuȝ etiā ad istā sapientiā filij huius seculi sepe sunt prudētiores q̄ filij lucis: q2 viri spūales de talib⁹ sciētijs parū curāt. Unde dr̄.i. Cor.ij. Loquimur nō i doctis humane sapiētie verbis ⁊c. Tertia sapiētia est necessaria: q̄ est de expedictibus ad salutē. Et ista respōdet in cremēto aīe qd est necessarium. Et ista est sapiētia diuina que consistit in vera dei cognitione. de qua dicit Hiere.ix. In hoc gloriet qui gloriatur scire ⁊ nosse me. Quantum ad istam sapiētiā filij lucis sunt prudētiores q̄ filij huius seculi: imo in rebus diuinis filij huius seculi videntur esse stulti, filij aūt lucis valde sapientes ⁊ prouidi.i. Corin.ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spūs dei stultitia enī est illi: et nō pōt intelligere. Spiritualis aūt oīa iudicat: ⁊ ipse a nemine iudicatur.

¶ Sermo.iiij.

Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis ⁊c. Scdȝ dictū cuiusdā phi qlibet deberet habere vnū amicū ⁊ vnū inimicū: vt amic⁹ veritatē sibi diceret, ⁊ inimic⁹ vias ei⁹ obseruaret: vt

amicus eũ corrigeret, ⁊ inimic⁹ ꝑsecutiõi bus exercitaret. Nunc aũt quilibet homo hꝫ angelũ bonũ vt ad bonũ ꝓmoueat: et malũ vt tentationib⁹ exerceat. Sed quia nomen inimici est odiosum, ⁊ nullus vult habere inimicos: videam⁹ saltem qualiter possim⁹ habere amicos. Istud dñs nos docet, dicẽs. Facite vobis amicos de mã mona iniquitatis ⁊c. vbi tria ostendit: scꝫ cui amicitia sit faciẽda, qualiter, ⁊ ꝓpter quid. Primum notatur cũ dr. Facite vobis amicos de mãmona ⁊c. Amicitia aũt aliquãdo est bonoꝝ cũ bonis. Aliquãdo bonoꝝ cũ malis vel ecõuerso. Aliqñ malorũ cũ malis. ¶ Amicitia aũt que est bonorũ cũ bonis est amicitia vera: qꝛ nõ potest esse vera amicitia nisi inter bonos. Tullius. Hoc primuꝫ sentio: nisi in bonis amicitiam esse non posse. Dicũt naturales ꝙ quãdo auruꝫ debet argẽto per melleatio nem incorporari, oportet a trib⁹ ꝓcaueri: scꝫ a vẽto, a puluere, ⁊ humore: qꝛ si aliquid istorũ se interponit, perfecta vnio fieri nõ poterit. Si igitur aliqui volũt ꝑ amicitiã iungi, opꝫ vt caueãt ne inter eos sit aliquis vẽtus superbie, puluis auaritie, vel humor luxurie: qꝛ iter superbos, auaros, ⁊ luxuriosos vera amicitia esse nõ potest. Non eñ potest esse alicui amicus qui sibi est inimicus. Eccle. xiiij. Qui sibi neqꝫ est: cui alij bonus erit? Ad idẽ ꝟsus. Qui sibi non parcit, mihi vel tibi quo parcet? De veris aũt amicis Tulli⁹ dicit. Qui verum amicaꝫ intuetur, tanqꝫ exẽplar aliqd sui intuetur: quo circa ⁊ absentes assunt ⁊ egẽtes abũdãt ⁊ imbecilli valent. ⁊ (qd dictu est difficili⁹) mortui viuũt. Ueri enim amici etsi sint absentes corpore: tamẽ sunt presentes mẽte. Et si vnus meritis est egenus: in alio est abũdãs ⁊ plenus. Et si vn⁹ ad resistendum diabolo est debilis: in alio est fortis. Et si vnus est mortu⁹: in alio in his que spectant ad ordinationem dom⁹ ⁊ aie est viu⁹. ¶ Scđa amicitia est bonorũ cũ malis: ⁊ ecõuerso. Et ista bonis aliqñ est periculosa: qꝫuis malis aliqñ inueniat fructuosa. Boni eñ ⁊ malorũ familiaritate aliquãdo corrũpuntur in vita inquinãtur in cõsciẽtia: ⁊ obfuscãtur in fama. De primo ponit exẽplum Chry. sup mat. Qꝛ si vinum admiscetur aceto: vinũ non corrumpit acetum sed acetum vinum. Acetũ sunt mali: qꝛ deũ in suis operibus exacerbãt. ps. Exacerbauerũt deũ excelsuꝫ. Uinũ sunt boni qui deũ letificãt per bonã cõscientiã ⁊ ꝓximũ edificant ꝑ bonã famaꝫ. Judicũ. ix. Nunqd deserere possum vinũ meũ quod letificat deũ ⁊ homines? Quãdo igit͛ boni miscent͛ cũ malis: qꝫuis mali aliquãdo meliorẽtur boni tamen sepe i vita corrũpuntur. j. Corint. xv. Corrũpũt bonos mores colloquia mala. De secũdo ponit exẽplum Chry. vbi supra. Qꝛ si admisceatur farina cũ luto: farina nõ coinqnat lutũ sed lutũ farinã. Boni sunt farina q̃ mola timoris ⁊ amoris se cõgerũt ⁊ ad candorẽ cor suum deducũt ⁊ deo suauem panẽ faciunt. Lutũ sunt mali i ꝯspectu vel fetidi. pedibus demonũ conculcandi. ⁊ in cloacam infernalẽ proiiciẽdi. Qñ igit͛ boni miscẽtur cũ malis: qꝫuis mali qñqꝫ dealbẽtur: tñ boni sepe in cõsciẽtia inqnant͛. j. Corin. v. Modicũ fermẽtũ totam massaꝫ corrũpit. De tertio ponit exẽplũ Gre. ꝙ si aurũ argento misceatur argẽtũ ad claritatẽ exurgit: aurũ vero palescit. Aurum sunt viri scti fulgidi in fama ⁊ ꝑciosi in vita. Argẽtũ sunt mali q̃ tactu suo alios denigrãt. Qñ igit͛ boni miscent͛ cũ malis: qꝫuis mali videant͛ lucere tñ boni fama videtur pallescere. Sepe aũt cõtingit ꝙ boni cum malis miscentur ⁊ tamen nec boni malos ꝯuertũt nec mali bonos corrũpũt. Qđ ꝑ tria exẽpla videri põt. Uinũ eñ est cũ fece: ⁊ tamẽ fex nec aufert vino suã dulcedinem, nec vinũ feci suã acedinem. Similiter rose morant͛ cũ spinis: ⁊ tñ nec spine auferre possũt rosis quin redoleãt nec rose spinis quin pũgãt. Similiter aurum qñqꝫ occultat͛ a luto ⁊ tñ lutũ nõ pt auferre auro suũ fulgorẽ, nec aurũ luto suo fetorẽ. Sic sepe boni morãtur cũ malis ⁊ tñ mali nõ possunt auferre bonis suã sanctitatẽ nec boni malis suã iniquitatẽ. Tertia amicitia est malorũ cũ malis. Et ista est nimis ꝑiculosa. Mali eñ sunt igne ꝯcupiscẽtie inflammati. ⁊ ideo ampli⁹ inflãmãtur. Prouer. v. Nunqd põt qs abscõdere ignẽ in sinu suo vt cõmoueatur vestimẽta ei⁹. Sunt luto auaritie infecti ⁊ ideo amplius inficiunt͛. De quo luto dr Abachuc. ij. Ue q̃ cõgregat nõ sua vsqꝫ q̃ aggrauat ꝯtra se

densum lutū. Sūt pice supbie inq̄nati ꝛ lō ampli⁹ mutuo inq̄nant. Eccli.xiij. q̄ tetigerit picē inquinabit ab ea. Assimilat aūt supbia pici: q2 tā te est adherētie vt ceteris vitijs supatis adhuc ipsa remaneat. Scdo dñs ostēdit qualr ista amicitia sit faciēda cū dr de māmona iniq̄tatis.i. de diuitijs paupibus erogādis. fz aūt Bedā. Māmona lingua syroꝝ diuitie vocant. q̄ dicunt iniq̄tatis ſm Aug. trib⁹ de causis. Pmo q2 sepe faciūt hoīem iniquū ꝛ sunt materia multaꝝ iniq̄tatū. vñ dr ꝙ ois diues aut est iniqu⁹: aut heres iniq̄. Scdo dicunt iniq̄tatis ex eo ꝙ hoīem decipiūt q2 nec tenēt qd ꝓmittunt, ꝓmittūt eñ securitatē ꝛ dāt subitā deiectionē. stabilitatē ꝛ dāt timorē satietatē ꝛ dāt esuriē. tertio dicūtur iniq̄tatis q2 sepe ꝑ rapinas ꝛ alios modos illicitos acquirūtur. Pōt etiā dici quarto ꝙ dicunt iniq̄tatis.i. inequalitatis q2 inequaliter habent. Nā vnus hz ad superabundantiā, alius ad sufficientiā, ali⁹ ad necessitatē extremā, alius hz totalem penuriā. Tertio dñs ostēdit ꝓpter qd ista amicitia sit cū paupib⁹ faciēda cū dr . Ut cū defeceritis recipiāt vos i eterna taber. ꝛc. Gl. Nō q̄slibet paupes: sz q̄ pñt in eterna tabernacula vos recipe. Ideo dicitur Eccli xij. Da bono ꝛ ne receperis pctōrē. benefac hūili ꝛ ne dederis ipio. Qd tripliciter est intelligēdū. Primo ꝙ nō debet dare q̄s impio si credit ꝙ ꝑ donū iusticiā derelinquat. Scdo ꝙ nō dz dare q̄s impio intuitu prauitatis: vt faciūt illi q̄ dāt histrionibus intuitu histrionat⁹. Hiero. Histrionibus dare: est demonib⁹ immolare. Gl. sup predictū locū dicit. Qui aūt dat indigēti pctōri nō q2 pctōr est, sed q2 homo est nō peccatorē sed iustū nutrit q2 culpā nō diligit sz naturā. Tertio intelligit electiue: q2 in dādo iustus est impio ꝓponēd⁹. Prius est eñ subueniēdū seruis dei q̄ seruis diaboli. Ista tñ eterna tabernacula nos hic de eleemosynis edificam⁹. Sūt tñ q̄dā q̄ edificāt sibi tabernaculū siue domū i inferno, quidā in purgatorio, q̄dā in celo. Nā valde mali edificāt sibi domū in inferno de triplici materia. scz d lapidib⁹ supbie. ideo cū istis lapidib⁹ a demonib⁹ lapidabunt. Eccli. xxij. In lapide luteo lapidat⁹ est piger. Null⁹ eñ ad bene operādū est pigrior q̄ superb⁹. De luto luxurie inquinati ideo a demonibus tanq̄ lutū vile cōculcabuntur. Esaie.x. Ponet illū in cōculcationē vt lutū platearū. De spinis auaritie ideo de spinis cōburentur. Esa.xxxiij. Spine congregate igni cōburent. Mediocriter aūt boni edificāt sibi domū in purgatorio de materia triplici. scz de ligno feno ꝛ stipula. vt dicit Corin.iij. Lignū pl⁹ habet de humore q̄ fenū. Ideo tardius cōburitur. Fenū plus habet q̄ stipula iō tardius consumitur. Per ista tria intelligitur triplex amor, scz carnalitatis vt vxoris ꝛ filiorū vel cupiditatis vt diuitiarū. vel ambitionis vt honorū. qui igitur pl⁹ vel min⁹ hz de humore carnalitatis, vel cupiditatis vel ambitionis diu vel citius vel citissime cōburetur. Ualde autē boni edificant sibi domū i celo de triplici materia. scz de auro, argento, ꝛ lapidibus preciosis: vt dicit.j. Corin. iij. scz de amore dei ꝛ proximi ꝛ bonis operibus. Per aurum eñ qd est incorruptibile intelligitur amor dei qui nō corrūpitur nec finitur. Fides eñ hic finitur ꝛ ei succedit aperta visio. Spes hic finit ꝛ ei succedit plena possessio. Charitas autē nō finitur, sed incipit ꝛ ibi cōpletur: quia nō est aliquod melius: qd sibi succedere possit. Per argētū intelligitur amor ꝓximi. Sicut post aurū argentū est preciosius: sic post preceptū de amore dei, preceptū de amore ꝓximi est maius sicut dicitur Matt. xxij. Per lapides preciosos intelliguntur bona opa. Nā q̄libet eleemosyna, quelibet oratio, qdlibet ieiuniū, sunt lapides ꝓciosi. Pauperes igit nos recipiēt in suas domos celestes si nos eos receperimus in nr̄as domos terrestres Augu. Oia bona sua dñs dedit duobus hoībus diuitibus terrena: pauperib⁹ celestia. Sed deus volēs vtrūq3 saluare cōstituit vt hic diuites in sua hereditate recipiant pauperes vt paupes i sua hereditate diuites collocent vt in eterna hereditate vterq3 ꝑ alium collocetur.

¶ Dñica.x. post trini. Sermo.j.

Cum appropinquaret iesus hierosolimā videns ciuitatem fleuit super illā ꝛc. Luc. xix. Sicut dicitur.

Ecclesia.xix. Ex visu cognoscitur vir ⁊ ab occursu faciei cognoscunr sensatus.|Amictus corporis ⁊ risus dentiũ ⁊ ingressus hois enunciant de illo. Ex istis quatuor in isto euangelio xp̄s cognitus videtur. Primo ex visu faciei q̄nte fuerit maiestatis: qꝛ sicut dicũt sancti q̄dã splendor mirabilis de eius facie procedebat ita ꝙ nullus in eius faciẽ intueri nec sibi cõtradicere audebat. Secũdo ex amictu quante fuerit iustitie ⁊ equitatis: qꝛ iustitiã se induit qñ vẽdentes ⁊ emẽtes de tẽplo eiecit. Job.xix. Justitia ĩdutus sum ⁊ vestiui me sicut vestimento. ¶ Tertio ex fletu non ex risu q̄nte fuerit compassionis. Quarto ex ingressu quãte fuerit deuotionis. Quãdo enim homo libenter graditur ad spectacula, signum est vanitatis: qñ vero libẽter ad ecclesiam signũ est deuotionis. Xp̄s aũt qñ cunq̧ hierusalem veniebat mox ad templum ibat. Jn p̄senti euãgelio tria de xp̄o tanguntur. Primo ꝙ xp̄s fleuit post honorem sibi exhibitũ. Supra eñ immediate legitur ꝙ cũ appropinquasset ad descensum mõtis oliueti turbe sibi occurrerũt: ⁊ cũ cãticis ⁊ laudib⁹ eũ susceperũt: ⁊ cum appro. hie. fle. sup eã. Ex q̄ re voluit ostẽdere ꝙ mũdana letitia cito in fletũ cõuertitur. Prouer.xiiij. Risus dolore miscebit. Est autẽ letitia mũdana sicut vinũ purum ꝙ cito inebriat nisi temperet vel meditatione mortis vel recordatione alicui⁹ aduersi preteriti vel timore p̄ntis vel timore aduersi futuri. Eccli.xi. I die bonoꝝ ne im memor sis maloꝝ. Tria eñ sunt q̄ occidũt holem. s. letitia, tristitia, ⁊ ira nisi tẽperet. Nimia eñ letitia aliqñ subito occidit: qꝛ cor tũc nimiũ dilatat: ⁊ calor ad exteriora transit ⁊ a corde recedit: ⁊ ideo mors interuenit. Vñ refert Valeri⁹ ꝙ cũ cuidam mulieri mors filij absentis ab errore fuisset nunciata. vbi illa merẽs sederet subito filius aduenit. Quem illa vidẽs subito in amplexus ei⁹ iuit: ⁊ mox exanimata corruit. Legitur de Aristo. ꝙ cum remearet ad propria nũciauit matri sue aduẽtũ suũ dicẽs. Ne turberis cũ p̄ceperis de infirmitate mea modica: statim vt cõualuit simulans se infirmari vt letitiam matris tẽperaret dolore ne ei eueniret sicut euenit mulieri p̄habite q̄ ruerat in amplex⁹ filij ad se veniẽtis. Tristitia autẽ non occidit subito sꝫ paulatim: qꝛ in tristitia primo retrahit calor naturalis ad interiora: ⁊ post ea exalat ad exteriora. Et talis exalatio caloris p̄hibet nutrimẽtũ in membris ⁊ operatur consumptionẽ in illis: ⁊ ideo p̄ processum tp̄is. sequit ethico. prouer.xvij. Spiritus tristis exsiccat ossa ⁊c. Jra vero nunq̄ occidit: quia in ira non solum calescunt mẽbra interiora: sꝫ etiã exteriora: ⁊ sic remaneat calor ĩ sua radice: ⁊ iõ mors in homine nõ causat ex ira. Ex his datur intelligi ꝙ nimia letitia ⁊ tristitia animam occidunt. Propter primũ dicitur Prouerbio.j. Prosperitas stultorũ perdet illos. Propter secundũ dicitur.ij. Corin.vij. Seculi tristitia mortẽ operatur. Jn hoc tñ differũt quia citius moritur anima in prosperitate ꝙ in aduersitate. Augu. in libꝛ.l. homel. Multi res aduersas timent, p̄speras nõ timẽt: periculosior tamẽ est res p̄spera animo q̄ aduersa corpori. Pri⁹ eñ corrũpunt p̄spera vt inueniant q̄ frãgũt aduersa. Qñ sanct⁹ Dauid Saul inimicũ patiebatur aliaꝫ non concupiuit vxorẽ. At vbi factus est securus, tumor excreuit ⁊ ĩ adulteriũ ⁊ homicidiũ cecidit. Jra vero q̄ est per zelũ nõ occidit sed viuificat ⁊ illũ qui sic irascit qꝛ sic meritũ inde acq̄rit ⁊ illum cõtra quẽ irascit qꝛ sepe ad vitã gratie redit. Ezech.iij. Si tu annũciaueris iusto vt nõ peccet: ⁊ ille nõ peccauerit viuẽs viuet qꝛ annunciasti ei: ⁊ tu animã tuã liberasti. Secũdo tãgitur ꝙ xp̄s fleuit supereminẽs periculũ cũ dicit. Si cognouisses mala tibi imminẽtia ⁊ tu sꝫ fleres. Quinq̧ aũt vicibus xp̄s legit fleuisse. Primo ex infantili necessitate. Sap.vij. Primã vocẽ emisi similẽ oib⁹ plorãs. Vñ cantat eccl'ia. Vagit infans inter arcta ⁊c. Et signat fletum quo flere debem⁹ qꝛ in hac miseria positi sum⁹. Aug. puer q̄ nascit icipit a ploratu. Lachrymie testes sunt miserie nõdũ loq̄tur ⁊ iam prophetat. Jsta autẽ miseria icipit a natiuitate cõtinuat in vita ⁊ p̄tẽdit vsq̧ad mortẽ: ideo vita humana fluuio cõparatur. Fluuius eñ in principio ⁊ in fine habet amaritudinẽ: qꝛ in mari oritur ⁊ in mare progredit. Jn medio autẽ hꝫ labilitatẽ. Sic natiuitas nostra est amara qꝛ immũda. vita amarior, qꝛ labilis ⁊ caduca.

moro vero amarissima qr piculosa. Scdo fleuit ex nimia cōpassione sicut pt3 hic. et signat fletū quo flere debem⁹ sup calamitatibus miserorꝝ. Job.xxx. Flebā quōdā3 sup eo q̄ afflict⁹ erat rc. Ista aūt cōpassio maior fuit in xpo q̄ in aliquo alio: r rō est qr cōpassio aliqñ causat ab amore naturali fm q̄ hō hoiem naturalr diligit: et ideo naturalr cōpatit homo hoi afflicto imo nō vr esse homo sed bestia crudelis q̄ hoi afflicto nō cōdolet: qr tñ iste amor est paruus iō parū mouet. Aliqñ causat ab amore accidētali secūdū quē homo diligit aliū quadā amicitia tēporali. Et ex tali amore cōpatitur amico dolenti nō tñ qr homo, s3 qr amic⁹: r iste amor magis mouet q̄ primus amor: aliqñ causat ab amore spirituali scdm quē homo diligit alterū in deo r s3 deū r est maior q̄ prim⁹ vel secūd⁹: qr nō tñ facit duo corda esse vnū. Act.iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnum r aīa vna rc. s3 vt ambo sint vnius corporis mystici mēbra r iō si dolet vnu3 mēbrū cōpatit aliud. r iste amor magis mouet q̄ prim⁹ vel secūd⁹. Et qr iste amor in xpo fuit maior q̄ in aliquo alio: ideo in eo cōpassio maior fuit. Sed multi sunt qui hāc cōpassionē nō habēt. Aug. Sūt ne in te viscera cōpassiōis xpiane q̄ plāgis corpus a q̄ recessit aīa: r nō plāgis aīam a q̄ recessit de⁹. Tertio fleuit ex immēso amore sup lazarū mortuū. Et significat fletum quo flere debem⁹ sup illos q̄ mortui sunt i peccatis. Hier.ix. Quis dabit capiti meo aquā r oculis meis fontē lachrymarū et plorabo die ac nocte interfectos ppli nostri. Augu.sup ps. Multi male gemunt gemo r ego, quia cōpatior his qui male gemunt: am sit nūmū mínimū r gemit. amisit deū r nō gemit. Eccl'iasti.xxij. Sup mortuum plora, qr defecit lux eius. Et super fatuu3 plora deficit eñi sensu. Et infra. Luctus mortui septē dies. fatui autē r impij oēs dies vite illoru3. Ex quibus verbis habet q̄ tres sunt plorādi: sc3 mortuus, fatuus, r impius. sed differēter. Mortu⁹ eñi est plorādus: s3 paruo tēpore. Fatu⁹ aūt plorādus est toto tpe vite sue. Impi⁹ autē plorād⁹ est in tota vita sua r etiam post vitā suā. Quarto fleuit xps ex viscerosa pietate sup casum iude. Aug. in quodam sermone. Dñs noster delictū iude lachrymauit: vt eñi ait euāgelista. Cu3 vidisset eū turbat⁹ est r dixit. Un⁹ ex vobis me tradet. q̄sta mia dei tradit⁹ pp̄ter pditorē dolet: prodit⁹ p pditore turbat. Per qđ dat intelligi q̄ debemus fleri plātos r clericos qñ cadūt qr eorꝝ casus est valde periculosus. Sicut eñi bon⁹ sacerdos vocat angel⁹ vt dicit. Mal.ij. Sic malus vocat diabo. Joh.vj. Nōne.xij. vos elegi r vn⁹ ex vobis diabolus est. Chry. Nihil in tantu3 destruit ecclīā sicut clericos laicis esse deteriores. Esai.xxiiij. Et sicut ppls sic sacerdos. Bern. vtinā sic r nō peior populo sacerdos. Quinto fleuit ex intimo dolore r hoc in cruce. vt habetur. Heb.v. Et signat fletū cōpunctionis quē debēt habere illi q̄ sunt in cruce penitētie. ps. Lauabo p singulas noctes lectū rc. Aug. Sciat se culpabiliter durū qui deflet mortē amici vel dāna rei tēporalis r dolorē peccati nō ostēdit in lachrymis. De isto fletu dicit Glo. sup Thob. Oratio deū lenit, lachryma cogit: hec vngit illa pungit: q̄uis igit xps tot vicib⁹ fleuerit risisse: tñ nō legit. Bern. Xpm fleuisse risisse vero aut leuiter iocasse nunq̄ legim⁹. Chry. Frequēter inuenis dñm flentē, nunq̄ autē ridētem nec saltē leuiter subridētē. Nec hoc dico vt risum penitus abscindā, s3 vt dissolutionē extinguā. Tertio ostēditur in euāgelio q̄ xps post fletu3 assumpsit magnū zelu3: qr de templo expulit vendentes r ementes. Dicitur eñi Joan.ij. q̄ expulit de templo oues r boues r nūmularios r vēdētes columbas q̄ prelat⁹ debet cōstāter reprimere hypocritas pellē ouinā simulantes: tyrannos cornu sue potētie bonos ventilantes vsurarios r symoniacos dona sancti spiritus q̄ p colūbā intelliguntur vendētes. De zelo autē r constantia prelati dicitur. Eze.iij. Ut adamātē r vt silicē dedi faciē tuā. Hier.j. Ego q̄ppe dedi te i colūnā ferreā r in muru3 eneu3 sup oēm terrā. Ex q̄bus v̄bis habet q̄ cōstātia prelati d3 esse instar adamantis, silicis, ferri, r eris. adamas sicut dicit glo. est in honorē. Et q̄uis cum auro ponatur tñ nō extollitur. Si lex est in conculcationē r tñ nō frangitur. Ferrum omnia domat Et repercussum resonat. Tunc igit prelatus est sicut adamas

quãdo impẽsus honoꝛ ipsum nõ extollit
Tunc est sicut silex qñ nulla aduersitas
ipsum frangit. Tunc est sicut ferrum quã=
do colla tyrannoꝝ potẽter premit. Tũc
est sicut es quando aduersitatibꝰ ꝑssus
dei laudem depromit.

¶ Sermo.ij.de eodem.

Veniẽs dies in
te ⁊ circũdabunt te vallo ⁊c.
Sicut legit͛ i lib.ꝗ dr mittra
lis. Istud euangeliũ ideo in
mẽse Augusti decãtat͛: qꝛ ci=
uitas hierusalẽ in illo mẽse ꝑmo a Nabu
chodonosoꝛ, deinde a romanis destructa
fuisse inuenit͛. Supradicta aũt ꝟba ꝗ de ci
uitatis destructiõe dicunt͛ intelligi pñt li=
teraliter ⁊ moraliter. Quantũ eñ ad lite=
rã verũ fuit ꝙ Romani pꝛĩcipes, scʒ Ue=
spasianꝰ ⁊ Tytꝰ hierlm obsederũt: ⁊ cir=
ca eã fecerũt tres aggeres ⁊ sup aggeres
fecerũt vallũ.i.concathenaturã de vallis
hoc est de palis. Capiẽtes aũt ciuitatẽ eã
destruxerũt. Iudei aũt ꝗ in syluis ⁊ spelũ
cis latitauerãt redierũt, ⁊ ciuitatẽ reedifi
care ceperũt. Tunc romani illud miserũt
Heliũ adrianũ ꝗ ciuitatẽ funditus euer=
tit ita ꝙ lapis sup lapidẽ nõ remãsit. Iux
ta locũ tñ illũ quãdã ciuitatẽ eis reedifi=
cauit, ⁊ suo noĩe eã Helyã nominauit. Et
lõgo tpe sic vocata fuit: ꝙ aũt illa ciuitas
nõ sit mõ vt priꝰ erat pʒ qꝛ sepulchꝛũ chri
sti tũc erat extra muros. Mõ aũt i medio
ciuitatis est. Istam autẽ victoriã dt Aug.
super ꝑs. Romani a deo habuerunt, licet
ipsi diis suis ascriberẽt. Et dicit Aug. ibi=
dẽ ꝙ in hoc Romani facti sunt instrumẽtũ
irati, nõ regnũ placati. Facti sunt securis
dei qua iudei sunt excisi: ⁊ virga dei qua
sunt ꝑ meritis flagellati. Et subdit. Aug.
ꝙ pr̃ qñ filiũ verberat virgã ꝓijcit i ignẽ:
⁊ filio seruat hẽditatẽ. Sic Rom. illi pie=
rũt ⁊ multi ex iudeis crediderũt: ⁊ in fine
mũdi credituri sunt. Noluit eñ deꝰ vt iu=
dei penitus cõsummẽtur: sed dispergant͛
ꝓpter tres causas ꝓpter quas etiã eccl'ia
nõ ꝑsequitur iudeos: ꝗuis ꝑsequat͛ hẽti=
cos. Primo qꝛ in fine mũdi oẽs debẽt cõ=
uerti. Iuxta ꝑs. Cõuertantur ad vesperã
⁊c. Secũdo vt sit nobis memoriale dñice
passionis. Quoties eñ iudeos videmus
toties passionis dñi recordamur. ꝑs. Ne
occidas eos nequãdo obliuiscantur po=
puli mei ⁊c. Tertio qm̃ ipsi sũt librarij no
stri Augu. super ꝑs. Ne forte pagani di=
cant nobis. Uos christiani literas istas cõ
posuistis: proferimꝰ codices a iudeis ini=
micis vt cõfundamus alios inimicos. Co
dicẽ portat iudeus vt inde credat xpianꝰ.
Librarij nr̃i facti sũt: qñ serui post dños
codicẽ ferre solẽt. Causa aũt huiꝰ euersio
nis ponit͛ cũ dr. Ex eo ꝙ nõ cognouisti tẽ=
pus visitationis tue. Hiere. viij. Miluꝰ in
celo cognouit tẽpus suum turtur ⁊ hyrun
do ⁊ cyconia custodierũt tẽpus aduẽtus
sui: populus autẽ meus nõ cognouit iudi
cium dñi. Glos. Aues sua nouerũt tẽpora
vt sciant quãdo ad calida festinãtes loca
rigorẽ hyemis declinare debeãt: ⁊ veris
principio ad solitas redire regiones. De
miluo autẽ vnum verbũ moraliter videa
mus. Dicit͛ autẽ ꝙ primo anno est multũ
audax ⁊ multe magnanimitatis ⁊ magnas
capit aues. In scd'o anno efficit͛ pusillani=
mis ⁊ ad capiendos pullos ⁊ passeres se
cõuertit. In tertio timidioꝛ efficitur: ita ꝙ
muscas ⁊ vermes sibi q̃rit. In q̃rto sic est
timidus ꝙ nihil viuũ audet inuadere: sʒ
ad cadauera bestiarũ se cõuertit. In q̃n=
to fit sic miser ꝙ nihil tangere audet: ⁊ sic
fame moritur. Sic etiã sunt multi qui pri=
mo anno cõuersionis opera fortia faciũt.
In secũdo efficiũtur tepidi ita ꝙ vix par
ua facere volũt. In tertio: cogitatiões vo
latiles ⁊ immundas recipiunt. In quarto
ad immũdicias peccatoꝝ redeũt. In q̃n=
to tantã famẽ semper inueniũt: ꝙ in tali
fame miseri moriũtur. Scd'o pñt verba il
la exponi moraliter. Peccatoꝛ quidem in
morte circũdatur coangustat͛: ⁊ ad terrã
prosternit͛ ⁊ lapis sup lapidẽ nõ relinquet͛.
Circũdatur a demõibus. Uenit quidẽ dia
bolꝰ ad xp̃m morientẽ venit ad bonos ve
nit ad malos: sʒ differẽter. Uenit ad chri=
stum quidem: sed nihil in eo inuenit suũ.
Ioãnis. xiiij. Uenit enim princeps huius
mundi: ⁊ in me non habet quicq̃. Greg. i
homelia. Quia eñ hũc mortalem hominẽ
vidit: suũ aliquid inuenire in ipso posse se
credidit: sed sine vllo peccato a mũdi coꝛ
ruptione exijt qui sine peccato in mundũ
venit. Ad bonos etiã venit: ⁊ suum aliq̃d

in eis inuenit:sed tñ eos rapere nequit:qꝛ
xp̃s ꝓ eis debitum soluit. Gre. Uenit inq̃t
princeps mundi huius ⁊c. Hoc dicere nõ
ꝓsumpsit petrꝰ clauiger celestis nec pau=
lus ad celum raptus. Nec ioannes in si=
nu xp̄i receptꝰ q̃a sine culpa in mũdo esse
non potuit:qui in mundum cum culpa ve=
nit. Uenit etiã ad reprobos ⁊ sua multa in
eis inuenit:⁊ eos ad tartara rapit Greg.
Maligni spiritꝰ ab anima egrediẽte ope=
ra requirunt:mala que suaserunt replicãt
vt secum ad tormenta trahant. Specialr
aũt diabolus ad moriẽtes venit:vt de ar
ticulis fidei eos tentare possit. Nõ eñ tũc
diabolus hoĩ moriẽti immittit suggestio=
nem diuitiarũ vel honorũ vel delitiarũ qꝛ
posset sibi moriens respondere:ad q̃d mi
hi diuitie qꝛ eas mecũ nõ possuz portare.
Ad q̃d delitie:qꝛ vermes stati corpꝰ meũ
debẽt comedere. Ad q̃d honores:qꝛ stati
in puluerẽ debeo redire. Et ideo immittit
suggestiones de fide que est fundamẽtum
vt illo destructo totũ edificiũ destruatur.
Ideo in ordine nostro est laudabilis ꝯsue
tudo:vt cũ aliquis frater i extremis labo
rat:facto aliq̃ ligno:fratres vbicũq̃ sint:
in lectis siue in mensa surgunt ⁊ ad moriẽ
tem dicendo symbolũ fidei currũt. Secũ
do peccator in morte coangustat a pecca
tis. Demões eñ oĩa peccata ad memoriã
sibi reuocãt vt ad desꝑationẽ trahũt Gre.
Maligni spũs animã vndiq̃ angustãt qñ
eñ nõ solum operis,verũ ⁊ locutiõis ini=
quitates replicãt:vt q̃ priꝰ se per multa di
latauit in scelere ad extremũ de oĩbus an
gustet in retributione. Pctã eñ illa aĩa nõ
põt negare:nec illa effugere nec ea emen=
dare ⁊ iõ i angusto ⁊ in arcto multũ posita
erit. Ber. Tũc loquẽtia simul eiꝰ opa di=
cẽt,tu nos egisti,opa tua sumꝰ:nec te dese
remꝰ sz semꝑ tecũ ad iudiciũ ꝑgemus. Iõ
nõ est tutũ hoĩem i extremis laborãtẽ in=
ducere ad recordationẽ suorũ pctõrũ sed
potiꝰ ad spẽ diuine mĩe,ad memoriã dñi=
ce passionis,⁊ ad recordationẽ suorũ bo=
norũ q̃ in vita fecit:⁊ ꝓ q̃bꝰ de dei mĩa spe
rare põt. Tertio hõi morte ad terrã pro=
sternitur:qꝛ corpus incineratur. Eccli.iij.
De terra facta sunt omnia ⁊ in terrã pari
ter reuertẽtur. Noluit autez dñs hominẽ
facere de aqua ne esset nimis delitiosus.
Nec de aere ne esset nimis suꝑbꝰ:nec de
igne ne esset nimis iracundus. Sz de ter=
ra que est elementũ frigidum ⁊ siccũ ⁊ ĩfi=
mũ,vt ꝑ hoc daret intelligi q̄ homo dz eẽ
frigidꝰ ab igne iracũdie:siccꝰ ab humore
lasciuie:⁊ infimus a tumore suꝑbie:q̃uis
aũt deꝰ homini fecerit corpꝰ terrestre aĩ
mã tñ fecit celestẽ. Unde sancti viri lz i ter
ra habitauerũt corpore:i celo tñ habitãt
mẽte. Dicet igitur deꝰ in iudicio auaris:
terra es ⁊ i terra infernali sepelieris. Lu
ce.xvj.ca. Mortuꝰ est diues ⁊ sepultꝰ ẽ in
inferno. Dicet iracũdis ignis es:⁊ i igne
gehenne combureris. Job.xxxj. Ignis est
vsq̃ ad consummationẽ deuorans. Dicet
delitiosis:aqua es ⁊ in aquis infernalibꝰ
demergeris. Exo.xv. Submersi sũt quasi
plumbũ in aquis vehemẽtibus. Dicet su=
perbis:ventus es:et ideo grauiter allide
ris. Job.xxx. Eleuasti me et quasi suꝑ ven
tum ponens allisisti me valide. Bonis au
tem qui habuerunt animã celestem dicet:
celum es:et ideo in celo regnabis in eter
num. Matth.xxv. Possidete paratum vo
bis regnum ⁊c. Quarto lapis suꝑ lapidẽ
nõ relinquetur:quod qualiter sit intelligẽ
dum Grego. ostendit in homelia dicens.
Peruersa mẽs cũ peruerse cogitatiõi ad=
huc peruersiorẽ adũcit:quid aliud q̄ la=
pidẽ super lapidẽ ponit. Sed cũ ad vltio
nem suam anima ducitur omnis illa cogi
tationũ suarũ cõstructio dissipatur. Iuxta
illud. ps. In illa die peribunt cogitatiões
eorũ:nec mirum si anima sic dissipatur in
morte que priꝰ fuerat dissipata in vita si=
cut ostendit Origen. dicens. Uerꝰ christi
cultor templum est dei integrum et perfe
ctum:sed si fidem teneat ⁊ opera deserat
templum est ex parte consistens et ex parte
te destructum. Si autẽ in peccato perma=
neat,sic paulatim minuitur donec in ea la
pis super lapidem mandatorum dei non
remaneat qui non destruatur.

¶ Sermo.iiij.

Domꝰ mea do=
mus oratiõis vocabitur ⁊c.
Consuetudo xp̄i erat q̄ quã
do veniebat hierusalẽ mox
ad templũ currebat qđ facie
bat duplici de causa:vt dicit Chryso. P ...

mo vt i hoc exẽplũ nobis daret. Unde dicit. Propriũ erat boni filij veniẽtis hierusalẽ vt ad domũ curreret patris. Tu aũt imitator xp̃i fact⁹ cũ aliqñ ingressus fueris ciuitatẽ. Primo ante oẽm actum ad ecclesiã debes currere. Scd̃o vt sacerdotiũ sanaret. Dicit ei q̃ sacerdotiũ est sicut stomachus in corpore qr sicut stomacho lãguẽte oĩa alia mẽbra lãguẽt. Sic qñ sacerdotiũ lãguet: lãguẽt oĩa mẽbra subditorũ. Jd̃ xp̃s originẽ sue passiõis curare volens ad templũ venit ⁊ vẽdẽtes ⁊ emẽtes eiecit. Sacerdotes in atrio templi boues ⁊ oues tenebãt: ne ex defectu hostie se aliq̃s excusaret. Cãpsores etiã ibi stabãt vt nõ habẽtib⁹ vñ emerẽt pecuniam mutuarẽt. Ista aũt tãta auaritia sacerdotũ fuit magna cã destructionis iudeoꝝ. Uñ dicit beda. Post numerata mala ingressus in tẽplum vẽdẽtes ⁊ emẽtes eiecit. Jn hoc insinuens q̃ ruina populi maxime sacerdotũ culpa fuit. Dũ eñi vẽdẽtes ⁊ emẽtes ꝑcussit ostẽdit vñ radix perditiõis ꝓcessit. Exponẽs autẽ supradictũ verbũ dixit ab initio. Dom⁹ mea dom⁹ orõnis vocabit̃. Dom⁹ aũt dei ad q̃druplex officiũ est facta sicut ex p̃senti euãgelio colligit̃. Primo eñi facta ẽ deo ad habitãdũ: qd̃ notat̃ cũ d̃r. Dom⁹ mea .i. mihi ad habitandũ electa. Apo. xxj. Ecce tabernaculũ dei cũ hoib⁹ ⁊ habita. ⁊c. ij. paral̃. vij. Elegi locũ istũ vt sit nomẽ meũ ibi i sempiternũ ⁊ permaneãt ocli mei et cor meũ ibi cũctis dieb⁹. Ex q̃b⁹ v̓bis habet̃ q̃ de⁹ in eccl̃ia ponit oclos suos nomẽ suũ ⁊ cor suum. Oculos suos ibi h̃z q̃b⁹ videt orõnes: genuflexiones et lachrymas bonoꝝ: q̃b⁹ etiã videt vanitates ornamẽtoꝝ. Amb. sup primam ep̃lam ad Thim̃. Qui i orõne vult exaudiri amota a se pompa inclinare se d̃z vt dei miam ꝓuocet. Habit⁹ nãq̃ superb⁹ nõ impetrat qd̃ orat: nec de se recta facit credi. Et q̃to magis hoĩnib⁹ mulier splẽdescere videt̃, tãto magis a deo despicitur. Uidet etiã illos ⁊ illas qui verba vana et detractoria in ecclesia loquũtur. Legitur de sancto Sixto ep̃o lanuẽsi: q̃ semel i ecclesia cõsistens in risum est maximũ ꝓuocatus: asserens se vidisse demonẽ loquẽtes in ecclesia scribentem ⁊ cum charta deficeret et ille cum dentibus eam elongare vellet: subito charta fracta caput ei⁹ valido ictu murũ impegit: ita vt sonitus collisionis et vulnus capitis sequeretur ⁊ sic ille euanuit. Uidet etiam illos qui ecclesiã polluunt per aliqua illicita vel secularia que ibi faciunt. Legitur q̃ pompeius equos i porticũ templi salomonis stabulari fecit: et cum vsq̃ ad diem illam fuisset fortunatissimus nunq̃ postea pugnauit: quin semper ab hostibus vinceretur. Scd̃o ibi habet nomẽ suũ: quia domus dei vocat̃. Domus aũt a domo domas appellari cõsueuit quia domãtur .i. humiliantur in ea habitãtes et ex hoc humiles ⁊ boni sunt domus dei. Superbi aũt dñt vocari domus luciferi. Et sc̃d̓z hoc poterit deriuari a doma: que eleuatus sup oẽm structuram domus. Et ꝑ optime hoc nomẽ supbie cõpetit talibus qui gloriãtur ⁊ vtũtur ea: cum etiã hoc derinet̃ a sup et deo beas: q̃a talis vult sup oẽs esse beatus ⁊ eleuat⁹ auari ⁊ vsurarũ dom⁹ mammone dñt appellari. Luxuriosi ⁊ imũdi dom⁹ asmodei. Jnstabilis ⁊ querulosi domus beelzebub q̃ d̃r deus muscarum. Tertio deus h̃z ibi cor suum. D̃r enim Matth. vj. Ubi est thesaurus tuus: ibi ⁊ cor tuũ. Thesaurus dei est corpus xp̃i qd̃ in eccl̃ia cõficit̃. Sũt sacramenta ecclesie q̃ ibi ministrãtur. Suspiria ⁊ orõnes sctõrũ q̃ ibi fundũtur. Thesaurus etiam dei est xp̃i meritum infinitũ ⁊ excellentia ⁊ supabundãtia merita sanctoꝝ virorũ. De quibus thesauris eccl̃ia indulgentias facere consueuit. Scd̃o eccl̃ia fcã est ad orandũ. Uñ subditur. Domus orõnis vo. ij. Paral̃. vj. Quicũq̃ orauerit i loco isto exaudi. de habi. j. Trib⁹ aũt d̃ causis cõtingit vt dicit Beda. Quare orõnes nr̃e aliquãdo nõ exaudiuntur. Primo qñ petimus indigna ⁊ nobis nociua: sicut tẽporalia ⁊ terrena. Legit̃ in fabulis poetarũ q̃ mida rex petijt ab apolline vt q̃cq̃d tãgeret aurũ fieret: ⁊ cõcessum est ei. Cum igitur cibum vel potũ manib⁹ vel labijs tangeret: mox vertebat̃ in aurũ: ⁊ sic fame mortuus est. Sic etiã abũdãtia diuitiarũ facit auarũ famelicũ ⁊ ipsũ trahit ad interitũ. j. Thim̃. vj. Que volunt diuites fieri ⁊c. Et subditur. Que mergunt hominẽ in interitum. Scd̃o petim⁹ indigne .i. existentes i aliquo crimine. Esa. j. Cũ multiplica

neritis orones non exaudiã man⁹ eñi vře sanguine plene sunt. Treno.iij. Opposuisti nubē tibi ne trāseat oro. Zachar.v. Misit massam plūbeā in os amphore.i.aie: et dixit hoc est iniquitas. Et his habetur q̄ peccatū tāq̄ sāgu s oronem maculat: et iō non audet coraȝ dei oculis apparere. Tā q̄ nubes eam obtenebrat: et ideo nescit p viā incedere. Tanq̄ plūbū eā ꝑgrauat: et ideo nō pōt in celū ascēdere. ¶ Tertio qū petim⁹ ꝑ indignis. Hiere.xv. Si steterint moyses et samuel coram me: nō est anima mea ad populū istū. Legitur i vita patrū q̄ cū quidā frater tentaret: et quidam sanctus pater ꝑ eo oraret et tentatio non recederet: vidit deo sibi reuelāte spiritū fornicationis diuersis formis mulierem coram illo fratre ludētē et ipsi applaudētē: vidit etiā angelū ipsū increpātē quare se nō iuuaret: et dixit ei senior. Impossibile est q̄ tu saneris nisi te adiuues orationib⁹ insistendo et tētationibus diabolicis viriliter resistendo: et corpus ieiunijs macerando: quod cum ille fecit liberat⁹ est. Si etiam de aliquib⁹ constaret q̄ presciti essent ad cōdēnationē nō plus ꝑ ipsis q̄ pro demonibus esset orādum. Aug. de ciuitate dei. Si ecclesia certa esset de aliquibus q̄ predestinati essent ad ignem eternū cum diabolo, tā ꝑ eis nō oraret q̄ nec ꝑ ipso diabolo. Sȝ qr de nullis certa est, orat ꝑ omnibus duntaxat hoib⁹ in hoc corpore cōstitutis. Tertio ecclesia facta est ad deum laudandū. Unde cū pueri xp̄m laudarēt. vt dicitur parum supra: et pharisei hoc reprehēderēt dixit xp̄s. Dico vobis q̄ si hi tacuerint lapides clamabūt. Iste em̄ laudes puerorum facte fuerūt in tēplo. vt dicitur Matth.xxj. Iste enim laudes i septē horis canonicis sunt flēde. In matutinis enim deus laudat quia illa hora christus fuit natus: a iuda traditus: a iuda captus et illusus: ad iudiciū creditur esse vētur⁹. Iuxta illud Matth.xxv. Media nocte clamor factus est rc. In hora prima de⁹ laudatur: qr tunc celum et terram ad nostrum seruitiū creauit. Ad tēplū personalr xp̄s ire cōsueuit. Iuxta illud Luc.xxj. Omnis populus manicabat.i.mane festinabat ad ipsum in templo.s.existentem. Mulierib⁹ etiam post resurrectionē i hac hora apparuit. In hora tertia laudatur: qr tunc xp̄s ad columnā flagellatus fuit: sententiā sue mortis accepit et spiritum sanctum misit. In sexta hora laudatur: quia tunc in cruce fuit confixus: sol fuit obscurat⁹: et christus volens in celum ascendere fuit cū discipulis conuiuatus. In nona laudat: qr tunc christus in cruce spiritum emisit: vulnus in latere accepit: et celos ascendit. In vesperis laudatur: qr tunc sacramentum corporis et sanguinis instituit: discipulorum pedes lauit: et in habitu peregrini resurgens apparuit. In completorio laudatur qr tunc xp̄s sanguineas guttas sudauit. De cruce depositus: in monumento clausus fuit. Et post resurrectionē clausis ianuis ad discipulos introiuit. Quarto ecclesia facta est ad docendum: vnde sub ditur. Et erat quotidie docens in templo rc. Ille aūt qui docet salubriter debet docere et debet habere vitā ꝑfectā: doctrinā claram et sonorā charitatē succensam: et i his oibus finalem perseuerātiā. Ista quatuor signata sunt. Exod.xxxix. vbi dicit q̄ in parte inferiori per circuitū tunice sacerdotalis erāt mala granata et titinnabula aurea. Per malagranata: q̄ habēt in cortice amaritudinem: et intus dulcedinem significatur perfecta vita doctorum qui debent habere asperitatē vite in corpore, sȝ dulcedinem deuotiōis in mēte. De quib⁹ dicit Bernard. Multi vident crucem nostram qui non vident vnctionem nostram. Per titinnabula significatur doctrina que debet esse clara et sonora quia sicut dicit. j.Corinth.xiiij. Si incertam vocem dederit tuba: quis preparabit se ad bellū. Per hoc aūt q̄ tintinnabula erant aurea significatur charitas succensa. Per aurum em̄ feruor charitatis accipitur: qui tantus debet esse in predicatore vt nō dimittat eum tacere. Hiere.xx. Fact⁹ est sermo dei i corde meo quasi ignis estuans: claususq̄ i ossibus meis et defeci ferre nō sustinēs. Per hoc autem q̄ tintinnabula erant in fine tunice signatur finalis ꝑseuerantia sine qua nulla bona sunt deo accepta. Bern. in epistola ad ianuarium. Tolle perseuerātia, nec obsequium mercedem habet nec beneficium gratiam nec laudem fortitudo.

¶ Dñica.xj. post trini. Sermo.j.

Duo homines ascēderūt in tēplū vt orarēt: vn⁹ phariseus, ⁊ alter publican⁹: ⁊c. Luc. xviij. Secut dr in historia scholastica. Pharisei dr diuisi: qꝛ a ceteris iudeis i q̄busdā obseruātijs diuisi erant. Nā in fronte ⁊ in manib⁹ mēbranas portabāt in quibus decalog⁹ script⁹ erat ad innuēdū φ dei precepta ante oculos cordis habere debebāt per iugē meditationē ⁊ in manib⁹ p̄ impletionē. In fimbrijs etiā palliorꝫ spinas alligabāt vt incedētes pungerētur, ⁊ sic mandatorꝫ dei memores redderētur. De horꝫ numero erat ille pharise⁹ de quo in precedēti euāgelio agit̄ qui cū publicano in tēplū ascēdit, Et q̄uis ex societate publicani debuisset humiliari magis tñ inde intumuit. Unde sup illō. Uelut etiā hic publicanus dicit. Interl. Ecce ex vicino publicano maior tumoris accasio. Superbus em̄ ex malis ⁊ ex bonis ꝓximi semp̄ facit dānū suum. Si hꝫ iuxta se miserū inde magis inflatur: si felicē liuore torquetur. Econtra hūilis vbiqꝫ lucratur. Si hꝫ iuxta se miserꝫ cōpatitur misero: si felicē inde magis humiliatur habuit aūt iste phariseus bonū principiū, sed malū ꝓgressum ⁊ peiorē exitū. Habuit q̄dē bonū p̄ncipiū, qꝛ ascēdit i tēplū vt oraret. Propter hoc em̄ q̄libet ad ecclesiā ire debet vt ibidē oret: nō vt se ostēdat sicut vane faciūt mulieres. Est aūt oro vt dicit Dama. petitio decētiū. A deo em̄ debemus petere ea que decet deū dare: ⁊ nobis expediat accipere. Que aūt sint illa dt Glo. sup illud Matt. xxvi. Orauit tertio eundē sermonē dicēs. Trib⁹ inquit vicib⁹ orauit vt nobis a preteritis peccatis veniā ⁊ a presentibus malis tutelam ⁊ a futuris periculis cautelam impetraret. De primo Ecclesia. xxxviij. Fili in infirmitate tua ne despicias teipsum: sꝫ ora deum ⁊ ipse curabit te. De secundo. Matth. xxvi. vigilate ⁊ orate vt nō intretis in tētationē. De tertio Luc. xxi. Uigilate in tp̄e orātes vt digni habeamini fugere q̄ ventura sunt. Decet etiā deū nobis dare celestia ad fruitionē: ⁊ temporalia ad sustētationē. Sed ista duo differēter petēda sunt. Bona enim celestia sunt simpliciter bona: magna ⁊ eterna. Qꝛ igitur sunt simpliciter bona: petenda sunt sine cōditione: qꝛ magna petēda sunt cum magno desiderio ⁊ feruore: qꝛ eterna petenda sunt cū ꝑseuerātia ⁊ continuatione. Bona autem tp̄alia nō sunt simpliciter bona. ⁊ ideo petēda sunt cū cōditiōe. sunt bona: parua, ⁊ iō petēda sunt cū paruo desiderio ⁊ affectione. Sunt trāsitoria: ⁊ ideo petēda sunt sine instātia: ⁊ replicatiōe. Secūdo iste pharise⁹ habuit malū ꝓgressum Ascēdit em̄ vt oraret: sed nihil orauit: sed seipsum laudauit publicano insultauit ⁊ ceteros homines ꝯdēnauit. Tria q̄dē mala ceteris iponebat. s. rapinā adulteriū: ⁊ iniusticiā. Sed ꝯtra ista tria mala dicebat se habere tria bona. Nā ꝯtra rapinā dicebat se habere decimarꝫ solutionē: qꝛ nō tātum aliena nō rapiebat sed etiā sua dabat. Cōtra adulteriū dicebat se habere sue carnis macerationem dicens. Ieiuno bis in sabbato. Contra iustitiam habebat publicanum in aspernationem quasi diceret: adeo sum iustus φ olim peccatorū cōsortia sicut ⁊ isti⁹ publicani abhorreo: ⁊ tamen in veritate ipse erat raptor, quia gloriā que est ꝓpria dei sibi vsurpabat. Esai. xlij. Gloriā meā alteri nō dabo. Ipse erat adulter qꝛ deū qui est spōsus anime relinquebat: ⁊ cū mūdo amicitiā fecerat. Iaco. iiij. Adulteri nescitis quia amicicia hui⁹ mūdi inimica est deo? Ipse erat iniust⁹ q̄uis em̄ redderet sibijpsi qđ debebat in eo qđ ieiunabat: ⁊ deo in eo qđ decimas dabat: proximo tñ ius suum nō reddebat, qꝛ ipm̄ temere iudicabat. Licet aūt sic se iustificaret duplex tñ pctm̄ in eo fuit. s. iustitia simulata ⁊ tumēs supbia. Simulabat em̄ se habere iustitiā q̄ptū ad illā partē q̄ est declinare a malo dicēs. Nō sum sicut ceteri hoim. ⁊c. Et q̄ptū ad aliā que est facere bonū dicēs. Ieiuno bis in sabbato ⁊c. Fuit etiā in eo tumēs superbia per quā publicanū despiciebat dicens velut ⁊ hic publicanus. Quamuis aūt phariseus ista verba supbe ꝓtulerit: tñ verum dicit quia in hoc mundo sunt multi raptores iniusti ⁊ adulteri, pauci vero sunt qui ieiunēt ⁊ qui decimas soluant. Raptores quidē sunt multi. Esa. iij. Rapina pauperū in domo vr̄a. In huius significatione dicit̄ Leui. xi. Accipitrē non comedes iuxta genus suū. i. raptores nō simitas

Beati ocl'i qui vidēt q̄ vos videtis ⁊c. Lu.x. Sicut dicit Ambro. in lib. de officijs. Beatitudinē qdā posuerūt in corporis voluptate: sicut epycurei. Quidā i animi virtute sicut stoici. Quidā in animi virtute ⁊ exteriori qdā honestate: sicut pypatetici. Quidā i dei cognitiōe ⁊ visiōe: sicut xp̄iani. Et istā opinionē dn̄s approbat cū dt. Bti oculi q vidēt q̄ vos videtis. Apl'i qdē fuerunt btī q viderūt xp̄z oculis cordis in eū credēdo ⁊ oculis corporis ei⁹ faciē d̄siderabilē intuēdo. Pharisei fuerūt miseri, qꝛ ipsum non viderunt oculis p fidē verā. Uiderūt tn̄ oculis corporis s; moti ad inuidiā. Iuxta illō Sap. ij. Grauis est ēt nobis ad vidēdū. Patriarche ⁊ pphete fuerūt btī q viderūt xp̄m incarnādū s; a lōge p speculū ⁊ i enigmate. Moderni sunt beatiores: qꝛ vidēt xp̄m incarnatū oculis cordis p fidē. Illi vero q sunt in patria sunt beatissimi qꝛ vidēt eū facie ad faciē. Circa istā visionē notādum ꝙ est visio vie ⁊ visio patrie iuxta illud. j. Cor.xiij. Uidem⁹ nūc p speculum in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Uisio aūt vie cōsistit in vera fide ⁊ dei cognitiōe. Quam cognitionē i li. soli loquiox petebat Aug. vbi rō eū alloquit dicēs Ora ꝙ breui⁹ potes. Et rn̄det Aug. De⁹ semp idē. nouerī te nouerim me. Homo non semp idē: sed mō vult vnū: mō aliud. Hoc aūt non est in deo. Licet eīn dicat penitere. Gene.vj. Penitet me hominē; fecisse. Penitere⁹ tamē pōt dicere mētis instabilitatē: ⁊ sic non in deo. vel exterioris operis delectationē: et sic est in deo ⁊ est sensus. Penitet me fecisse hominē id est faciā quod penitēs facere consueuit qꝛ delet qd fecit. Hō ēt nō est semp idē: s; modo est letus modo iratus. Deus autē semper est, letus ⁊ tranquill⁹. Et ꝙuis quandoq; dicatur iratus, hoc tn̄ nomen ire nō est in deo. sicut dicit Augus. Non vsurpauit sibi turbulētos affectus: sed vindicātes affect⁹. Homo etiā nō semp est idē sed modo est pius modo seuer⁹. Deus autē semper est pius. Pietas tamē aliquādo dicit passionis affectū ⁊ sic non est in deo. Aliqn̄ miserationis effectū: ⁊ sic est in deo. Anselmus. Cū nobis cōpateris nos sentimus miserationis effectū: tu nō sentis miserie affectū. Est igitur de⁹ semp idē. i. semp stabilis, semper tranquillus: semp letus, semp pius. Petita deo qui est semp idē vt cognoscat deū: ⁊ sc. i. dei potentiā: sapientiā miam ⁊ sui miseriā. Cognitio potētie generat timorē. Lu.xij. Timete eū qui postq̄ occiderit eū h; ptātē mittere in gehennā. Cognitio sapiētie inducit ad cordis custodiā ⁊ cōseruationē: qꝛ sicut dicit. Eccl'.xxiij. Oculi dn̄i multo pl⁹ lucidiores sūt sup solē circūspiciētes oēs vias hominū ⁊ profundū abyssi ⁊ hominū corda. Cognitio mie generat spē et amorē: qꝛ eīn de⁹ est bonus ideo ipm dilig'm⁹ ⁊ in eū speramus. Cognitio proprie miserie generat humilitatē. Mich.vj.ca. Hūiliatio tua i medio tui. Ex his ergo pꝫ ꝙ predicta orō continet oīa q̄ sunt necessaria ad salutē. Timor eīn facit vitare malū Prouer.xv. Per timorē dn̄i declinat hō a malo. Custodia cordꝫ facit cor purū Prouer.iiij. Omni custodia serua cor tuū q̄ nia ex ipso vita pcedit. Amor sollicitat ad bonum. Gre. Nūq̄ est amor dei ociosus: operatur enim magna si est. Si aūt operari negligit: amor nō est. Humilitas autē est custos omniū pdictorū. Idem. Qui sine humilitate virtutes cōgregat quasi q in ventum puluerem portat. Secūda visio ē patrie, de qua sunt duo videnda. Primo per quid acquiratur. Secūdo in quo cōsistat. Acquiritur autē per tria sicut dicit Augu. in lib. de ordine. Uidebit inquit deum qui

bene viuit: bene studet: ꝛ bene orat. Primo igitur videbit deũ qui bñ vixerit. Distinguit autem idem Aug. in li. de ciui. dei triplex genus vite: actiuã: cõtẽplatiuã: et ex vtraq₃ compositam. Ille igitur qui habuit vitam actiuam bene vixit. Ille qui habuit cõtemplatiuã melius. Ille q̃ ex vtraq₃ cõpositã optime. Isti tales edificauerũt aurũ et argẽtũ ꝛ lapides preciosos. vt hr. j. Cor. iij. Argentũ est lucidũ: aurũ lucidiꝰ: lapis preciosus lucidissimus. Qui ergo habuit vitam actiuã edificauit argentũ: ille videbit clare. Qui habuit vitã cõtẽplatiuã edificauit aurũ: iste videbit clariꝰ. Qui habet vitam ex vtraq₃ compositã edificauit lapides preciosos: iste videbit clarissime. Oportet igitur vt munde ꝛ sancte viuat quisquis deum videre desiderat. Mat. v. Beati mundo corde: quoniã ipsi ꝛc. Aug. Errat quisquis veritatẽ agnoscere putat si adhuc nequiter viuat. Idẽ in lib. soliloquiorum. Deꝰ quem nemo amittit nisi deceptus: quem nemo querit nisi ammonitꝰ, quem nemo inuenit nisi purgatus. Secundo videbit deũ qui bene studuerit. Ille bene studet qui ea que legit memoriter retinet ꝛ opere cõplet Jaco. j. Estote factores verbi ꝛ nõ auditores tantum: quia si quis auditor est verbi nõ factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Homo respiciens in speculo postmodũ sue faciei obliuiscit. Respiciens vero faciem alterius meliꝰ recordatur ex eo ꝙ faciem illius directe ꝓspexit: suam autem faciem non directe in speculo vidit. Scriptura igitur sacra ꝛ est speculũ ꝛ est facies. Speculum est quãdo q̃s in ea scientiã speculatiuã tm̃ querit. Talis non directe in eã respexit: ꝛ ideo deũ cito obliuiscitur. Facies est quando nõ solũ scientiã speculatiuã: sꝫ maxĩe practicã ibi querit, qꝛ tũc in eam directe prospicit quãdo nõ tantũ scitiam sed operationẽ in ea inquirit: ꝛ ideo dei cognitionẽ ꝛ hic retinet per fidẽ ꝛ in futuro habebit pꝰ speciẽ. Maxime autem plus est studendũ in libro conscientie ꝙ̃ in libro scientie. Ibi enim perfecte se homo videt ꝛ cognoscit sed qui ibi nõ studet se nõ videt. Gre. in moral. Quãto quisq₃ se minus videt: tanto minus sibi displicet: ꝛ ꝙ̃to maioris gratie lumen recipit: tanto ampliꝰ reprehẽsibilẽ se esse cognoscit. Aug. in li. l. homel. tractãs illud prophe. Arguam te ꝛ statuam cõtra faciẽ tuã. Modo te nõ vides: facias vt videas te: qꝛ si videres te et displiceres tibi, placeres mihi: quia vero nõ te vides placuisti tibi, displicebis ꝛ mihi ꝛ tibi. Mihi cuꝫ indicaberis: tibi cũ ardebis quod tu post dorsum posuisti: ego añ faciẽ tuã ponã, vt debis feditatẽ tuam nõ vt corrigas sꝫ vt erubescas. Fac ergo qḋ tibi minatr deꝰ facere: tolle te de dorso tuo: ꝛ cõstitue te ante te, ꝛ dic. Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco ꝛc. Qḋ ergo erat post te fiat añ, ꝛ puniatr a te: ne tu ipse a deo postea stas añ te: ꝛ nõ sit q̃ fugias a te. Tertio videbit deuꝫ q̃ bene orauit. s. cum attentiõe, deuotiõe, et cõtinuatione. j. Cor. xiiij. Orabo: ecce cõtinuatio. Spiritu ecce deuotio. Et mẽte: ecce attẽtio. Joh. iiij. Ueri adoratores adorabũt patrẽ: hoc refertr ad continuationẽ. In spiritu: hoc refertr ad spũalẽ deuotionem. Et veritate: hoc refertur ad attentionẽ. Prouẽ. ij. Si quesieris eã quasi pecuniã ꝛ quasi thesauros effoderis illã ꝛc. Pecuniam queris infatigabiliter. Unde scḋs philosophus interrogatꝰ quid est qḋ hominẽ fatigari nõ sinit? Rñdit lucrũ. Thesaurũ queris desiderãter: vtrũq₃ attente. Sic deus debet queri in oratione et amari sine fatigatione: cũ feruore ꝛ cũ attẽtione. Aug. in libro de disciplina christiana. Improbis loquor auaris loquor. Pecuniã diligitꝭ: tãtũ me diligite. Certe melior sum incõparabilr. Nolo a vobis ampliorẽ amorẽ: ꝙ̃tũ diligitis pecuniã tantũ me amate. Secũdo vidẽdum est in quo cõsistit visio patrie. Istud ostendit Aug. super Gen. ad literã dicẽs: ꝙ beati habebũt triplicem visionẽ: scꝫ spiritualẽ corporaleꝫ: ꝛ intellectualeꝫ. Spũalis est qua videbũt angelos ꝛ aĩas beatoꝝ. Ex qua visiõe resultabit gaudiũ magnũ. Si ei ₛm Chrys. videre demonẽ est magna pena: ꝛ q̃dã gehenna: cõstat ꝙ videre angelos erit magna gloria. Scḋa ẽ visio corporalis qua videbunt xp̃i hũanitatẽ: ex qua visiõe resultabit gaudiũ maiꝰ. Cant. iij. Egredimini filie sion ꝛ videte regẽ Salomonẽ i diademate. i. humana carne quo coronauit eum mr̃ sua. Et dr̃ caro diadema xp̃i sius

q: fuit nobis victorie causa: siue q: nullo
vic o vel praue suggestioni vnq̃ fuit apta
siue q: fuit tm̃ vna linea.i. carne virginea
figurata. Cetere eñ figure diuersis lineis
formant. Figura circularis tm̃ vna linea
claudit: q: caro ceteroꝝ formata est ex se
mine vtriusq3 parẽtis: caro aũt xp̄i tm̃ ex
sanguinibus virginis. Tertia visio est in-
tellectualis siue sup intellectualis qua deũ
videbunt: ex qua resultabit gaudium ma-
ximum. De hac visione dicit fulgẽti⁹. Si-
cut per speculum vitreum trina nobis vi-
sio administratur: quia nosipsos et ipsum
speculum et quicquid adest videmus. Sic
per speculũ diuine claritatis et ipsum deũ
q̃tum possibile erit creature: ⁊ nosipsos:
et cetera. omnia nostra ex certa scientia co
gnoscemus.

¶ Sermo.ij. vnde supra.

Diliges domi-
num deum tuum ex toto cor
de tuo ⁊c. Cum omnis scien
tia diuidat in tres.s. in phi-
sicam siue naturalem ethicã
siue moralẽ logicam siue rationalẽ. Oĩs
hui⁹ scientie perfectio dei ⁊ p̄ximi vera di
lectio. Vñ Aug. in li. de agone xp̄iano: tra
ctans istud verbum. Diliges dñm deum
tuum: dicit hic phisica qm̃ oẽs omniũ na-
turarũ cause in deo creatore sũt. Hic ethy
ca quoniam vita bona ⁊ honesta nõ aliun
de formatur q̃ cum ea que diligenda sũt
diliguntur, quemadmodu3 diligẽda sunt
deus.s. ⁊ proximus. Hic logica quoniã lu-
men ala rõnalis nõ est nisi ipse deus. Quia
igitur dilectio dei ⁊ proximi est totius le-
gis impletio ⁊ oĩs scie perfectio: iõ ad vi-
tã eternã est perfecta introductio. Et iõ cũ
legisperitus dñm interrogasset qd faciẽ
do vitã eternã possideret, ⁊ dñs ad legẽ
tenendam ipsum remisisset illi propositũ
verbũ respondit. Diliges dominum deu3
tuum ⁊c. Est igitur prima dilectio qua dili
gimus deũ. Secũda qua diligim⁹ p̄ximũ.
Circa dilectionẽ autẽ dei tria sunt vidẽda
sc3 causa modus ⁊ fructus. Causa autẽ di
ligendi deũ est ipse deus: q: in ipso inueni
tur omnis causa ⁊ ratio diligẽdi. Tria eñ
sunt que nos inducunt ad aliquem diligẽ-
dum: sc3 bonitas, pulchritudo, et amor.
De primo ait. Aug. in libro de trini. Cum
ista non diligantur nisi quia bona sũt, pu-
deat illis inherẽdo nõ amare bonũ ipsũ:
vnde bona sunt. De secundo. Dionysius.
Omnia inquit bonũ ⁊ pulchrũ desiderãt.
De tertio. Ambro. i li. de officijs. Quid tã
insitum nature: quid tã impressum huma
nis affectibus: q̃ vt diligas diligentẽ? Se
ne. Si vis amari ama. Est igitur deus dili
gendus. Primo quia habet summã boni-
tatẽ. Bonitates eñ que sunt in creaturis
sunt accidẽtales: ⁊ iõ sepe eis priuamur,
sũt pticulares: q: nulla creatura h3 oẽs
bonitates. Sunt mixte q: nulla h3 puram
bonitatẽ: ⁊ ideo affectus noster delectari
nõ potest in creaturarũ bonitatib⁹: sic ac-
cidẽtalib⁹: sic pticularib⁹: sic pmixtis. In
deo autẽ est bonitas essentialis: ⁊ iõ dicit
Marci.x. Nemo bon⁹ nisi sol⁹ de⁹. Est bo
nitas vniuersalis. Sap.vij. Uenerũt mihi
oĩa bõa pariter cũ illa. Est bonitas pura.
Aug. de ciui. dei. Quanta erit ibi felicitas
vbi nullũ erit malum: nullũ latebit bonũ?
Secũdo de⁹ h3 summã pulchritudinem.
Sap.vij. Cãdor est enim lucis eterne ⁊c.
Ista aũt pulchritudo attẽdit q̃tũ ad tria.
Primo q̃tũ ad sapientie splendorẽ: q̃ tan
tus est q nostra sapiẽtia sue sapiẽtie cõpa-
rata ignorãtia ẽ. Sicut põit exẽplũ Chry.
q tãta est claritas solis q omne lucidũ si
bi cõparatũ videt obscurũ. Scđo attẽdit
q̃tũ ad ei⁹ puritatis nitorẽ q̃ tãtus est q
oĩs nostra puritas sue puritati cõparata
immũdicia est. Sicut ponit exẽplũ Chry.
in niue. in qua tãta est puritas q oẽ aliud
sibi cõparatũ videtur sordidũ. Esa. lxiiij.
Quasi pannus menstruate omnes iustitie
nostre. Tertio attenditur q̃tu3 ad ei⁹ san
ctitatem que tanta est q nostra sanctitas
ei⁹ sanctitati cõparata malitia est. Luc.xi.
Si vos cu3 sitis mali nostis bona data da
re filijs vestris. Tertio de⁹ habet ad nos
summũ amorẽ. Qui quidem omnes alios
amores excedit. Primo quidem amorẽ q̃
est inter virũ ⁊ vxorẽ. Si qs haberet vxo-
rem que multas haberet maculas: et non
possent deleri: nisi fieret collyriũ ex sangui
ne viri. nullus vir hoc aliquatenus patere
tur. Christus autem hoc modo ecclesiã di
lexit. Eph.v. Uiri diligite vxores vestras
sicut christus ecclesiam et tradidit semet

ipsum pro ea vt exhiberet sibi gloriosā ecclesiam non habentē maculā neq̧ rugam. Aug. Ut christus sponsam suam lauaret: semetipsum vulnerare permisit. Si sic fieret inter viros ⁊ vxores: nemo inueniretur qui duceret vxorem. Secūdo excedit amorem qui est inter patrē ⁊ filium. Null⁹ eñ pater vel mater ob amorem filij semꝑ vellet in manibus vulnera deferre vt his visis posset eius memoriā habere. Hoc tñ fecit christus. Esaie.xlix. Nunqd obliuisci pōt mulier infantē suum vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit ego tñ nō obliuiscar tui. Ecce in manib⁹ meis descripsi te. Tertio excellit amorem q̄ est inter amicū ⁊ amicū. Joan.xv. Maiorem charitatē nemo habet q̄ȝ vt animā suam ponat ⁊c. Rom.v. Uix eñ ꝓ iusto q̄s moritur. Nā pro bono forsitā quis audeat mori. cōmendat autē deus suam charitatē in nobis: qm̄ cum adhuc peccatores essem⁹ christus pro nobis mortuus est. Facit hic differētiam apostolus inter iustum: peccatorē ⁊ bonū. Peccator est quilibet sceleratus. Justus est homo in virtutibus exercitatus. Bonus est homo quadā simplicitate preditus. Nullus autē mori vellet pro suo inimico. Pro amico autē ⁊ iusto ⁊ virtutibus exercitato vix aliq̄s mori vellet. Pro aliquo autē simplici innocēti aliquis quadā cōpassiōe cōmotus forsitā se morti exponeret. Nos autēȝ nec eramus iusti nec in virtutibus exercitati: sed multis vitijs pleni. Nec eramus boni id est innocētes: sed eramus multū nocentes. Etiā eramus impij ⁊ sibi inimici: et tñ ꝓ nobis xp̄s mortuus est. Quarto excellit amorē qui est inter corpus et animā: qui tātus est ꝙ etiā in viris sanctis anima nolit a suo corpore naturaliter separari. Unde sup illud Joh.xxi. Ecce ducet te quo tu nō vis. Dicit glosa. Affectum indicat īfirmitatis humane quo nemo velit mori q̄ adeo est naturalis vt eum a petro: nec senect⁹ expelleret. Unde et dñs dixit. Trāseat a me calix iste. Sed quātūcūq̧ sit molesta mors: vincit eā vis amoris. Christus aūt intātū nos dilexit ꝙ animā suam ꝓ nobis a suo corpore separauit. Joh.x. Animā meā pono pro ouibus meis. Secundo videndūȝ est quis sit modus diligēdi deum: qui quidem triplex est. Est enim diligendus sup omnia propter se ⁊ sine modo. Sup oīa quidē ipsum diligere debem⁹ id est plusq̄ȝ nostra: plusq̄ȝ nostros: ⁊ plusq̄ȝ nos. De his trib⁹ dicit. Luc.xiiij. Qui nō renūciauerit omībus que possidet: nō potest me⁹ esse discipulus: quo ad primū. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrem suū ⁊ matreȝ: quo ad scdm. Adhuc aūt ⁊ aiam suā: quo ad tertiū. Isto triplici mō xp̄s etiam nos dilexit: scȝ plusq̄ȝ regnū suū q2 ipsum reliqt ⁊ ad nostrā miseriā venit. Plusq̄ȝ suos. i. angelos: q2 eos dimisit ⁊ nobiscū parētelā cōtraxit. Plusq̄ȝ seipsūȝ: q2 ꝓ nobis in mortē se tradidit. De his trib⁹ dr. Hiere. xij. Reliqui domū meā id est regnuȝ meū. Dimisi hr̄ditatē meā. i. angelos qui sunt hereditas mea. Dedi dilectā animā meā in man⁹ inimicoꝝ. Scdo diligēdus est de⁹ ꝓpter se. Aug. in lib. de doctrina xp̄iana. Ois peccator inquātū est peccator, nō est diligēdus: ⁊ ois homo inquātū homo est diligēdus ꝓpter deū: deus vero ꝓpter se ipsum. Multi sunt q̄ diligūt deū propter beneficia que ab ipso recipiūt: quorū dilectio mercenaria dici potest. Aug. Min⁹ te dñe amat qui tecum aliquid amat qd non ꝓpter te amat. De tali dilectiōe dicit Seneca. Mel musce sequūtur: formice frumētum: cadauera lupi: ⁊ sic quidē ꝑdicta sequitur turba ista nō hoiem. Si: cū de⁹ aliquib⁹ dederit mel. i. aliqd tēporale i quo suauiter requiescāt: mox ipsum sequūtur sicut musce: sed si mel deficit mox auolāt et recedunt: si aliquib⁹ dederit frumētū. i. corporale cōmodū: ipsum mox sequuntur vt formice: sed si frumētū deficit, vermes colligūt: q2 se ad turpia lucra conuertūt. Si aliquib⁹ dederit cadauera. i. honores mox ipsum sequunt vt lupi. Et assimilant honores mūdani cadauerib⁹: tū q2 coram deo fetēt: tū q2 videntur esse honores ⁊ nō sunt: sicut cadauer vr esse homo ⁊ non est. Si aūt ista cadauera deficiūt mox versus celū vlulāt: q2 deū ⁊ sanctos blasphemāt.

¶ Tertio diligēdus est sine modo. Bern. Causa diligēdi deū de⁹ est. Mod⁹ est sine modo diligere. In ceteris virtutib⁹ est nimietas vitiosa. Nā nimia credulitas hȝ leuitatē. Nimia spes habet presumptionē. Nimia misericordia fatuitatē. Nimia

iustitia crudelitatem. Nimia prudentia cu
riositatem. Nimia fortitudo ferocitatem.
Nimia abstinẽtia debilitatem. Sed nimia
charitas habet beatitudinẽ ꝛ felicitatem.
Unde non tantũ ille beatus dicitur qui ni=
mis diligit deũ: sed etiã qui nimis diligit
mãdata dei. ps. Beatus vir qui timet dñm
in mãdatis eius cupit nimis. Tertio vidẽ
dum est quis sit fructus diligendi deũ qui
scilꝫ est totius trinitatis inhabitatio. Joã.
xiiij. Si quis diligit me sermonẽ meũ ser=
uabit, ꝛ pater meus diliget eũ ꝛ, ad eũ ve
niemus ꝛ mansionẽ apud eũ faciemus ꝛc.
Pater quidem mansionẽ facit in memoria
inhabitans ipsam ꝑ sui iugem recordatio
nẽ. Filius in intelligẽtia illuminans ipsam
per verã cognitionẽ. Spũssanct⁹ in volun
tate inflãmans ipsam ad amorẽ. Secũdo
agit̃ de dilectione ꝓximi. cũ dr. Et ꝓximũ
tuũ sicut temetipsum. Qđ trib⁹ modis in=
telligi põt. vt dicat̃ sicut temetipsũ. i. ad id
ad qđ teipsum. s. ad gratiã in presenti ꝛ ad
gloriam in futuro. Uel in quo teipsum. i. in
deo. Augu. in lib. ꝯfes. Beatus q̃ amat te ꝛ
amicos in te ꝛ inimicos ꝑpter te. Solus
eñ ille nullum eorũ amittit cui oẽs chari.
sunt in illo qui nõ amittit̃. Uel põt intelligi
vt homo faciat alteri qđ sibi vult fieri: et
non faciat quod sibi non vult fieri: vt duo
precepta iuris naturalis ibi intelligantur.
Unuꝫ affirmatiuũ quod ponit̃. Marci. vij.
Aliud negatiuũ qđ ponitur Thob. iiij. Se=
do. duo sunt erga dilectionem ꝓximi seruã
da: sciꝫ vt beneficiũ in pensione foueatur: ꝛ
nulla malitia ledatur.

¶ Sermo. iij. vnde supra.

HOmo quidam
descendebat ab hierusalẽ in
hierico ꝛc. Peccator non est
statim abijciẽdus sꝫ curãd⁹.
Sicut traianus optim⁹ augu
storũ per ista exẽpla ostẽdebat: sicut legit̃
in policrate. oculi eñ lippi nõ sunt statim
eruendi sed curãdi. vngues acutiores nõ
sunt euellẽdi sꝫ prescindẽdi. chorde in cy=
thara nimis extẽse nõ sunt clangende sed
remittẽde. Lippi sunt luxuriosi q̃ sunt im=
mundi ꝛ excecati vngues acutiores sunt su
perbi q̃ multos scindũt ꝛ lacerãt. Chorde
extẽse sunt auari qui ꝑ nimia desideria se
extẽdunt, tales nõ sunt statim abijciẽdi sꝫ
benigne curãdi. Huius exẽplũ habem⁹ in
nostro samaritano q̃ vnũ hoiẽ vulneratũ
ꝛ expoliatũ nõ abiecit sꝫ benigne curauit.
Per quẽ quilibet peccator intelligi potest.
Circa quẽ tria notantur. Primo dispositio
ad peccatũ. Secundo incõmoda que facit
pctm̃. Tertio remedia contra pctm̃. Circa
pmũ notãdũ ꝙ illũ pctm̃ disponit qñ q̃s. s.
trãqllitatẽ mẽtis deserit: ꝛ ad mutabilita
tẽ rerũ tẽporaliũ se ꝯuertit: qđ notat̃ ꝑ hoc
ꝙ ille ab hierusalẽ q̃ interpretat̃ visio pa
cis recessit in hierico, q̃ interpretatur luna
deuenit. Prosperitas eñ mũdana lune assi
milatur quadruplici de causa. Primo eñ
luna habet lucẽ eclypsatã q2 sepe eclypsim
patit̃. Sic ꝓsperitas mundana hoi eclyp=
psatur in vita: ꝛ in morte ꝛ post mortẽ. Nã
i vita sepe subtrahit̃. Job. xxi. Quoties lu
cerna impiorũ extinguet̃ ꝛc. In morte non
suffragat̃. Eccli. v. Noli attẽdere ad pos=
sessiões iniquas: nihil eñ ꝓderunt in tem=
pore vindicte ꝛ obductiõis. Et dr mors ob
ductio: q2 tũc palpebre ꝛ labia obducunt̃.
i. ꝯtra se ducunt̃ qñ claudunt̃. Eclypsatur
ẽt post mortẽ: q2 mortuũ nõ ꝯcomitat̃. ps.
Cũ interierit nõ sumet oia: neqꝫ descẽdet cũ
eo gl'ia ei⁹. Scđo luna hꝫ lucẽ maculatã: sic
mũdana ꝓsperitas ꝛ in se multis amaritu
dinib⁹ est respsa. Boeti⁹ in libro de cõsola
tiõe. Quãmultis amaritudinib⁹ hũane fe
licitatis dulcedo respsa est. Esa. j. Uinũ tuũ
mixtũ ẽ aqua. Et alibi ẽ maculatiua. Aug.
Amor inferioris pulchritudinis polluit mẽ
tẽ. Ecclastici. xiij. Qui tetigerit picẽ inqui=
nabit̃ ab ea. Et dr pix amor terren⁹ ꝛ q2 in
quinat: ꝛ q2 nimis adheret. Aug. Quisq̃s
es q̃ es in mũdo ad te venit q̃ fecit mũdũ
vt eripiat te de mũdo: ꝑsi adhuc aliqua de
lectatiõe te retinet mũd⁹ semꝑ vis esse im
mũd⁹. Tertio luna habet lucis varietatẽ:
q2 mõ est plena mõ semiplena: mõ vacua.
Sic de mũdana ꝓsperitate accidit. Uñ dr.
ps. lxxiiij. Calix in manu dñi ꝛc. ecce luna
plena plen⁹ mixto. ecce luna semiplena.
Uerũtamẽ fex eius non est exinanita: ecce
luna vacua. Itẽ. ps. Uidi impiũ superexal
tatũ ꝛ eleuatũ sup cedros libani. ecce luna
plena. Trãsiui ꝛ ecce nõ erat itm̃. s. exalta
t⁹ ꝛ eleuat⁹ sicut pri⁹. ecce luna semiplena.
Quesiui ꝛ nõ est inuẽt⁹ loc⁹ ei⁹ ecce luna va

ens. Quarto luna habebit lucē mutuatā: qr nõ a se lucet sʒ a sole. Sic ⁊ hõ q̃cq̃d hʒ nõ a se sʒ a deo hʒ. j. Cor. iiij. Quid habes qđ nõ accepisti. De lege aũt ⁊ natura mutui est obligari ad obseq̃a mutuãti. Cõtra hoc faciũt ingrati. Hiere. v. Nõ dixerũt in corde suo metuam⁹ dñm deũ nostrũ q̃ dat nobis pluuiā tēporaneā ⁊ serotinā ⁊c. De natura etiā mutui est vti re mutuata ad illũ vsum ad quē mutuata est. Deus mutuauit nobis tēporalia vt eis vtamur ad sustentat. onē nõ ad voluptuosam delectationē. Contra hoc faciũt voluptuosi. Sap. ij. Uino precioso ⁊ vnguētis nos impleam⁹ ⁊c. De natura etiā mutui est rem mutuatam reddere nõ deterioratam. Deus dedit homini animā bonā. Sap. viij. Sortitus sum animā bonam. Sed cõtra hoc faciunt oēs mali qui animā occidũt. Sap. xvj. Occidit homo ꝑ maliciā animā suā. Scđo videndum est que sint incõmoda q̃ facit homini peccatũ: q̃ quidē sunt tria homo spoliatur vulneratur. ⁊ semiuiuus relinquit. Primo a diabolo spoliatur. Dicit autē Chry. sup Matth. ꝙ diabolus dr fur: qr furatur hoi aurũ sapiētie, argētũ eloquentie, vestimēta virtutũ ⁊ lintheamina gratiarũ. Primo igitur furatur aurũ sapientie. Nihil em est qđ latro tm̃ odiat q̃tum lumē. Istud lumē est sapientia diuina, quā fures infernales multum odiũt. Joan. iij. Qui male agit odit lucem. Et ideo libēter eā extinguunt qñ aũt extinguere nõ possunt territi fugiunt. Job. xxiiij. Si subito apparuerit aurora arbitrātur vmbrā mortis. Istud aurũ demones furantur qñ auferunt sapientiā diuinā ⁊ immittũt sapientiā terrenā. Baruch. iij. Filij agar qui exquisierunt sapientiā que de terra est: viā autē scientie nescierũt. ¶ Secundo furantur argētum eloquētie. i. predicationis ⁊ doctrine. Multũ timent latrones quādo aliquis clamat sic demones quādo aliquis predicat. Legit. Josue. vj. Ad clamorē filiorũ israel muri hierico ceciderũt: quia sepe ad vocem predicatoris oīa mala diaboli corruũt. Istud argētum diabolus furatur qñ argētum sanctorũ eloquiorũ vertit in scoriā fabularũ. Esa. j. Argentũ tuũ versum est in scoriā. ¶ Tertio furātur vestes virtutũ. Facit igitur diabolus sicut fur violētus ⁊ malus qui omnia preciosa tollit vilia dimittit. media aliquando tollit aliquādo dimittit. Preciosa autem sunt aīe istas tollit cũ eas ad petm̃ ducit. Gen. xiiij. Da mihi animas cetera tolle tibi. Vilia sunt peccata. Ista dimittit q̃ sũ vilia essent a pretio aīe separāda. Hie. xv. Si separaueris preciosum a vili. quasi os meum eris. Media sunt tpalia que diabolus aliqñ tollit vt inducat hoiem ad errorē ⁊ impatientiā. Aliqñ dimittit vt cũ peccare faciat per intēperantiaʒ. Quarto furatur lintheamina gratiarũ. Gratia dei dicit lintheamen. qr facit animā candidā. Ps. Lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. Facit eā subtileʒ id est cõscientiatā. Eze. xvj. Indui te subtilibus ⁊c. Diabolus autē furatur ipsa lintheamina qñ facit animā nigrā. Tren. iiij. Denigrate sunt super carbones facies eorũ. Et facit eā in conscientia grossam. Matth. xxiij. Excollantes culicem camelum autē glutientes. Secũdo peccator vulneratur. Sed notādũ ꝙ vulnera peccatorũ aliquādo sunt recētia: ⁊ ista sanantur vnctiōe: scʒ spiritussancti inspiratione: siue penitentie lenis impositione. Eccl'asti. x. Breueʒ languorē precidet medicus. Aliquando sunt inueterata. Ista sanant adustione. i. adustiua carnis maceratiōe. Ps. Ure renes meos ⁊ cor meũ dñe ⁊c. Aliquādo sunt putrida. Ista sanantur incisione. i. incisiua tribulatione. Ps. Multiplicate sunt infirmitates eorũ ⁊c. Ideo christus fuit vnctus vt sanaret vulnera recentia. Ps. Unxit te deus deus tuus ⁊c. Fuit igne passionis adustus vt sanaret vulnera inueterata. Ps. Igne me examinasti ⁊c. Fuit in quinq3 partibus incisus vt sanaret vulnera putrida. ¶ Tertio peccator semiuiuus relinquitur. Cũ enim duo sint signa vite: scʒ de deo recte sentiũt per fidē ⁊ mouētur ꝑ bona opa. Ad Ro. j. Justus ecce opa. Ex fide viuit: ecce fides vera. Alij totaliter sunt mortui qui neutrũ habent. De quibus dicit in epistola Jude. Arbores autumnales infructuose bis mortue. Alij sunt semiuiui qui habēt fideʒ sed nõ opera. Titũ. j. Confitētur se nosse deũ, factis aũt negāt. Aug. de q̃stionib⁹ euāgelij. Semiuiuus dr qui ex parte qua potest cognoscere deũ viuus est. Ex pte ꝟo qua peccatis premit mortuus est. ¶ Tertio videndum est que sint remedia ꝯtra peccatũ.

Ad sananda enim peccata tria sunt necessaria. Primo vinum mordentis timoris. Et notandum quod timor aliquando causatur ex consideratione pene: et tunc est quasi quoddam cauterium per quod purgatur sanies peccatorum. Ps. Confige timore tuo carnes meas. Eccl. j. Timor dñi expellit peccatum. Aliquando causatur ex consideratione iudiciorum dei: et tunc est quasi feriens fluctus maris nauem mentis concutiens, donec pondus peccati abijciat. Job. xxxj. Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum: et pondus eius ferre nõ potui. Aliquando causatur ex consideratione glorie: et tunc est quasi quoddam electuarium quod animam fortificat. Prouerb. xiiij. In timore dñi fiducia fortitudinis. ¶ Secundo necessaria est olei: id est spei dulcorantis infusio. Spes instar olei animam subleuat vt de salute obtinenda confidat. Prouerbio. xix. Qui sperat in dño subleuabitur. Roma. viij. Spe enim salui facti sumus: in aduersitatibus dolorem mitigat. Ps. In quo mihi spem dedisti: hec me cõsolata est in humilitate mea: ignem gratie conseruat. Unde in Cayn iste ignis extinctus fuit quia oleo spei caruit dicẽs. Gene. iiij. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. ¶ Tertio necessaria est alligatura penitentie salutaris. De qua dicitur Ecclesiasti. vj. vincula illius alligatura salutis. Ista alligatura si est debito modo facta sanitatem inducit si nimis laxa: fluxum nõ restringit: si nimis stricta: lesionem facit. Sic etiã est de penitẽtia iponẽda, quia si est culpe proportionata valet ad diminutionem culpe et pene. Talem penitẽtiã assumẽdã docet aplus. Ro. vj. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Sed si est nimis laxa, peccatum non restringit nec remittit. Ideo dr: Eze. xvj. Aqua nõ es lota in salutem: nec sale salita: nec inuoluta pãnis. Si est nimis dura potius nocet: quia peccatorem ipsam proijciet et ad peccatum redit. Chry. Uis apparere iustus vel fetus: circa vitã tuã esto austerus circa aliorum aũt benignus. Audiant te homines parua mãdãtes et grãdia vidẽãt facientem. Sed de multis dicitur. Matth. xxiij. Alligant onera grauia et importabilia et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere etc.

¶ Dñica. xiiij. post trini. Sermo. j.

Dum ingrederetur Jesus quoddam castellum occurrerunt ei decẽ viri leprosi etc. Luce. xvij. Sicut dicit Augusti. de celo venit magnus medicus quia per totum mundũ magnus iacebat egrotus. Magna egritudo est lepra corporis sed maior est lepra mentis, que est peccatũ. Utrãque autẽ xps in istis decem leprosis curauit et ipsos corporaliter et spiritualiter sanauit. Significatur aũt peccatũ per leprã triplici de causa. Est enim lepra morbus fetidus et sitibũdus et cõtagiosus. Inquãtũ est morbus et fetidus signat peccatũ luxurie. In quãtũ est sitibundus peccatũ auaritie. In quãtũ contagiosus peccatũ superbie. Inquãtũ igitur est fetidus designat luxuriã: que corã deo et hominibus fetet. Johe. j. Cõputruerunt iumenta in stercore suo Grego. Iumenta aũt in stercore suo cõputrescere: est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Tunc autẽ animus luxuriosus est fetidus qñ est quatriduanus. Iuxta illud Joan. xj. Dñe iam fetet quatriduanus enim est. Prima dies est mala cogitatio et delectatio: et tunc adhuc non fetet. Secunda est malus consensus et tunc non fetet. Tertia est malum opus: et tunc animus licet sit mortuus pro vno tamen actu non fetet. Quarta est mala cõsuetudo et tunc animus est mortuus: et est fetidus: quia est quatriduanus: et maxime quãdo penitere non vult. Ista sunt quatuor scelera damasci de quibus dicitur Amos. j. Super tribus sceleribus damasci et super quatuor non conuertam eum. Ubi dicit glo. Primum est malum cogitare. Secundum est cõsentire. Tertiũ opere implere. Quartum non penitere. Et subdit. glos. qui in tribus prioribus peccat si penitet conuertit eum deus ad vultũ clementie sue: si vero non penitet auertitur ab eo vultus clementie dei. Et quia animus carnalis fetet in vita per culpam. ideo fetebit in inferno per penam. Esaie. iij. Erit pro suaui odore fetor. Carnalis voluptas videtur esse suauis et odorifera: sed talis odor suauitatis vertetur in fetorem infernalis feditatis. Fetor autem ipse in inferno causabitur a quatuor. Primo a fetenti

consortio. Demones enim qui sunt dãnatorũ socij sunt valde fetidi. Johe. ij. Ascendet fetor eius et ascendet putredo eius: qr superbe egit. Secũdo a fetenti supplicio. qr pena fetẽti: scz sulphurea puniẽt. ps. Ignis sulphur spũs procellarũ et c. In huius significationẽ dñs sup sodomitas sulphur et ignẽ pluit. vt habetur Geñ. xix. Tertio a fetenti corpore suo: qr corpora dãnatorũ erunt fetida. Esa. xxxiiij. De cadauerib⁹ eorũ ascẽdet fetor. Quarto a fetente loco. Terra enim infernalis tota est fetida: qr oĩm fetorũ et immunditiarũ est plena. sz in iudicio deus vinum de fecibus leuabit: et in cloacã infernalez oẽs feces iactabit: sicut ptz in elementis et rebus ceteris. Sed primo de elementis videam⁹. Terra enim est frigida sicca et obscura. deus aũt i iudicio ab elemẽto terre separabit quicqd est frigiditatis et obscuritatis et siccitatis, et totã frigiditatẽ, siccitatẽ, et obscuritatẽ in cloacã proijciet infernalẽ et remanebit splendida terra sicut aurum. Job. xxviij. Glebe illi⁹ aurũ. Apoca. xxi. Ipsa ciuitas aurũ mundum. et c. Elementũ aque et maris aliqñ est turbidũ et gelidũ et tẽpestuosum. Sed tũc deus omnia ista ab aqua maris diuidet et totã turbulentiã tempestuositatem et congelationẽ in infernũ proijciet et remanebit mare fulgidum tanq̃ cristallus. Apocal. iiij. In conspectu eius mare vitreum simile cristallo. In aere generãtur nubes grandines fulgura et tonitrua. Tunc aũt deus ab aere ista separabit: et omnes nubes grãdines fulgura et tonitrua in infernũ iactabit et remanebit aer lucidus et seren⁹. Esa. lxv. Ecce ego creo celos nouos. Tũc celũ et aere nouũ creabit: nõ q̃tum ad substantiã. sed q̃tũ ad pristinã formã. Ignis etiã hz fumositatẽ ardorem et lucem. Tũc aũt de⁹ fumositatẽ et ardorẽ mittet ad regionẽ dãnatorũ totã aũt lucez mittet ad regionem btõrũ. ps. Uox dñi intercidentis flãmã ignis. Flãmã ignis intercidet qñ fumositatem et ardorẽ a luce diuidet. Nõ solũ autẽ de⁹ in cloacã ifernalẽ pijciet feces elemẽtorũ, sz etiã aliarũ rerũ. Siqdem fex gaudij est dolor: fex sapiẽtie est fatuitas et obliuio. fex sanitatis est egritudo. fex vite est mors. Tũc ergo de⁹ a gaudio sepabit dolorẽ a sapiẽtia fatuitatẽ et obliuionem: a sanitate egritudinẽ: a vita mortẽ et oẽm dolorẽ ab sanitatem: infirmitatẽ: et mortẽ in latrinam proijciet infernalẽ. Sctis autẽ remanebit gaudiũ sine dolore: sapiẽtia sine obliuiõe: sanitas sine egritudine: et vita sine morte. Ex his ptz q̃ elemẽta possũt tripliciter cõsiderari. Aut put sunt mixta et sic sunt in mũdo: qr ibi multis impuritatibus sunt respersa. Aut put sunt pura et sic erũt post iudiciũ: qr tunc deus ea purgabit et oẽm impuritatẽ separabit. Aut put sunt feculẽta: et sic erunt in inferno: qr oẽs feces elementorũ illuc proijcientur. Silr et cetere res tripliciter pñt considerari: aut put sunt mixte et sic sunt in hac vita in qua est gaudium cũ dolore, sapiẽtia cum obliuione, sanitas cum infirmitate, vita cũ morte. Aut prout sunt pure: et sic sunt in btã vita vbi est gaudiũ sine dolore: sapientia sine obliuiõe: sanitas sine infirmitate: vita sine morte. Aut prout sunt feculente et sic erunt in inferno vbi est omnis dolor, obliuio, infirmitas, et mors. ps. Calix in manu dñi vini meri. et c. ecce puritas que est in celo. Plenus mixto: ecce mixtio q̃ est in mũdo: verũtñ fex eius non est exinanita. et c. ecce feculentia q̃ est in inferno. Scdo lepra est morbus sitibund⁹ et q̃tum ad hoc designat peccatũ auaritie. Auarus enim adeo sitit q̃ satiari non põt. prouer. xxx. Tria sunt insaturabilia et q̃rtum quod nũq̃ dicit sufficit. Infernus et os vulue: et terra que nunq̃ satiatur aqua. Ignis vero nunq̃ dicit sufficit. Primũ igr insaturabile est infern⁹: qr q̃uis quotidie aĩas quasi infinitas deuoret: satiari tñ nõ põt. Tps vero veniet qñ dicet sufficit. In iudicio enim extremo celebrato oẽs reprobi in inferno retrudenẽ: et infern⁹ ipe replebitur et manu dei claudetur: tunc infernus dicet sufficit. Scdm insatiabile est carnalis cõcupiscẽtia que adeo famelica est q̃ non põt satiari: tñ tps veniet in quo dicet sufficit: qñ homo valde senescit ita q̃ calor naturalis in eo deficit, tũc ꝯcupiscẽtia carnalis dicet sufficit: qr senex velit nolit cogitur ꝯtinere naturali calore in eo deficiẽte. Tertiũ insaturabile est terra sitiẽs q̃ semper aquã absorbere desiderat. Tps tamẽ veniet qñ dicet sufficit. Qñ em est magna inundatio pluuiarũ ita q̃ aque supabũdantes: et per diuersa loca discurrunt: tunc

terra dicit sufficit: q2 pl⁹ absorbere nō potest. Ignis vero etiā ē insatiabilis ꝛ nunq̄ dicit sufficit: q2 q̄to plura ligna apponunt tāto magis accēdit: ꝛ ideo recte ꝑ ignem auaritia designatur. Eccli.xxiij. Aia calida quasi ignis ardēs nō extinguet donec aliq̄d glutiat. Auar⁹ igitur est insaturabilior ꝙ ista tria predicta insaturabilia. Primo est insaturabilior q̄ infernus: q2 infernus postq̄ plenus fuerit dicet sufficit. Auarus autem q̄to magis est plenus tāto magis est cupidus. Prouerb.xxvij. Infern⁹ ꝛ perditio nunq̄ replentur supple in presenti. Similiter oculi hoim insaturabiles. Ecclesia.v. Auar⁹ nō implebit pecunia. Secundo auarus est insaturabilior q̄ carnalis cōcupiscētia: q2 in hoc homine sene cōcupiscentia carnalis dicit sufficit. Auaritia vero in homine sene nō senescit sed amplius iuuenescit. Hier. Cum oia vicia senescant in hoie sola auaritia iuuenescit. Tullius in lib. de senectu. Auaritia senis quid sibi velit nō intelligo quid enim absurdi⁹ esse potest q̄ quo min⁹ restat vie eo plus viatici querere. Tertio auar⁹ est insaturabilior q̄ terra sitiens q̄ dicit sufficit q̄n plena est q̄n est magna inundatio aquarū ꝛ q̄n ipe aq̄ supabūdātes ꝑ diuersa loca discurrūt, dicit sufficit. Auarus aūt si hz magnaȝ inundātiā diuitiarū nō t̄n dicit sufficit siue sue diuitie currāt in frāciā ꝑ diuersas nundinas: siue vsq̄ vltra mare ꝑ diuersas mercationes, adhuc nō dicit sufficit. Ideo ƀm Senecam assimilatur cani qui ꝓiecta mox deuorat: ꝛ rurs⁹ ad alia deuorāda suspēsi⁹ anhelat. Assimilat hydropico q̄ q̄to pl⁹ bibit tāto plus sitit. Johā.iiij. Ois qui biberit ex hac aqua sitit ꝛ iterū ꝛc. Tertio lepra est morb⁹ cōtagios⁹. Et q̄tū ad hoc signat pctm̄ supbie qd̄ ē contagiosuȝ iuxta illō Eccli.xiij. Qui cōmunicauerit supbo induet supbiā. signat etiā oē aliud mortale pctm̄ qd̄ de se ē ꝯtagiosum ex eo ꝙ vnū trahit ad aliud. Et hoc pōt esse q̄druplici de causa. Prima causa est ꝓpter pcti pōderositatē. vñ Greg. Pctm̄ qd̄ ꝑ penitētiā non diluit mox suo pondere ad aliud trahit: q2 iusto iudicio deus cor pctōris obnubilat vt precedētis pcti merito etiā in aliō cadat. Scđa causa ē ꝓpter pctōris cecitatē. Et ponit exemplū Chri. de sansone cui cū capilli in q̄bus erat virtus sua amputati fuissent mox philistei ipsum ligauerunt ꝛ oculos eruerūt ꝛ ipsum etiā molere fecerūt q̄a q̄n pctōr ꝑdit robur suarū virtutū ꝛ mox demōes funibus diuersoꝝ desideriorū ipsum ligāt in intellectu et affectū excecāt: ꝛ de vitio in vitiū ipsum currere ꝑcurrāt. Tertia causa est ꝓpter demonū ꝑfidiatē. Dicit eñ Chryso. ꝙ peccatores sunt equi diaboli quos exagitat per diuersa deserta facinoꝝ, dū eos ducit d̄ pctō i pctm̄. Quarta causa est propter quandā pctōꝝ cōnexionē. Quedā eñ pctā sunt ƀz Greg. q̄ videnī eē ꝯnexa. Nā auaritia trahit ad rapinā ad furtū ꝛ ad multa mēdacia. Gula trahit ad hebrietatē ꝛ luxuriā. Hie. Uenter mero estuās cito dispumat in libidinē. Superbia trahit ad multas iniurias iferendas ꝛ ad multas ambitiōes appetēdas.

¶ Sermo.ij. vnde supra.

Occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe ꝛc. Sicut dicit philosophia Boetio. Si curari desideras oportet, vt vulnus detegas. Dicitur Ecclesia.xvij. In tempore infirmitatis ostende cōuersationē tuā. cōuersatio dicit totā vitā pctōris. s. cogitatiōes, locutiōes, ꝛ opera. Debet enim ostendere medico spūali cogitationes si fuerint immūde: locutiōes si fuerint nocīue opera mala que fecit opa bona q̄ omisit Ideo isti leprosi sua vulnera ꝛ suas infirmitates nō abscōderūt: sed medico spūali. i. xp̄o aperuerūt ꝛ curari petierūt. Circa curationē aūt ipsoꝝ ꝯsiderant tria. s. infirmitatis genus curationis modus: ꝛ curatiōis effectus. Gen⁹ autē infirmitatis est lepra que est morbus incurabilis ꝛ abhominabilis ꝛ vniuersalis: ꝛ ideo peccatū signat. Est igit primo morb⁹ incurabilis sicut eñ homo a lepra hūano auxilio vix aut nunq̄ curat, sic nec peccator curari pōt nisi diuino auxilio adiuuet cū sit spūs per se vadēs in pctm̄ sȝ per se nō rediēs a pctō. Legitur.iij. Regū.vj. ꝙ tēplū dei fuit septem annis edificatū. Legit autē Johā.ij. ꝙ quadraginta sex annis fuit reparatum. Per quod dat intelligi ꝙ homo anteq̄ peccet de facili pōt fieri tēplum

dei: sed

uel: sed si semel cadit difficile imo nunq̃ p se resurgit. Ideo casus pctõris potest cõparari sagene piscatoris in quam piscis per se exire nõ potest. Cõparatur etiã casui elephãtis qui postq̃ ceciderit per se resurgere nõ potest, nisi alij elephantes superuenerint qui ipsum adiuuent. Comparatur etiam fractioni vasis terrei vel fictilis quod vlterius reintegrari non potest. Primum exemplũ pertinet ad luxuriosos qui sunt in aquis delitiarum vbi sunt multi 'aq̃ı ⁊ sagene. Eccl'ia.vij. Uidi amariorẽ morte mulierẽ q̃ laqueus venatoꝝ est ⁊ sagena cor eius. Unde cũ quidã ph'us vidisset quẽdã aucupẽ cũ muliere iocãtem ait. Tu q̃ aues decipe niteris vide ne quasi auicula factus hui⁹ visco capiaris. Secundũ exẽpluꝫ pertinet ad superbos qui more elephantis nõ flectũtur: ⁊ ideo quãdo cadũt nõ resurgũt nisi ab alijs sctis viris meritis adiuuẽtur Esaie.lxiiij. Cecidimus quasi foliũ vniuersi. Foliũ qñ cadit vlteri⁹ ad arborẽ nõ resurgit. Tertiũ exẽplũ pertinet ad auaros q̃ amãdo terrena efficiunt̃ terra. Augu. Talis est vnusquisq̃ qualis est dilectio sua. Si terram diligas terra es: si deũ diligis: deus es. non quidẽ per naturam sꝫ per grãm. Et ideo si tales frangũtur nunq̃ p se reintegrant̃. ps. Tãq̃ vas figuli confringes eos. Intantũ em̃ conteruntur ꝙ nec in eis igniculus parui desiderij nec modicũ aq̃ lachrymaꝝ iueniatur. Esa.xxx. Comminuetur sicut cõteritur lagena figuli contritione preualida: ⁊ non inuenietur de fragmẽtis eius testa: in qua portetur igniculꝰ de incendio aut hauriat̃ parum aque de fouea. Secundo lepra est morbꝰ abhominabilis: sic peccatores abhominabiles sunt apd̃ deũ. ps. Corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt. Osee.ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerũt. Auari em̃ diligũt lutũ: ideo sũt luto viliores. Sap̃.xv. Luto vilior vita illiꝰ ⁊c. Luxuriosi diligũt immũda: ⁊ ideo sunt spurcitijs fetidiores. Joel.j. cõputruerunt iumẽta in stercore suo. superbi diligũt vẽtosa: ⁊ iõ sunt vesica miserabiliores: sicut vesica acu. pũcta detumescit, sic coꝝ superbia ⁊ inflatio subito euanescit. Sapiẽ.iiij. Dirũpet eos inflatos sine voce scilꝫ excusationis vel orationis. Qualiter aũt pctõres sunt deo abhominabiles dicit. Chrys. sup illud Mat.xxv. Discedite a me ⁊c. quasi non, sufferat presentiam illorũ vel aspicere sicut dicit. Nam sicut carnales oculi per carnalem speciositatem vidẽdo delectãtur. Si quas autẽ dissipata vel deformata videamus quasi vulnerat̃ aspectus nr̃. sic ⁊ deus qui in sanctitate delectat̃ a taꝫ peccatrices aĩas quasi grauatꝰ aspicere nõ suffert. tanq̃ ac si dicat eis quasi putredo ⁊ spurcitia estis. Nec tandiu vos fusti neo q̃diu statis i iudicio meo ⁊ iõ discedite a me. Tertio lepra ẽ morbꝰ vniuersalꝫ: sic ⁊ pctm̃ totũ corpꝰ corrũpit. iuxta illud Esaie.j. A plãta pedis vsq̃ ad verticẽ capitis nõ est i eo sanitas. Ex quo ptꝫ ꝙ peccatũ hoiem ⁊ per pedes ligat ⁊ capiti dñatur. Ligat em̃ p pedes. Job.xviij. immisit in rhete pedes suos: ⁊ i maculis eius ambulat. Greg. Qui pedes in rhete mittit nõ cũ voluerit exit, sic qui in pctõ se deijcit nõ mox cum voluerit surgit. Et qui in maculis rectis ambulat gressꝰ suos ambulãdo implicat. et cũ se expedire ad ambulãduꝫ nititur ne ambulet obligatur. dñatur etiã capiti Aug. peccator seruus est tot demoniorum quot vitioꝝ. Unde legit̃ de dioge ne ph'o: ꝙ cũ Alexãder diceret se dñatorẽ orbis ille ait. Nequaq̃ es dñs sꝫ seruorũ meorũ seruus. Supbia em̃ ẽ dña tua ⁊ ancilla mea. Te em̃ ducit, ego autẽ eã suppeditaui. Carnalis concupiscentia et gula et ira sunt dñe tue ⁊ ancille mee: q̃ı te ducunt et tibi dñantur. ego autẽ eas suppeditaui et vici. Et ideo seruoruꝫ meorum seruus. Et cum serui alexandri vellent in ipsuꝫ irruere ⁊ ipꝫ occidere. Alexander ait. Uide te ne ipsum contingatis: q̃ı vere seruus dei est ⁊ veritatẽ dicit. ¶ Secũdo ponitur curationis modus qui est triplex. Primo enim pctõr curatur p humilẽ sui recognitionẽ: qd̃ notat̃ cum dr̃. Qui steterũt a longe. Sm̃ em̃ legẽ nõ audebant leprosi stare cum sanis ⁊ ideo de lõge steterunt. Sic̃ ⁊ humilis pctõr deo appropinquare nõ audet sicut dicitur. Luc.xviij. Publicanus a longe stans ⁊c. Et talis humilitas deo appropinquare facit. Juxta illud. ps. Respexit in orationẽ humiliũ. idẽ Cor contritũ ⁊ humiliatũ deus nõ despicies. Jaco.iiij. Appropinq̃te deo et appropinquabit vos

bis. Peccator enim appropinquat deo per humilē sui recognitionē ⁊ de⁹ sibi appropinquat per benignā exauditionem, nisi antē de⁹ homini pri⁹ appropinquasset homo nullaten⁹ deo appropinquare potuisset. Aug. de verbis dñi. Quid tam longinquū: quid tā remotū q̄ de⁹ ab hominib⁹ immortalis a mortalibus: iust⁹ a pctōrib⁹ nō loco sȝ dissimilitudine: cum ergo de⁹ in se habeat duo bona. s. iustitiā ⁊ immortalitatē ⁊ nos duo mala. s. iniqtatē ⁊ mortalitatē. Si vtrunqȝ malum nrm suscepisset par nobis fuisset ⁊ liberari nobiscū opus haberet. Ut ergo esset nō hoc qd nos, sed ꝓpe nos: nō est factus ille pctōr: ꝙ tu, sȝ factus est mortalis quod tu suscipiēdo enim penā ⁊ nō suscipiēdo culpā, culpā deleuit et penā. Scđo pctōr curatᷣ ꝑ accēsum desiderium ⁊ clamosam orationē qđ notatur cum dr. Leuauerunt vocē ⁊c. Ille ad deū clamat qui sua desideria ad deum leuat: vt sicut prius desiderauit terrena: sic postmodū desiderat celestia. Aug. O si possemus excitare homines ⁊ cum illis pariter excitari vt tales essemus amatores vite ꝑmanētis, quales sunt homines vite fugiētis. Cū tali desiderio clamabat propheta dicēs. Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe. Et benedixit in toto corde. Quidam enim clamant cū toto corde, scȝ qui in suis orationibus habent intellectum et affectum. i. attentionem ⁊ deuotionē. j. Corint. xiiij. Orabo spiritu: orabo et mente. Alij orāt cum medio in corde qui habent attētionem, sed nullā deuotionē. Ozee. x. Diuisum est cor eorum. Alij cū nullo corde: qui nullam habent deuotionem nec attētionē. Esaie. xxix. Popul⁹ hic labijs me honorat cor aūt eoꝝ longe est me. ¶ Tertio peccator curatur per puram cōfessionem quod notatur in hoc ꝙ chrūs dixit leprosis. Ite ostendite vos sacerdotibus. Sed tamē in via mundati sunt: quia deus virtute contritionis peccatorem mundat interius, priusq̄ a sacerdote absoluatᷣ exterius: hoc etiā patet in leproso quē dñs tangēdo mundauit: ⁊ postea vt sacerdoti se representet ⁊ sacrificiū offerat precepit. vt habetᷣ Matth. viij. Tunc leprosus a domino tangitᷣ quādo pctōr ꝯpungitur. Tūc sacerdoti se representat quādo pctōr sua pctā cōfitendo manifestat. Tūc sacrificiū offert quādo satisfactionē ꝯplet. ps. Dixi cōfitebor. ⁊c. Dixi. i. firmiter statui. Aug. Magna pietas dei vt ad solam promissionem pctā dimittat. nondū ꝓnūciat ore et tamē de⁹ iā audit i corde. ¶ Tertio ponitur curationis effectus q̄ fuit in corpore ⁊ aīa perfecta sanatio: qđ notatur in illo qui redijt. Cui dixit dñs. Fides tua te saluū fecit. Ubi notatur ꝙ priusq̄ leprosi sanarentur clamauerūt: post sanationem etiā iste clamauit. Unde dicitur. Reuersus est cum magna voce, ad innuēdū ꝙ ad deū clamare debemus ⁊ vt sanemur et vt in sanitate cōseruemur. ⁊ merito. Quatuor eñ de causis hō aliquādo clamabat. s. a facie ignis. a violentia furis ⁊ ab impetu aquarum ⁊ a terrore hostiū. In nobis adhuc est ignis cōcupiscētie. Job. xxxj. Ignis ē vsqȝ ad cōsūmationē deuorās. Sȝ felix q̄ dicere pt. Eccli. lj. In medio ignis nō sum estuat⁹. Cōtra hunc ignē debem⁹ ad deū clamare Joel. j. Ad te dñe clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti: Debemus etiā petere aquā lachrymarū que hūc ignē extinguit. Eccl. iij. Ignē ardētē extinguit aqua. In nobis etiā sunt fures. i. oculi lasciui iuxta illud. Thr. iij. c. Oculus meus depredatus ē animā meā. Ideo dēbem⁹ ad deū clamare ⁊ petere oculoꝝ custodiā. Esaie. xxj. Ad me clamat ex seyr. Custos qd de nocte Seyr interꝑtatur hyrcus. Oculi aūt hyrci ꝓpter libidinem tortuose aspiciūt. Et ideo ꝑ seyr intelligitᷣ: ille cuius oculi sūt lasciui. Talis debet ad deū clamare. qui est custos in nocte aduersitatū ⁊ tētationum. Sic clamabat propheta, dicēs. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. In nobis etiā sunt aque multaꝝ tribulationum. ps. Saluū me fac de⁹ ⁊c. Et ideo debem⁹ clamare ⁊ dei ꝯsolationē petere: sicut discipuli clamauerūt, dicētes. Matth. viij. Domine salua nos perimus: ⁊ facta est tranquillitas magna. In nobis est etiam cōtinuum bellū Job. vij. Militia est vita hominis super terrā. Ideo debem⁹ ad deū clamare ⁊ auxiliū petere: sicut clamauit moyses. Cui dñs dixit Exodi. xiiij. capi. Quid clamas ad me. Et tūc dñs pharaonē cū suo exercitu in mari submersit: qȝ ad clamorē nrm dñs vires diaboli ⁊ toti⁹ exercit⁹ sui frāgit.

¶Sermo.iij.vnde supra.

mo: hoc est in animo suo. Maiorē qn̄ pro-
cedit in actū. Maximū qn̄ ꝑ cōsuetudinem
sepelitur. Treñ. ij. Aperuerūt sup te os suū
inimici tui: hoc ꝑtinet ad plausum ꝓ pec-
cato cordis. Sibilauerūt ꝛ fremuerunt dē
tibus suis: hoc pertinet ad plausum ꝓ pec
cato operis. Et dixerūt deuorabimus eū.
En iste est dies quē expectabamus inueni-
mus ꝛ vidimus: hoc pertinet ad plausum
pro peccato consuetudinis.

¶ Sermo. ij. vnde supra.

ADolescēs ti-
bi dico surge ꝛc. Sicut per
istuꝫ defunctū significatur
misera peccatoris condi-
tio. sic ꝑ istum suscitatum
intelligitur salutifera peni
tētis ꝯuersio. Cui⁹ suscitatiōis ꝛ ꝯuersiōis
quedam sunt inductiua: quedam effectiua
quedam ostensiua: ꝛ quedam consecutiua.
Inductiua autē duo sunt, scilicet cōpassio
vidue: ꝛ presentia turbe. Primū igitur qd̄
christum induxit ad istum resuscitādū fuit
compassio vidue. Unde dicitur. Quā cū vi
disset dñs misericordia motus. Ista com-
passio vidue signat cōpassionē peccatricis
anime quā xp̄s super eam gerit: ꝛ tanq̄ pa
ter benignus consolationē infundit. ij. Co
rin. j. benedictus de⁹ ꝛ pater dñi nostri Ie-
su xp̄i pater misericordiarū ꝛ toti⁹ conso-
lationis ꝛc. Et vocat hic ap̄ls deum tripli
ci noīe: scꝫ deū, dñm ꝛ patrē. Nā scd̄m tri-
plicē tēporis veritatē assecut⁹ est hāc tri-
plicem denominationē. In statu eīm legis
na ture vocatus est deus. Unde dicitur. In
principio creauit de⁹ ꝛc. Et ratio est: quia
tunc erat tēpus instruendi hoīes in vnius
veri dei cognitione. De⁹ eīm: vt Damasce.
dicit, dicitur a theos qd̄ est deus, siue co-
gnoscens quia seipsum nos cognoscere fa
cit. In statu legis scripte est vocatus dñs.
Unde dicebat. Ego dñs ꝛc. Et ratio est qr̄

tunc tempus erat tenẽdi homines in timore: dñs enim est nomẽ timoris. In statu legis euãgelice sepe vocat pater. Vñ in oratiõe dñica nõ dicit deus noster: nec dñs noster: sed pater noster. Et ratio est qr mõ est tps confouẽdi filios in amore patris. Pater eñ nomẽ est amoris. Rom.viij. Nõ eñ accepistis spm̃ seruitutis iterũ in timore: sz accepistis spiritum adoptionis filiorum. Secũdum inductiuum fuit presentia turbe. Nam ⁊ cum ipso erat multitudo copiosa, ⁊ cuz vidua similiter turba multa: ideo scdm̃ gl. Xps inductus fuit coram illis facere miraculũ vt illi crederent: ⁊ istius miraculi testes essent Sed notãdum qꝫ suscitatio filie archisynagogi facta est: iacta multitudine p̃sentie. Suscitatio vero isti⁹ ⁊ lazari in penitentia multitudinis q̃ etiã diu durauit ⁊ longo tẽpore vixit: ⁊ longã penitẽtiã egit. Per puellã igitur suscitatã in domo intelligitur peccator occultus q̃ q̃dẽ deũ offendit. Per puerũ extra domũ suscitatũ peccator manifestus qui deũ offendit ⁊ proximũ scandalizauit. Per lazarũ quatriduanũ ⁊ fetidum peccator cõsuetudinari⁹ intelligit q̃ deũ offendit ⁊ proximũ scandalizauit ⁊ deũ a se nimiũ elongauit. Peccator igit occult⁹ dz facere penitẽtiã in occulto vt placet deũ. Peccator manifestus dz facere penitẽtiam manifestã ⁊ diuturnã vt placeet deũ ⁊ edificet proximũ. Peccator cõsuetudinarius dz facere penitẽtiã manifestã ⁊ diuturnã vt placet deũ ⁊ edificet proximũ ⁊ paulatim possit appropinquare ad deũ. Scdo in ista resuscitatiõe fuerũt quedã effectiua: que quidẽ fuerũt duo scz tact⁹ loculi ⁊ iussio precepti. De primo dicitur: accessit ⁊ tetigit loculuz. Tũc dñs loculũ tangit qñ cor durũ pctõris ad penitẽtiam emollit. Loculus eñ iste est cõsciẽtia peccatoris: iniquo quo tanq̃ in lecto male cõscientie requiescit. Est eñ loculus iste spinosus ⁊ tamẽ in ipso requiescũt auari: vt dr Job.xxx. Esse sub sentib⁹ delicias cõputabãt. Est lutosus ⁊ tñ in ipso requiescũt voluptuosi: vt dr.ij. petri.ij. Sus lota i volutabro luti. Est vẽtosus: ⁊ tñ in ipso requiescũt supbi: vt dr Hiere.xxij. Oẽs pastores tuos pascit vẽt⁹. Ecce quãta cecitas requiescere i lecto spinoso, lutoso ⁊ vẽtoso. Sz accedit dñs. Et loculũ tangit dũ peccatorẽ ad sui cognitionem reducit et tunc ille loculus q̃ prius erat spinosus per punctionem viciorum efficitur floridus per amenitatem virtutum. Cant.j. Lectulus noster floridus. Qui prius erat fetidus per immunditiam efficitur odoriferus per puritatem internam. Cant.v. Vinee florentes odorem dederũt. Odor vineaꝶ homines recreat serpẽtes fugat. Sic odor castitatis delectat deũ ⁊ homines fugat ⁊ serpẽtes ifernales Qui pri⁹ erat ventosus per inquietudinẽ efficitur quietus per mentis tranquillitatem. Ecclesia.xliij. In sermone eius siluit ventus: cognitiõe sua, id est sapientia placauit abissum. i. cor pctõris confusum. Secundum effectiuum huius resuscitationis fuit iussio precepti cũ ait. Tibi dico surge. Ista autem iussio est diuina inspiratio. De qua dicitur Ephe.v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xps. Diuina quidẽ inspiratio excitat dormiẽtem: ideo dicit. Surge q̃ dormis: viuificat morientẽ: iõ subdit. Et illuminabit te xps. Est eñ xps via veritas ⁊ vita: vt dr. Johã.xiiij. Est via p quã hõ ad celũ vadit. Est veritas que hominẽ ne erret deducit. Est ẽt vita p quã homo tanq̃ ad terminũ peruenit. Qr igitur est via excitat dormientẽ: vt surgat ⁊ per viã cadat. Qr est veritas deducit ignorantem ne per deuia incedat. Quia est vita viuificat morientem vt ad vitam eternã perueniat. Tertio in ipsa suscitatione fuerunt quedam ostensiua: id est quedam per que ostenditur qꝫ fuit vere suscitatus. Et illa sunt duo: scilicet sessio ⁊ locutio. Primo dicitur Resedit qui erat mortuus. Non dicitur qꝫ stetit: nec qꝫ iacuit: sed qꝫ resedit. In stando totum corpus laborat. In iacẽdo totum quiescit. In sedendo partim laborat ⁊ partim quiescit. Ille qui circa curas tẽporalium nimis laborant. Illi iacẽt qui a bonis operibus nimis torpent. Neuter istorum vere sunt suscitati. Illi sedent qui dediti sunt ⁊ labori actionis ⁊ quieti contẽplationis: illi sunt vere suscitati. Tales qui habent vtranq; vitam: scilicet actiuam ⁊ contẽplatiuam dant se deo per deuotam orationem: proximo per misericordem subuentionem ⁊ sibĩpsis per humilem recognitionem. Et sic habent officiuz Magdalene Marie ⁊ Lazari. Bernard⁹

Opus est vt maria pie & subtiliter sentiat de deo martha misericorditer & benigne de proximo. Lazarus misere & humiliter de seipso. Secūdo peccator ostenditur suscitatus quando ille qui cōsueuit loqui verba mūdi vel verba peccati incipit loqui verba dei. Sicut enim tunc ostendebat se esse ciuem babylonie: sic modo ostendit se esse ciuem hierusalē ciuitatis superne. Ad linguagium enim quod quis loquitur ostendit ciuilitatem quā profitetur. Unde dictū fuit Petro & loquela tua manifestū te facit. Qui ergo loquitur verba mundi, ostendit quod sit professus ciuilitatem mūdi. Johā.iij. Qui de terra est de terra loquitur. Qui loquitur verba peccati indicat quod sit professus ciuilitatē inferni. Jac.iij. Lingua nostra ignis est inflāmata a gehenna. Qui loquitur verba dei indicat quod sit professus ciuilitatem paradisi. Unde dñs loquens semper verba dei cōquerebatur de iudeis dicens. Johā. viij. Quare loquelā meā nō cognoscitis? Quarto in ipsa resurrectione sunt quedā cōsecutiua, que quidē sunt duo. Primū est dei laudatio. Unde dicitur. Accepit autem oēs timor & magnificabant deū. Nā sicut dicit Augu. Nemo donis dei est beatus qui donanti existit ingratus. Qualiter autem deus laudetur ostendit in libro.i. homel. in persona dei dicens. Si fueris iniquus: nō me laudas. Si fueris quasi iustus & de iusticia inflatus nō me laudas. Si vita cum lingua cōsentit me laudas. Et subdit. Melius ē tacere & benefacere quam laudare & peccatū cōmittere ergo fratres toti laudate cantet vox cantet vita: cantēt facta. Secūdum est christi fides & cognitio cum dixerunt propheta magnus surrexit in nobis. Et vocāt christū prophetam magnū & visitatorem nostrū. Fuit autē christus propheta magnus quia habuit verba magne sapiētie. Johā.vij. Nunquam sic locutus est homo sicut homo iste. Habuit miracula magne potētie. Actuū.x. Qui pertransijt benefaciēdo & sanādo oēs oppressos a diabolo. Habuit exēpla magne sanctitatis & vite. Matth.xi. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Luce.vlti. Qui fuit vir propheta potēs in opere, quo ad miracula: & sermone, quo ad verba corā deo, & omni populo quo ad exēpla. Fuit etiā visitator noster. Luce.i. Uisitauit nos oriēs ex alto. In huius figura dixit isay ad Dauid.i. Regū.xvij. Fr̄es tuos visitabis si recte agāt. Et cū quibus ordinati sunt disce. Uisitatoris enim officiū est inquirere de vita: ideo dicitur. Si recte agāt. Inquirere de fama ideo subditur. Cum quibus ordinati sunt disce. Et ista facere debet ex charitate fraterna: ideo pmittitur fratres tuos. Christus igitur ad nos visitando veniens et inquirens de vita inuenit in nobis mala opera. Joh.iij. Erāt autem eorum opera mala inquirēs de fama: inuenit quod eramus demonibus associati. Job.xxx. Frater eram draconum & socius struthionū: ideo quia iste visitator opera mala dissoluit. Ideo dicitur.i. Joh.iij. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli ipsum diabolū nobis associatum de mūdo eiecit Joh.xij. Nūc iudiciū est mūdi: nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Ista aūt nō fecit tanquam tyrānus: sed tanquam frater vterinus. Ps. Narrabo nomē tuū &c. ¶ Sermo.iij. vt supra.

Et hec vidua erat samaritana. mulier ista de morte filij sui multum dolebat: & ideo lamentabiliter eum flebat. Dolor autē eius ex quatuor causabatur: videlicet ex eo quod erat mulier: ex eo quod erat mater: & ex eo quod erat vidua mater et ex eo quod erat vnica mater. Primo igitur causabatur dolor ex eo quod erat mulier. Naturaliter enim mulieres magis patiuntur & magis compatiuntur quam viri ex eo quod habēt animā magis mollē. Unde mulier: quasi mollis aer dicta est. Ideo scdm philosophū in lib. de aīalibus. In omni genere aīaliū femine sūt molliores quam viri: pter vrsam & leopardā. Cū igitur inuenitur aliqua mulier seuera & dura nō pōt dici femina: sed vrsa & leoparda. Mulier quidē similiter naturaliter ē frigida & humida: & ideo de facili est passibilis & cōpassibilis. Uir autē naturaliter est calidus & siccus: ideo nec sic de facili patitur nec cōpatitur: ideo in filij morte & aduersitate naturaliter plus dolet mater quam pater ex eo quod est magis mollis & compassibilis. In filij aūt honore & sublimitate naturaliter plus gaudet pater quam mater: quia est magis magnanimus: Et istud aperte innuitur. Prouerb.x.

Filius

Filius sapiēs letificat patrem: filius vero
stultus mestitia est matris sue. De filio au
tem sapiēte et bono habet pater leticiam:
& mater vanam gloriā. De filio aūt stulto
& malo habet mater tristitiā: pater vero
iram. Prouer.xvij. Ira patris filius stult⁹
& dolor matris q̄ genuit eū. Secūdo cau-
sabat̄ eius dolor ex eo ꝙ erat mater. Na
turaliter eniꝫ mater plus diligit q̄ꝫ pater:
& ideo pl⁹ d̄ morte eius tristatur. De amis
sione enim eius rei quam maxime diligi-
mus maxime tristamur. Quare autem ma
ter pl⁹ diligit filiū q̄ꝫ pater multe sunt cau
se. Prima est: qꝛ naturaliter plures habet
defectus q̄ꝫ vir: qui quidē defectus releuā
tur qñ ab ipsa filij generant̄. vnde Multe
mulieres q̄ a viris odirētur ꝓpter filios
quos generāt diligunt̄: & ideo mulier sciēs
propter filiorū ḡnationē se ī suis defectib⁹
releuari: & a viro pl⁹ diligi vehemēter eos
amat. Secunda causa est qꝛ illud ꝓ q̄ pl⁹
laboram⁹ pl⁹ diligim⁹. Mater autē plus
laborat circa filios q̄ꝫ pater tā importādo
q̄ꝫ in pariendo: q̄ꝫ etiā in educādo. Tertia
causa est: qꝛ illam rem plus diligim⁹ quā
certitudinaliter nostrā esse scimus. Mater
aūt certitudinaliter scit ꝙ filiū de se ḡna-
uit: vir aūt & si credat tamen certus nō est
ꝙ sit de suo semine ꝓprio generat⁹. Quar
ta causa est: qꝛ illam rem plus diligim⁹ in
qua mai⁹ ius nos habere scim⁹. Scd̄m au
ctē philosophū: maior portio de substātia
matris est ī corpore filij q̄ꝫ de substātia pa
tris. Quinta causa est: qꝛ sicut dicit Augu.
Amicitia trahit̄ ex cōsuetudine cohabitā
di: colloquēdi: & cōuersandi. Matres aūt
cū filijs magis cōsueuerūt habitare collo
qui & ꝯseruari: q̄ꝛ̄ aūt mater pl⁹ diligit
filiū q̄ꝫ pr̄: tñ filius naturaliter plus amat
patrē q̄ꝫ matrē. Et vna ratio est qꝛ pr̄ ē p̄n
cipiū effectiuū & formale in filij ḡnatione
carnali. Alia est: qꝛ fili⁹ dꝫ pr̄i in oīb⁹ bōis
succedere. Tertia est qꝛ part⁹ sequit̄ ven-
trem quo ad libertatē & seruitutē. ita ꝙ na
tus d̄ ancilla matre & libero patre erit ser
uus. Natus de seruo patre & libera matre
erit liber in honoribus aūt & muneribus
& dignitatibus partus sequitur patreꝫ: vt
si rex contrahat cū aliqua plebeis filius q̄
nascitur dignitatem habebit regalē: fili⁹
igitur plus diligit patrem q̄ꝫ matrē: tum

quia ab ipso recipit formationē. tum quia
ab ipso expectat omnium bonorū successio
nem: tum quia ab ipso habet dignitatē et
honoreꝫ. Pater tamen & mater plus natu
raliter diligūt filios q̄ꝫ a filijs diligantur.
Et ideo ē: qꝛ parētes de natura sua ꝓprie
dederūt filijs corp⁹ ꝓpriū. Filij aūt parē
tibus ī ḡnatione nihil dederūt, & ideo pa
rētes filios vt opa sua: vt carnē suā. vt mē
bra sua diligūt. Uidemus eñ ꝙ humor ar
boris fluit a radice in ramos nō ecōuerso:
& amor ex pr̄e q̄ est radix magis fluit ī filiū
tāq̄ꝫ ī ramū q̄ꝫ ecōuerso. Tertio causabat̄
ei⁹ dolor ex eo ꝙ erat vidua mr̄: vidue eñ
sepe decipiunt̄: qꝛ sunt sine viro ꝯsiliatore.
Uñ dicit̄. Mat.xij. Deuorāt domos vidua
rum sub obtētu prolixe oratiōis. Sepe mo-
lestant̄: qꝛ sunt sine viro defensore. Esa.x.
Erūt vidue p̄de eorū io dz. Esaie.j. Defen
dit viduā. Sepe sunt ī tristitia: qꝛ sunt sine
viro cōsolatore: & ideo graue est pcm̄ ꝯtri
status iterū ꝯtristare. Hiero.xxij. Uiduā nō
lite contristare: & magnū est meritum eas
cōsolari. Job.xxix. Cor vidue ꝯsolat⁹ suꝫ
Iaco.j. Religio mūda & immaculata apō
deum & patrem: hec est visitare pupillos &
viduas in tribulatione eorū. Quando igi
tur vidue filios suos amittunt multum do
lere cōsueuerunt: qꝛ remāserant eis loco
viri cōsiliātis, defendētis & cōsolātis. Ali-
quando tamē expedit viduis viro & filijs
carere: quia magis libere possunt deo ser
uire. vñ dicit Hiero. in epl'a ad paulā. San
cta melania calescente adhuc mariti cor-
pusculo: necdū humato duos filios ꝑdi-
dit q̄ ad pedes christi ꝓuoluta ait. Expedi
tius tibi seruitura sum domine: quia tāto
onere me liberasti. Debent autem ipse vi-
due tria vitia fugere. s. ociositatem, loqua
citatem, & curiositatem. de quibus dicitur
in Thim.v. Similiter & ociose discunt cir
cuire domos non solū ociose: sed etiā ver
bose & curiose loquētes que non oportet.
Primo igitur nō debent esse ociose. Hiero.
Semper aliq̄d boni operis facito: vt dia
bolus se inueniat occupatum. Ezech.xvj.
c. Hec fuit iniq̄tas zodome sororis tue su-
perbia: saturitas panis ocium & abundā-
tia. j. Thimo.v. Uidua q̄ in delicijs est vi-
uens mor tua est. licet enim sit viuēs in cor
pore tamē est mortua in mēte. Dixit ange

lus q corpus hominis est sicut ferreũ jn=
strumentũ: quod si exercitatur licet con=
teritur tamen luci duz efficitur. Si vero nõ
exercitatur rubigine consumitur. Si enim
corpus nostrum ieiuniis et vigilijs exerce
mus debilitatem incurrit: si non torpore
marcescit. Melius est autem ipsum labo=
rando conterere quã merita consumere.
Secundo non debeat esse verbose: q̃uis
enim verbositas reprehẽsibilis sit in viris:
tamen in feminis magis est reprehensibi=
lis et maxime in feminis viduis. Nam sm
Chryso. Mulieres sunt incaute molles et
fragiles, et qr incaute, ideo cito decipiunt
ex eo qd ea que audiunt ratione nõ discer=
nunt vel discutiunt, quia vero sunt molles
ideo ad bonum et ad malũ cito flectũtur:
quia autem sunt fragiles. ideo de facili su
perãtur. Unde diabolus nõ est aggressus
virũm: sed mulierem, sciens q mulier faci
lius deciperetur ex eo q sexus incautior est
et citius flecteretur: ex eo q est sexus mol=
lior: et facilius vinceretur ex eo q est sexus
fragilior. Tertio non debent esse curiose:
quia non debent de domo in domuz circũ
ire: sed in domo manere aut in ecclesia
orare. j. Tim. v. Que vere vidua ẽ et deso=
lata speret in domino: et instet obsecratio
nibus et orationibus nocte et die. Legitur
de naturis animalium q turtur amisso cõ=
pari stat in hyeme in nido: in estate vero
trãsit ad loca frigida: sic vidua in hyeme
id est in presenti vita in qua est frigus peccati
et carentia ignis diuini: et sufflatio mali vẽ
ti id est tentationis diaboli debẽt morari,
vel in nido domus proprie non discurren
do nec vagando: memor. Dine que quia
discurrit castitatem amisit. Vel in nido sue
conscientie. s. ipsam mundãdo vt possit di
cere Cant. j. Lectulus noster floridus. Vel
in nido sancte ecclesie oratiõib⁹ scilicet in
sistendo: exemplo anne vidue: de qua ha=
betur Luc. ij. Si vero sentit i carne aliquẽ
malum calorem, transeat ad loca frigida
hoc est assumat remedia refrigerentia sci
licet maceracionem carnis carnalitatem
exurẽtem. ps. Ure renes meos et cor meũ:
abundantiam lachrymarum concupiscen
tiam extinguentem: et tunc dicere poterit
cũ propheta. Transiuimus per ignem et
aquam, et eduxisti nos in refrigerium ni=

hilominus vadat frequenter ad rorẽ ver
bi dei refrigerantẽ. Ecclesia. xviij. Nonne
ardorẽ refrigerabit ros: sic et verbũ me=
lius q̃ datũ. Quarto causabatur eius do=
lor ex eo q erat vnici mater: nõ enim ali⁹
filius sibi remãserat qui ipsam aleret vel
nutriret hoc q̃ppe spectat ad filios paren
tes scilicet nutrire et fouere ad quod indu
cimur verbo, siue precepto. Exodi. xx. Ho=
nora patrẽ tuũ et matrem. Et intellige nõ
tantum de honore reuerentie: sed etiã be=
neficentie: sed quo plus mouent exempla
q̃ verba: ideo iducimur exemplo domini
qui de matre curam habuit: et in vita sibi
obediendo. Luc. ij. Erat subdit⁹ illis. Et
in morte ipsam Joãni recõmẽdãdo et post
mortem sibi apparendo: qr vero multos
plus inducunt promissa q̃ exẽpla vel ver
ba: ideo dominus nos promissione indu=
cit, cum precepto supradicto promissionẽ
addidit: dicens. Ut sis longeuus super ter
ram. et intelligitur non tantũ de terra mo=
rientium, sed etiam viuentium. Sed quan=
doq3 aliqui sunt duri, quos plus mouent
cõminata supplicia q̃ verba vel exempla
siue pmissa: ideo dominus comminationẽ
facit, dicens. Exodi. xxj. Qui maledixerit
patri vel matri morte morietur: et intelli=
gitur non tantum de morte temporali: sed
etiã de morte eterna. Sed dato q defici=
ant omnia verba, exempla, promissiones,
et comminatiões, adhuc inducimur instin
ctu nature: et super hoc Ualerius tria po=
nit exempla cum enim quedam mulier no
bilis ob quoddam flagitium carceri mã=
cipata esset: vt ibi fame deficeret: filia sua
nupta de licẽtia iudicis ipsam quotidie vi
sitabat: prius tamen diligenter perscruta
bantur ne comestibile ei deferret. Illa ve=
ro extracto vbere singulis dieb⁹ de lacte
proprio matrem propriam alebat. Cũ ve
ro iudex miraretur q tanto tempore sup=
uiueret repertum est quod fiebat tunc iu=
dex pietate motus matrem filie condona
uit. Simile fere per omnia refert Solinus
de quodam patre sene: et grandeuo aliter
a filia in carcere sustẽtato. Secũdum exẽ=
plum ponit dicens: q quando cyconie se=
nescũt filij parẽtes suos in nido ponũt: et
velut infantes iuxta pectus suum collocãt
fouent et nutriunt: soli vultures parentes

suos mori permittunt. Tertium exẽplũ ponit q cum Darius rex persarum fines scytharum inuasisset miserunt ei scythe litteras q depopulationem agrorum et vinearũ equanimiter tolerarẽt: sꝫ si sepulchra parentum contingeret: tunc scytharum potentiam et vires sentiret: quia pro eorum defensione morti se exponere sunt parati.

¶ Dñica.xvij.post festũ trini. Sermo.j.

Cum intraret Jesus in domum cuiusdam principis pharseorum sabbato manducare panem ꝛc. Luc.xiiij. Christus secundũ glos. sepe in sabbato docebat et curabat siue vt plures q ad sabbatũ cõueniebãt lucrifaceret: siue vt in sabbato celestis quietis omnes infirmitates curãdas esse ostẽderet: siue vt interdum a quiete contemplationis propter salutem animarum nos subtrahẽdos esse doceret: ideo ad mãducãdum sabbato cum isto principe intrauit non propter cibum, sed propter animarũ lucrum. Ubi etiam hydropicum istum in corpore: et in mente curauit. Circa cuius curationẽ ex parte phariseorum fuit magna letitia. Ex parte hydropici fuit magna miseria. Ex parte xpi magna misericordia. Malicia aũt phariseorum in trib9 fuit. Primo in hoc q eũ obseruabãt si, videlꝫ sabbato curaret: vt sic possent ei detrahere q sabbatũ solueret. Magna malitia eorũ: qr eũ pascebãt et sibi insidias parabãt: cũ eo comedebãt et ipm mordere volebãt. Tales sunt multi q alios pascũt cibis corporalibus: et tñ vescunt eorum carnib9. Prouer. xxiij. Noli esse in comessationibus eorum; qui carnes ad vescendum conferũt. Glo. carnes ad vescendũ cõferre est in colloqutiõe vicissim vitia proximorũ dicere. Gal. v. q si inuicem mordetis et comeditis ꝛc. Ille mordet qui partem accipit: et partem relinquit. Ille comedit qui accipit quod sibi sufficit et reliquum dimittit: ille consumit qui nihil relinquit. Pharisei ergo christum aliquãdo mordebant ipsum in aliquo laudando et in aliquo reprehendẽdo: intra illud. Matth.ix. Quare cũ publicanis et peccatoribus manducat magister vester et bibit? In hoc q magistrum eum vocant laudant eum, sed in hoc eum reprehẽdũt q cum peccatoribus mãducabat. Aliquãdo ipsum mãducabãt: eius opera peruertẽdo ex eo q in sabbato ea faciebat. Joh. ix. Nõ est hic homo a deo q sabbatum nõ custodit. Aliquãdo ipsum consumebãt: totam vitam suam contẽnendo. Matth. xi. Ecce homo vorax et potator vini: et peccator et publicanorum amicus. Sunt etiam multi qui alios in parte laudãt: et in parte vituperant isti mordent. Alij sunt qui oia bona opera in alijs puertunt; isti comedunt. Alij sunt qui et opera iudicant, et intentionem condẽnant: isti consumunt. Secundo eorum malitia in hoc erat q tacebant: cũ enim dominus eos interrogaret. Si licet sabbato curare ipsi tacuerunt: qr sicut dicit Beda quicqd dicissent cõtra se dictum fuisset. Nam si licet curare: quare christum obseruant? Si nõ licet: quare pecora curant? q igitur tacebant cũ eos dominus interrogaret: ex angustia procedẽbat. Sed notandũ q aliquando bonũ est tacere: aliquãdo bonum respondere. Bonum quidem est tacere. Aut propter sapiẽtiam. Ecclesia.xx. Est tacens qui inuenit sapiens: et est tacens sciens tempus apti temporis. Aliquando tacent ratione ignorantie. Ibidem. Et tacens non habẽs sensum loquendi. Aliquando ratione patiẽtie. Ps. Posui ori meo custodiã dum consi de. pecca. aduer. me. Aliquãdo vero bonũ est respondere. Prouerb. xxvi. Responde stulto iuxta stultitiam suam: ne sibi sapiẽs esse videatur. Et dicitur tamen ibidẽ. Ne respondeas stulto iuxta suam stultitiã ne efficiaris ei similis. Non est enim stulto respondendum stulte et impatienter: sed discrete et sapienter. Unde etiã philosophi aliquando maledicẽtibus respondebãt sed sapienter. Xenocrates em cuidã maledicenti ait. Ut tu lingue tue: sic ego auriũ mearũ dominus sum. Antistenes etiã cuidam dicenti homines de te male loquunt ait. Superioris est hoc pati: inferioris discere. Xenophon cuidam maledicenti ait. Tu didicisti maledicere ego teste cõscientia didici maledicta cõtẽnere. Tertio malitia eorum in hoc erat q plus de animalibus q de animabus curabãt: quod notatur cum dicitur: Cuius vestrum asinus aut

bos in puteum cadit: sic etiam sunt multi
prelati qui de minimis habent curam ma
gnã, de magnis paruam vel nullã. Job.
Passus est dãna rerũ, mortẽ filiorũ, corpo
ris cruciatum et tamẽ non scidit vestimen
ta sua nisi in morte filiorum. Nam in dã
no rerũ ostendit patientiam dicens. Do
minus dedit dominus abstulit etc. In cru
ciatu corporis ostendit non tantũ patien
tiam: sed etiã humilitatẽ magnam. Unde
dicitur de testa saniem radebat sedens in
sterquilinio. In morte autẽ filiorum ostẽ
dit magnã tristitiã. Sed prelati plus cu
rant de decimarum subtractione et iniuria
rum irrogatione: quam de subditorũ perdi
tione. Chrys. Si populus decima diuinã ob
tulerit murmurant omnes: sed si populũ
peccantẽ viderit nemo murmurat contra
eos. Omnes de honore suo solliciti sunt:
de honore autẽ dei nullus. Bern. Cadit asi
nus et est qui sublevet. perit aia: et non est
qui recogitet. Secundo ex parte hydropi
ci fuit magna miseria: hydropicus sm
Bedam tres habet miserias: que etiam
tanguntur in gloss. scz inflationem ventris
ardorem sitis: et exhalationẽ fetoris. pri
mo igitur habet inflationem vẽtris per quã
intelligitur superbia. Sap. iiij. Dirumpet il
los inflatos sine voce scilicet excusationis
vel deprecationis: et dicit dirumpet. i. di
uersis partibus rumpet. Nã a superiori rũ
pet eos malleus diuine sentẽtie. De qua di
citur. Matth. xxv. Discedite a me maledi
cti etc. Hiere. xxiij. Nonne verba mea quasi
malleus cõterẽs petras? Ab inferiori mal
leus voracis gehẽne. Job. xxxi. Ignis est
usque ad consummationem deuorãs etc. Ab
interiori malleus remordentis consciẽtie.
Esaie. vlti. Uermis eorum nõ morietur. Ab
exteriori malleus percussionis diabolice.
Prouerb. xix. Parata sunt peccatoribus iu
dicia et mallei percutientes stultorum cor
poribus. Nimis igitur est durus qui nõ frã
gitur in consideratione istorũ malleorum.
Aug. Ue miserabilis duritia ad quã con
frigendam leues sunt grandes mallei. O
insensibilis torpor ad quem excitãdũ ob
tusi sunt tam acuti aculei: o letalis sopor
ad quã excitandam raucum est tam terri
bile tonitruum. Secundo hydropicus ha
bet ardorẽ sitis: per quã intelligitur aua

ritia. Auarus enim tã ardenter sitit pecu
niã quod quanto plus bibit: tanto plus bibere
cupit. Joh. iiij. Omnis qui biberit ex hac
aqua non sitiet iterũ. Poeta. Sic quibus
intumuit vẽter suffusus abunda. Quo plus
sunt pote plus sitiuntur aque. Tam ardẽ
ter sitit quod aqua turbida vel furtiua id est
pecunia iniuste acquisita dulcius sibi sapit.
Hiere. ij. Quid tibi vis in via egypti: vt bi
bas aquam turbidã? Prouerbi. ix. Aque
furtiue dulciores sunt. Nam ardenter sitit
quod etiã sanguinem pauperum bibit. Eccle
sia. xxxiiij. Panis egentium vita pauperis
est: qui defraudat eũ homo sanguinis est.
Tertio hydropicus patitur exalationẽ fe
toris per quam intelligitur luxuria que fe
tet corã deo. Joel. ij. Ascendit fetor eius,
et ascendet putredo eius: quia superbe egit.
Gen. xviij. Clamor sodomorũ et gomor
reorũ multiplicatus est et peccatum eorum ag
grauatum est nimis: ille autẽ clamor non
est nisi peccati fetor. Est autẽ fetor tolera
bilis quãdo tãtũ ex vna re fetida causatur,
vel si ex diuersis rebus: tamen leuis est fe
tor, vel si cũ grauis: tamen cito deficit: quando
vero causatur ex diuersis rebus fetidis, et
est fetor grauis et diuturnus: tunc est intol
lerabilis. Fetor igitur illorum causabatur
ex multis peccatis: ideo dicit. Clamor eo
rũ multiplicatus est. Erat grauis: ideo sub
dit. Et peccatũ eorũ aggrauatũ est. Erat
nimius. i. diuturnus: ideo dicit nimis. Ta
lis fetor deũ de celo descẽdere fecit: ideo
subdit. Descendã et videbo etc. Tanquam si
aliquis diceret. Accessi de domo mea pro
pter fetorem quem sentiebam. Iste fetor
etiã hodie in mũdo est qui quidẽ causatur
ex multis peccatis. Osee. iiij. Maledictũ
et mendacium et homicidiũ: furtũ et adul
terium inundauerũt. Causatur etiam ex cor
poribus per luxuriã putridis. Esa. xxxiiij.
De cadaueribus eorũ ascẽdet fetor. Est
etiam diuturnus: quia usque ad mortem in
immundicijs perseuerant. Joel. j. Cõputru
erunt iumenta in stercore suo. Jumẽta
quidẽ in stercore suo putrescere: est carna
les homines in fetore luxurie vitã finire.
Tertio ex parte christi fuit magna mise
ricordia: quod notatur cũ dicitur. Ipse eum
apprehẽdit sanauit cũ ac dimisit. Ubi ostẽ
ditur triplex effectus misericordie. Primus

est quia ipsum apprehendit: peccator eni est in faucib⁹ diaboli. Sed tunc dñs ipsu͂ apprehendit qñ de faucibus eu͂ trahit. Job xxi. Côterebât malos iniqui: ⁊ de dêtibus illius auferebât predâ. Et istud maxime fit per contritionê. Maxilla eni diaboli est perforata: ⁊ ideo qñ peccator côteritur mox inde egreditur. Grego. super illud Job. xl. Armilla perforabit maxillâ ei⁹. Quis ore illius semel rapt⁹ maxillam ei⁹ nô euaderet, si perforata nô eêt? Secûdus effectus est: q2 ipsum apprehensum sanauit. ⁊ hoc fit propter côfessionê l qua sanantur vulnera peccatorû. Hiere. xxx. Obducam cicatricê: ⁊ sanabo te a vulneribus tuis. Terti⁹ effect⁹ est: q2 sanatû dimisit: ⁊ hoc fit per satisfactionê. Matthe. xviij. Misertus domin⁹ serui illi⁹: dimisit eû ⁊ debitû dimisit ei. Non sufficit autem ꝙ quis peccata dimittat: nisi eû hoc ꝑ côtritionem ⁊ confessionê ⁊ satisfactionem ea deleat sicut ostendit Grego. in pastoralibus per tria exempla. Primû est si quis literas vel aliquod instrumêtû falsu͂ scribit non sufficit quod vlterius non scribat nisi etiâ quod male scripsit deleat. Peccata nostra omnia scripta sunt Hiere. xvij. Peccatum iuda scriptum est in stillo ferreo in vngue adamantino. Non sufficit ergo vt quis dimittat peccata: nisi quod et malefecit per contritionem in lachrymis deleat Ps. Lauabo per singulas noctes lectû meû ꝛc. Secûdû exemplum est: quia si quis alicui blasphemias dixerit: nô sufficit ꝙ vlterius non dicat: nisi de his que male dixit peniteat. Peccator deû blasphemat. Rom. ij. Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Non sufficit igitur vt a talibus blasphemiis desistat: nisi de his que fecit se in confessione culpabilê recognoscat. Prouerbio. xviij. Justus prior accusator est sui. Tertiû exêplû est ꝙ debitor non absoluitur a debitis que côtraxit pro eo ꝙ alia nô multiplicat nisi ea que contraxit persoluat: quando peccamus debitores dñi sum⁹, de his aût debitis absoluti non sumus pro eo ꝙ alia nô superaddimus, nisi de illis digne deo satisfaciamus. Ad Rom. iiij. Ei autê q operatur merces non imputatur secûdû gratiam. sed secundum debitum.

¶ Sermo. ij. vnde supra.

Ecce hô quidâ hydropic⁹ erat añ illû ⁊ c. Sicut dicit Beda. hydrops est morb⁹ ab aquoso hu͂more vocabulû trahês. Grece eni hydros aqua latine vocat. Cui ꝓpriû est ꝙ stomagis abûdat humore inordinato: tanto amplius sitit. Per hydropicû igit intelligere possum⁹ sitim siue appetitû deliciarû, honorû: maxie aût diuitiaꝝ. Sz primo videam⁹ qualiter hec tria suarû significent. Sicut eni dr Prouerb. xxx. Tria sunt insaturabilia. s. infern⁹. ⁊ os vulue, vel ƀm aliâ literâ amor mulieris ⁊ terra sitiês. Per infernû intelligitur supbia. Tû q2 per superbiâ angeloꝝ prio fuit fact⁹. Tû q2 a superbis angelis primo fuit possessus. Tû q2 primû pctm ibi punitu͂ fuit. s. superbia: ⁊ ideo infern⁹ est ꝓpri⁹ locus superborû. sicut infern⁹ nô satiat alabus: sic nec superbus honorib⁹. Per amorê mulieris intelligit carnalis côcupiscêtia q̄ nô satiatur. Hiero. Libido trâsacta semꝑ sui relinquit putredinê vel plenitudinê nunq̄ satiata, ⁊ extincta reaccêditur vsu crescit nec rationi paret. impetu deducitur. Per terrâ sitientê intelligitur auaritia: quia sicut illa non satiat aqua: sic nec auarus pecunia. Eccli. v. Auarus nô implebitur pecunia. In morte aût ostendit ꝙ sitis eorû sit vana ⁊ nociua: ⁊ morti ferro potu extinguenda. est eni vana: q2 oia huius mûdi i morte euanescût. Hoc patet in morte Alexâdri qui cû fuisset toti⁹ mûdi dominus cupid⁹ ⁊ luxuriosus: ⁊ eius ossa in vase aureo fuissent recondita: illuc ph'i a diuersis mûdi ptib⁹ ꝯuenerût. Vn⁹ igit volês ostêdere suû dominiû vanû fuisset, ait. Heri isti non sufficiebat totus mundus hodie septê pedû sepultura est content⁹. Alius volens ostendere vanû esse aurû ⁊ argentû congregare ait. Heri iste faciebat thesaurû de auro: hodie aurum thesaurum facit de ipso. Al'us volês ostêdere vanum esse corpus nutrire deliciis dixit. heri iste corpus suum diuersis nutriebat deliciis: hodie comeditur a vermib⁹ infinitis. Secundo ista sitis est nociua. Nam illi qui sunt in magnis honoribus

humiliantur vsq ad infimam delectionez.
Hoc patet in primo angelo: de quo dicit
Esaie.xiiij. Detracta est ad inferos super
bia tua: concidit cadauer tuum: subtus te
sternetur tinea: et operimentum tuũ erunt
vermes. Quomodo cecidisti de celo luci-
fer: qui mane oriebaris? Corruisti in ter-
rã qui vulnerabas gentes: qui dicebas in
corde tuo. In celum cõscendam &c. Et se-
quitur. Veruntamen ad infernũ detrahe-
ris &c. Sic illi qui fuerant in magnis diui
tijs deuenerunt vsq ad vltimam pauper
tatem sicut patet Luc.xij. in illo diuite qui
volebat destruere horrea sua et facere ma
iora. Illi qui pascebant corpus suum ma
gnis delicijs deducentur vsq ad extremã
esuriem sicut patet Luc.xvj. in diuite epu
lone qui habere non potuit guttaz aque.
Tertio ista sitis in inferno potu mortife-
ro extinguetur. Nam superbi et tyranni
bibẽt sibi sanguinem humanum: qui.s. de
suis et aliorũ corporibus fluet. Apoc.xvj.
Sanguinem sanctorum effuderunt: et san
guinez eis dedisti bibere vt digni sunt Le
gitur in cronicis q Theodora regina cũ
cepisset Cyrum regem persarum caput
eius amputari fecit: et in vtrez plenũ sangui
ne immersit dicens. Sanguinez sitisti: san
guinem bibe Sic superbis et tyrãnis dice
tur vt sanguinẽ bibant que sitierũt Aua-
ri enim ibi bibent aurũ liquefactum. Vñ
refert quidaz philosophus q Nero imperator
tor visus est in auro liquefacto se apud in
feros balneare: et cũ vidisset cuneũ aduo
catorũ dixit eis. Venite venale genus ho
minum et mecũ balneamini hic: quia vo
bis partẽ optimã reseruaui. Luxuriosi
ibi bibent fel draconum tanq̃ vinũ rubeũ
et venenũ aspidũ tanq̃ vinũ albũ. Deut.
xxij. Fel draconũ vino eorũ et venenũ aspi
dũ insana. Qd quidẽ vinũ miscebũt effu
sione perpetua lachrymarũ: ita q toti ine
briẽtur Esa.xxvj. Inebriabo te lachryma
mea. Vocat aũt deus lachrymas ipsorũ
suas: quia eius iustitia puocat eas. In ser
uis aũt dei aqua sancti spũs istã triplicẽ
sitiz extinguit. Aug. Qui biberit de fluuio
paradisi cuius gutta: maior est occeano:
restat vt in eo sitis huius mũdi penitus extin
cta sit. In paulo eñi extinxit em superbiã
qui prius dicebatur Saulus a saule rege
superbo: postea dictus est paulus quasi par
uulus: q prius erat lupus, postea factus
est agnus: q prius sanctos in carcerẽ trahe
bat: postea p sanctis carceri et morti se ex
ponebat. In apls et zacheo extinxit oẽm
auaritiã. Nã apli reliquerũt habita et nõ
desiderauerũt habẽda: zaccheus largus
est ppria et restituit aliena. In magdalena
extinxit oẽm luxuriam. Hoc patet in qua
dã vanissima muliere de qua legit in vitis
patrũ q cũ p ciuitatẽ quãdã cũ nimia am
bitione pcederet, quidã sanctus eps eam
videns ad terram prostrauit se et amaris-
sime flere cepit ex eo q illa plus erat sollici
ta placere mũdo q̃ ipse deo: et cum p illa
orasset visum est sibi q q̃dã cornicula ni
gerrima ad eũ venit: quã accipiẽs in aqua
demersit, et mox in columbã candidã con
uersa fuit. Sequenti igitur die illa lachry
mis resoluta ad pedes eius procidit et q̃
prius peccãdo nigerrima fuit, postmodũ
in lachrymis baptizata tota facta est cã-
dida. Viso qualiter p hydropicũ intelligi
tur sitis diuitiarũ: deliciarũ et honorũ. Vi
dendũ est qualiter specialiter hydropisis
signat auarũ. Circa qd notandũ q inter
prodigũ et auarũ et cupidũ differentia est.
Prodigus est in exponẽdo qui omnia sua
dissipat et consumit: iste habet manus per
foratas qui nihil retinere scit: sz in epulis
et luxurijs omnia consumit. Jac.v. Epula
ti estis et in luxurijs enutristis corda ve-
stra. prius dicit epulari et postea luxuriari:
quia sicut dicit. Hiere. Venter mero estu
ans cito dispumat in libidinez. Et subdit.
Enutristis corda vestra. Quidam enim
enutriunt corda qui.s. habent immũdas
cogitationes. Quidam ora qui habẽt la
sciuas locutiones. Quidam corpora qui
exercent libidinosas operationes. Non
debemus igit nec corda nec ora nec corpo
ra in luxurijs enutrire: sed potius effuga
re.j Corin.vj. Fugite fornicationem. Lu-
xuria enim melius vincitur fuga q̃ resistẽ
tia. Unde dicit in policrato. Julius cesar
aiebat in bello corpora gladijs, in pace
voluptate vulnerari. Et subditur. Sense-
rat gentium triũphator voluptatem nul-
lo modo tam facile superari q̃ fuga: eo q
ipsum qui gentes domuerat venereis nexi
bus innodauit mulier impudica. Auarus

est in retinendo: qui scilicet omnia retinet et nihil communicat iste habet manus contractas. Ecclesia xi. Est qui locupletatur parce agendo et parce manducando: et dicit. Nunc manducabo de bonis meis solus. Imo etiam aliqui in tantum sunt auari q nec manducare audent. Ambro. in lib. de vinea naburhe. Noui ego diuitē qui nolebat obturatū aperire horreum ne quid de cōdito minueretur panis vnius dei deputabatur qui famē vix satiare posset. Comperi et vera fide si quādo ouum esset appositū conqueri si quando ouum fractum esset q pullus esset occisus. Cupidus est in acquirendo qui scilicet nimis ardenter cupit. Iste habet manus apertas quia ab omnibus vult accipere et omnes expoliare. Cum tamen dicatur. Eccle. iiij. Non sit porrecta manus tua ad accipiēdum et ad dandum collecta. Talis patitur famem caninam. Ps. Famem patientur vt canes. Canis enim cum videt aliquem os corrodentem contra eū latrat nisi sibi illud proiciat: et postq̄ habuerit illud dimittit eū donec ad corrodēdū ibi inuenerit: quo comesto statim ad alia suspensus anhelat. Sic sunt multi tyranni qui cōtra subditos intonant vt omnia sibi expondāt et postq̄ exposuerūt totaliter eos expoliāt. aut violenter aut fraudulenter. quibus spoliatis mox ad alios spoliandos se cōuertunt. Ecclesi. xiij. Diues iniuste eget et fremet: pauper autem iesus tacebit. ecce comminatio. Deinde subditur. Si habet conuiuet tecū et euacuabit te: ecce euacuatio. Et subdit. Et cōfundet te in cibis tuis donec exinaniat te bis etc. Ecce iterata expoliatio. Patet igitur q auarus siue cupidus pecunia non satiatur. Quod per quatuor exempla ostendi potest. Primum est tale si aliquis valde sitiret et tota aqua effundetur in dolio et nihil in stomacho. ex hoc sitis eius non extingueretur: sed augmentaretur. Cupiditas auari est quedam sitis eius. Sitis aque sunt diuitie: sed ista sitis sedari non potest: quia cupiditas est in anima et diuitie ponuntur in arca. Io. iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Secundum exemplum est tale Si esset aliquis magnus ignis q̄to plus ligna ibi ponuntur: tanto magis inflammatur: et q̄to magis diminuuntur: tanto magis remittitur cupiditas auari est quidā ignis cuius ligna sunt ipse diuitie: q̄to igitur amplius diuitie multiplicantur: tanto magis cupiditas augetur: et q̄to plus diminuuntur: tanto plus remittitur. Ecclesia. xxviij. Secūdum ligna syluarum: sic ignis exardescet Grego. in moral. Auaritia desideratis rebus nō extinguitur: sed augetur. Nam more ignis cum ligna que consumit acceperit excrescit. Tertium exemplum est tale. Si quis vellet implere situlam sapientia stultus esset: quia sapiētia cum situla nullam habet conuenientiam: quia sapientia est res spiritualis et situla est res materialis. Eodē modo est q vult implere animam pecunia cum nullam adinuicem conuenientiam habeāt: quia anima est res spiritualis et pecunia res materialis. Sed anima impleri potest sapientia: et arca pecunia: et tunc bene conuenisit ij. Corin. vi. Quis autem consensus tēplo dei cum ydolo Templū dei est anima. ij. ad Corin. vi. Vos estis templū dei viui: ydolū auari est nummus Coll. iij. Auaritia que est ydolorū seruitus. Ista igitur duo. s. anima que est templū dei et nummus qui est ydolum auari, conuenire non possunt. Quartum exemplū est tale. Si quis vellet implere horreū amplissimum cum vno grano miliū stultus esset. Amplissimū horreū est anime appetitus: cui totus mūdus est angustus et velut granum miliū reputatus. Si enim totum mundum possideret, adhuc alium mūdū peteret: que habito adhuc aliū affectaret: et sic quasi in infinitū appetitus se extenderet Solus igitur deus qui est maior omni anime appetitu ipsum appetitū implere potest. Aug. in libro confessio. Fecisti nos domine ad te: et inquietū est cor nostrū nisi requiescat in te. Et omnis repletio q deus meus non est egestas mihi est. Ps. Qui replet in bonis desiderium tuum.

¶ Sermo. iij.

Cum vocatus fueris ad nuptias etc. Magister humilitatis sede nos ad humilitatē reducit. Vñ hic ostēdit q nullus potest venire ad nu

ptias felicitatis eterne: nisi discumbat in loco nouissimo humilitatis. Qui eñ vult discumbere in loco celsitudinis dat locum illi qui discubuit in loco humiliationis. Nam lucifer posuit se in loco primo: ideo dedit locum xpo, qui posuit se in loco nouissimo. Eua posuit se in loco alto: ⁊ iõ dedit locum virgini que se posuit in loco imo. Diues sedit i loco purpureo: ideo dedit locum lazaro sedenti in sterquilinio. Et ideo dicit dominus. Cû vocat⁹ fueris ad nuptias nõ discumbas in primo loco ⁊c. Ubi duo videnda sunt. Primo que sût ipse nuptie Secundo que sit via veniendi ad istas nuptias. ¶ Circa primum notandum q sunt quedaz nuptie spirituales: et quedaz celestes. Spirituales si quis facit deus in presenti cû anima in thalamo conscientie. De quibus dr Apoc. xix. Uenerût nuptie agni ⁊ vxor eius preparauit se. In hoc q dr vxor agni notat felix coniunctio. In hoc q dr preparauit se: notatur preambula dispositio. In hoc q nuptie: notat festiua epulatio. Coniunctio aût anime cum xpo fit per fidem et dilectionez. Ex qua cõiunctione venit triplex bonû scilicet fidei prolis ⁊ sacramêti. Bonû fidei est ne diabolû adulterû suscipiat. Lectus enim nostre cõscientie est angustus ⁊ ideo deus et diabolus ibi nõ possunt requiescere: ⁊ palliû nostri amoris est breue: ⁊ ideo deum ⁊ mundum nõ potest cooperire Esa. xxviij. Coangustatum est stratum: ita vt alter decidat: ⁊ pallium breue vtrunqz cooperire non potest. Sed de multis dicitur. Esaye. lvij. Iuxta me cooperuisti te. i. consensum tuum: ⁊ suscepisti adulterum. Secûdo debet ibi esse bonum prolis vt scilicet sponsa christi p bona opera se exerceat. i. Thimo. ij. Saluabit autem mulier p filiorû generationê. i. bonorum operum productionem Aug. ad probam. Hec est vberior fecundiorqz fertilitas non ventre grauescere, nõ lactescere pectore: sed corde cãdescere: non visceribus terram, sed celû orationib⁹ parturire. Tertio ibi dz esse bonû sacramenti. vt inter sponsum et spõsam diuisio nûqz fiat Sicut enim in matrimonio corporali est triplex vnio. Una secûdû cõsensum animorum Alia secûdum permixtionem corporû. Tertia per indiuiduã co-

habitationem amborum sic et in isto matrimonio spirituali christ⁹ nobis copulatus est per charitatez. Hiere. xxxi. In charitate perpetua dilexi te ⁊c. Per nature cõformitatê. Heb. ij. Nusqz eñ angelos apprehendit sed semen abrahe et per inseparabilitatê. Mat. vl. Ecce ego vobiscû sum omnibus diebus. Secûdo debet esse preambula dispositio: ideo dicitur preparauit se ⁊ cetera. Ista autem preparatio i tribus cõsistit. Iste eñ sponsus vult habere spõsaz pulchram. Ps. Concupiscet rex decorem tuum. Sponsam pacificam: quia sicut dicitur Prouer. xxi. Melius est sedere in angulo domatis qz cum muliere litigiosa in domo communi. Isti litigiosi sunt superbi. Prouerbiorum decimo tertio. Inter superbos semper iurgia sunt. etiã vult habere spõsam totaliter amori suo intentam, sicut et ipse sibi intendit. Canticorum secundo. Dilectus meus mihi et ego illi. Sponsa igitur vel que nõ est pulchra per conscientie puritatem, vel non est sibi intenta per charitatê ad eius nuptias nõ meretur admitti. Ideo fatue virgines nõ sunt admisse: quia non habuerût oleû. i. nitorem et suauitatem conscientie: vt habetur Mat. xxv. Illi qui nolunt sedere in loco nouissimo: sed in primo loco superbie expellûtur cum rubore: vt dicitur hic. Illi qui non habent vestem nuptialê. i. dei et proximi charitatez similiter de nuptijs expelluntur sicut patet Matthe. xxij. vbi dicit dñs. Amice quomodo huc intrasti ⁊c. Tertio in isto matrimonio spirituali est festiua epulatio: ideo dicitur venerût nuptie agni. Et ista epulatio habet fieri per gratiã. isto tamen cibo gratie non pascuntur nisi illi qui habent tria predicta que scilicet sunt puritate nitidi corde tranquilli: et amore celestium auidi: hinc est q filij israel nõ potuerunt recipere manna nisi pri⁹ exirent de egypto et nisi prius transirent per mare egypti et nisi prius deficeret eis farina egypti. Qui igitur vult pasci manna diuine gratie, oportet q sit puritate nitidus: et hoc est exire de egypto ⁊ de tenebrositate peccati. Deus enim non pascit animam tenebrosam vel nigram: sed puram et candidam. Unde super illud Ps. Pullis coruorum inuocantibus eum. Dr-

xit Remigius q꽃 diu pulli corvorum habent plumas albas a corvis parētib⁹ tanꝙ degeneres relinquuntur ⁊ rore celesti pascuntur. Cum autem eorum plume nigrescere ceperint: tunc a corvis cadaveribus nutriuntur. Eodem modo deus animam que habet mundiciam cōscientie pascit rore gratie: que autem habet nigredinem peccatorum: pascitur a demonibus cadaveribus immundiciarum. Secundo oportet q꽃 sit mente tranquillis: et hoc est transire mare egypti. Mare enim semper est in motu et signat illos q̄ diversis anxietatibus et tribulationibus commouētur. Esa.lvij. Cor impij quasi mare feruēs qđ quiescere non potest. In cordibus igitur talium deus per gratiam habitare nō potest. Quod signatum est.iij.regum.xix. Ecce dominus transit ⁊ spiritus grandis et fortis subuertens montes et conterens petras ante dominum. Non in spiritu dominus. Et post spiritum cōmotio: non in cōmotione dominus: et post commotionem ignis et non in igne dominus ⁊ post ignez sibilus aure tenuis et ibi dominus. Nō est dominus in spiritu conuertante nec in cōmotione perstrepente: nec in igne exurente sed in sibilo demulcente Tria enim sūt que faciunt cor inquietum.s. superbia: et ista est spiritus grandis et fortis subuertens montes et conterens petras. Secundum est avaricia et ista est commotio que mētem sollicitudinib⁹ inquietat. Tertium est iracundia et ista est ignis. Deus igitur nō est in corde superbo: nec avaro: nec iracundo: sed in corde humili vbi est sibil⁹ aure tenuis. Sibil⁹ habet demulcere. aura habet refrigerare: sed aura tenuis habet alleuiare per sibilum igitur intelligitur humilitas: quia sibil⁹ equos mitigat ⁊ catulos instigat: sic humilitas mentes elatas trāquillat et demones irritat: per auram significatur mansuetudo que ignē iracundie refrigerat ⁊ extinguit. Per aurā tenuem significat paupertas q̄ animā alleviat ab oneribus sollicitudinum. De⁹ igitur habitat vbi est sibilus aure tenuis: id est vbi inuenit humilitatē: mā suetudinē et paupertatem. Tertio oportet q꽃 sit celestis amor: s auidus et hoc est abūdare farinam egypti: q꽃diu enim homo delectatur circa extrema ⁊ mundana nō potest amare celestia. Farina inquātum est farina est alba: sed inquantum est farina egypti est tenebrosa: quia delectatio mundi videtur esse pulchra: sed tñ mentē facit obscuraz. Legitur de naturis auium q꽃 aliqua pullos quos ad terram respicere cōspicit: tāꝙ degeneres abijcit: quos vero ad celuz tanꝙ ꝓprios nutrit qr de⁹ cibo gratie sue non cibat illos quos videt amare terrena, ſʒ quos videt ꝯsiderare celestia. Ber. Delicata est diuina cōsolatio, ⁊ non datur admittentibus alienam. Secundo sūt nuptie celestes de quibus dicitur Apo. Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sūt. Ille aūt nuptie sunt refectio visionis diuine vbi erit plena satietas ideo dicitur nuptie. In nuptijs enim consueuerūt omnia abūdare. Erit dulcis auiditas, ideo dicit agni q̄ habet carnes ꝺlectabiles: erit eterna saturitas: ideo dicitur cena: qr nullum aliud cōuiuium illi succedet. Satietas autem, parit fastidiū: fames sine auiditas habet penam dubitatione alimenta deficiāt habet timorem. Ideo dñs posuit famem sine auiditatem in satietate: ne satietas faciat fastidium. Posuit satietatem in fame ne fames habeat penam. Posuit securitatē in vtroqꝫ ne dubitatio habeat timorez. Eccle.xxiiij. Qui edunt me ecce satietas. Adhuc esurient: ecce auiditas. Qui audit me nō ꝯfundetur: ecce securitas. Secūdo vidēdū est que sit via veniēdi ad istas nuptias. Et dicēdū q꽃 est humilitas: qđ̄ notatur cū dicitur. Vade et recūbe in nouissimo loco. Humilitas enim meretur gratiā qđ est venire ad nuptias spūales: meret ad gloriam quod est venire ad nuptias celestes Quanto enim aliquis hūilior tanto in gratia ⁊ gloria erit maior et hoc per quatuor exēpla ostēdi potest. Primum est in pupilla quia sicut dicit Greg. Pupilla quanto est nigrior tāto lucidior: sic homo quāto magis nigrescit in conspectu suo lucidior erit in conspectu dei: ⁊ hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriam. Secundum est in candela que quanto plus inclinatur tanto maiori luce perfunditur. Sic homo q꽃ta magis per humilitatē inclinatur tanto maiori lumine gratie ⁊ glorie repletur. Tertium est in aqua q̄ q꽃to magis descen

dit deorsum, tanto magis ascēdit sursum. Sic et homo quãto magis descendit humiliando seipsum tãto plus ascēdit ad deũ. Aug. Descēdite vt ascendatis ad deũ. cecidistis enim ascendendo contra ipsum. Quarto est in corde. Animalia enim habētia cor magnum in quãtitate sunt timida: sicut patet i ceruo et asino. Habentia cor mediocre sunt audacia sicut patet i cane. Habentia paruum sunt audacissima sicut patet in leone. Uidemus enim q ignis magnam domũ parum calefacit, mediocrem magis, paruam maxime. Sic et accidit de spiritu et calore in magno et mediocri et paruo corde: sicut igitur q̃to est minus in q̃titate tanto est fortius i virtute: sic et homo q̃to fuit humilior: tanto in gratia et gloria erit sublimior.

¶ Dñica.xv iij. post festũ trini. Sermo.j.

Audiẽtes pharisei q iesus silentium imposuisset saduceis conuenerũt in vnum &c. Mat. xxij. Sicut dicitur in hystoria scholastica Tres secte erant inter iudeos ab aliis differẽtes scilicet pharisei, saducei, et esei. Pharisei ab aliis erant diuisi quantum ad habitum: quia in fronte et in brachiis chartas in quibus decalogus erat scriptus super se portabant que philateria dicebãtur a philare quod est seruare: et thorath. quod sonat legem. Habebãt etiam in fimbriis palliorum spinas alligatas quibus puncti dum incederent mandatorum dei memores fierent: et quia sic ab aliis diuisi erãt. Pharisei a phares quod est diuisio dicebãtur. Alij erãt saducei: quia ab aliis differebant quãtum ad doctrinam: ipsi enim resurrectionem negabant, animas cũ corpore interire credebant, q̃nq libros moysi solũmodo recipiebãt. Alij erãt esei ab aliis differebant in vita et modo viuendi quia fere monasticam vitam ducebant. cõiugia vitabant: omnia in communi habebant. De duabus autem primis sectis mentio in isto euangelio habetur. Notandum igitur quia in presenti euãgelio tres questiones ponuntur. Prima est quam fecerunt saducei. Secunda est quaz fecerũt pharisei. Tertia quã fecit christus. Questio quam fecerunt saducei et si hic tota nõ ponatur: tamen hic tangitur cum dicitur q iesus silẽtiuz imposuisset saduceis. Ipsi enim saducei chr isto volebant probare per mulierem et virum resurrectionem non esse: quia si resurrectio fieret tunc talis mulier septem viros haberet. Sed christus per suam responsionem silentium eis imponebat et tria determinabat. Primo q in alia vita nulla erunt coniugia. Unde ait. In resurrectione neq nubent neq nubentur: et ratio huius redditur Luce. xx. Neq enim vltra mori poterunt: quia in hac vita multi moriuntur: ideo multi nascuntur. Si enim nullus moreretur non esset necesse q aliquis nasceretur. Est enim humana generatio tanquam arbor. Eccl. xiiij. Omnis caro sicut fenum veterascet et sicut folium fructificans in arbore viridi: alia generantur et alia deficiunt: sic generatio carnis et sanguinis alia finitur et alia nascitur. Est etiam sicut murus. Unde dicitur in quadam glosa in fine Ecclesia. In muro quando fit quidam lapides latent: isti ad exterius producuntur quidam prominent: isti ad interius reducuntur: et sic tandem in muro omnia adequantur: sic est et in mundo. Nam latẽt homines anteq̃ nascantur: prodeunt cuz nascuntur. Homines orti suo tempore moriuntur, et tandem omnia adequantur: qz omnes vno fine claudũtur. Secũdo determinauit q homines erũt angelis similes et etiã equales. Unde subditur. Sed sunt sicut angeli dei de celo. Luc. xx. Equales enim angelis sunt &c. Homines respectu angelorũ pñt dici minores, equales, et maiores. Minores in q̃tũ adhuc sunt in carne mortali. Nã sicut dicit Aug. Sicut aurum corruptũ melius est q̃ argẽtũ icorruptũ, et argentũ corruptũ melius q̃ plũbũ incorruptũ: sic et quilibet spũs melior est q̃ corruptibile corpus. q̃diu autẽ sumus in carne corruptibili angeli nobis compatiunt et nobis ministrant. Post resurrectionẽ autem homines angeli erũt equales in officio laudando: quia in laudãdo deũ angelis coniungentur ps. Preuenerunt principes coniuncti psallẽtibus. Job. xxxviij. Ubi eras cuz me laudarẽt astra matutina. i. angeli. Et iubilarẽt oẽs filij dei. i. sãcti. Erũt

autem hoïes angeli maiores inqꝫtū habebunt deū tanq̄ fratrē suū: angeli vero tā q̄ dñm suū. Et inq̄tum beatitudinē habebūt in visione humanitatis, ⁊ in contemplatione diuinitatis: angeli vero tantū in cōtēplatiōe diuinitatis. Ad ista significāda quatuor legunt̄ de angelis quos salomō in ꝓpitiatorio fecit. Primo ꝙ erant de lignꝭ oliuaꝝ. Scḋo ꝙ alas habebāt expēsas ꝑ ista duo significabatur ꝙ inq̄tū homines sunt eis minores, et corruptibiles sunt eis ꝯpassibiles. hoc significat ꝙ erāt de lignis oliuarum ⁊ ꝙ parati sūt eis manifestare. Hoc significat ꝙ alas habet expansas. Tertio legitur ꝓ habebāt pedes obliquos ⁊ eleuatos admodū iubilantiū ad innuendum ꝙ sunt socii hominib⁹ ad laudandum deū. Quarto legitur ꝙ v̄sis vultib⁹ mutuo se respiciebant. hoc signat ꝙ stupent ⁊ mirant̄ naturā humanā cū diuina i vnitate ꝑsone esse vnitā. Tertio determinauit ꝙ aīe post mortē corporis viuunt dicens. Nō est deus mortuorū sꝫ viuentiū. Istud etiā gētiles philosophi crediderunt: vnde ait Aug. in lib. de ciui. dei. Theobrotus lector platonis libr. vbi de aīe immortalitate disputauit se precipitē dedit de muro: vt ex hac vita migraret ad illā quā credebat esse meliorē. Sicut aūt hic dicit glo. ꝓbando xp̄s eternitatē aīaꝝ cōsequēter probat resurrectionē corporū que cū aīabus bona vel mala gesserunt. Secunda questio est quā fecerunt pharisei xp̄o. Nā multi cōuenerūt: sꝫ vnus tentando quesiuit dicēs. Magister qḋ est mādatū magnū in lege? Chry. Conuenerunt pharisei in vnū vt multitudine vincerent quē rōne superare nō poterāt: a veritate nudos se ꝓfessi sunt q̄ multitudine se armauerūt. Dicebāt em̄ apud se. Un⁹ loquatur pro oibus ⁊ oēs loquamur ꝑ vnū vt si quidē vicerit oēs videamur vicisse. Si autē victus fuerit vt solus videatur confusus. Idē. Magistrū vocat cuius non vult esse discipulus. De magno mādato interrogat qui nec minimū obseruat: ille dꝫ interrogare de maiori iustitia qui iā minora cōpleuit. Ad istā questionē dñs respondit dicēs. Diliges dñm deū tuū ẜm Chry. Nō dicit time vel cognosce: sꝫ dilige. Timere īquit est seruoꝝ: diligere filioꝝ. Qui timet penā mercedē iusticie non habet. Non dixit ⁊ cognosce sed dilige. Cognoscere inquit deū propriū est nature hūane. Diligere autē religiosi cordis ⁊ recti. In hoc autē precepto de dilectione ostendit dñs modū diligendi deū et proximū cū dicit. Et toto corde tuo ⁊c. In aīa em̄ est memoria: intelligentia: ⁊ voluntas: secundū igitur Augusti. Debet diligi deus ex toto corde .i. intellectu sine errore. Sed q̄r fides sine operib⁹ mortua est: debet diligi ex tota aīa .i. volūtate sine ꝯtradictiōe vt in preceptis dei voluntatē suā ponat et ei per opera nō cōtradicat. In his autē duobus debet perseuerare: iō subdit ex tota mēte tua .i. memoria sine obliuiōe: secundū Chry. deū diligere ex toto corde, est vt cor nostrū nō sit inclinatū ad alicuius rei dilectionem magis q̄ dei. Pro quāta enim parte inquit cor tuū fuerit ad aliquā rē. pro tanta parte minus est ad deū. Diligere ex tota aīa est animū habere firmuꝫ ī fide et veritate. Qui ergo de deo dubitare ceperit vel incantationes vel diuinationes aliquid valere crediderit ille non in tota aīa diligit deū. Diligere deū ex tota mēte est vt oēs sensus vacent in obsequiū dei. Unde subdit. Nā cuius intellectus deo ministrat, cui⁹ sapientia deo vacat, cuius scientia circa deū est: cuius cogitatio ea que dei sunt tractat, cuius memoria que bona sunt recordat̄ tota mēte diligit deū. Deinde ponit moduꝫ diligendi proximuꝫ cū ait. Et proximū tuū sicut teipsum. Hō quadrupliciter debet seipsum diligere. Primo veraciter vt .s. diligat se propter virtutē quia bonus est vel vt bonus sit. Eodē modo debet diligere proximū. Augusti. de ciui. dei. Qui amat homines aut q̄r sunt iusti, aut vt iusti fiant amare debet. Sic enī ⁊ seipsuꝫ amare debet: aut quia iustus est: aut vt iustus sit. Secūdo ordinate vt sꝫ nihil diligat supra deū aut cōtra deū sed diligat supra omnia et postea animā suā postea corpus suū vltimo res exteriores. Sic ⁊ proximū suū debet diligere non supra deū aut cōtra deū: sed diligat deū super omnia. Deinde dꝫ diligere in ipso bona spiritualia. Deinde debet diligere bona corporis. deīde bōa exteriora. Cāti. ij. Ordinauit ī me charita

tem. Tertio efficaciter. Homo enim efficaciter se diligit qz bona sibi procurat ꝛ nociua deuitat. Sic etiã debet diligere proximum.j.Jo.iij. Non diligamus verbo neqꝫ lingua sed opere ꝛ veritate. Quarto perseueranter nullo cum tpe homo desinit se amare Eodem modo debet proximũ diligere.i.tẽpore prosperitatis ꝛ aduersitatis. Prouer.xvij. Omni tẽpore diligit qui amicus est. Tertia questio est quam facit xp̃s phariseis dicens quid vobis videt de christo cuius filius est. Pharisei enim credebant xp̃s esse puram creaturã Sed cum dauid vocet eum dominum suum, constat eũ esse maiorem, Non autem eos reprehendit ꝙ filium dauid eum credunt: sed ꝙ filiũ dei esse non credunt. Ostendit hic duas fuisse in xp̃o natiuitates scꝫ tẽporalem secundũ quam dictus est filius dauid: ꝛ eternã scꝫ quam est filius dei. Xp̃s eñ erat filius dauid inquãtum de sua stirpe fm carnẽ erat natus: ꝛ erat dñs dauid inquãtũ ab eterno patre fuit genitus. vterqꝫ aũt pater suꝰ fuit mitis ꝛ mansuetus De dauid dicitur. Memento dñe dauid ꝛ omnis mansuetudinis eius ꝛc. De deo dicit in.ps. Qm tu dñe suauis ꝛ mitis.ꝛc. Non ergo mirum si christus sic fuit mitis ꝛ mansuetus qui patres habuit tam mansuetos ideo vult filios habere mansuetos dicens Mattheus.xj.ca. Discite a me qz mitis sum ꝛ hũiles corde. Sz multi sunt degeneres q̃ nõ sunt mãsueti: sꝫ instar ericij valde hispidi ꝛ pungitiui. Ericius si tangit statim interius se abscondit ꝛ exterius pungit: ꝛ dicitur habere quinqꝫ dentes. Sic multi quando reprehendũtur per verba maledictionis pungunt ꝛ vitia sua abscondunt. Quinqꝫ autem dentes sunt quinqꝫ modi accusandi secundũ Bernardum. Iste enim qui peccauit quãdo reprehenditur dicitur: nõ feci, si feci non male feci: aut si male feci nõ multum male: aut si multum male non mala intentione: aut si mala intentione: tamen aliena persuasiõe.

¶ Sermo secundus.

Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo ꝛc. Sicut dicit Augu. in lib. de disciplina xp̃iana vt nemo excusationem habeat voluit dominus ꝯsummare ꝛ abbreuiare verbum super terrã quod etiã nõ obscurũ esse voluit: ideo breue ne nõ vacaret legere. ideo apertũ ne quis dicat non mihi licuit intelligere, thesaurus est magnus diuitiarũ scripturarꝫ. Si piger eras perscrutãdo iesum non sis piger vnaꝫ margaritã ferre sub lingua: ꝛ quo vis securꝰ ambula. Istud verbũ abbreuiatũ ꝛ ista margarita est preceptum de dilectiõe dei ꝛ proximi. De hac duplici dilectione agendũ scꝫ dei ꝛ proximi. Circa primũ autem est sciẽdũ ꝙ sex sunt q̃ mouent ad diligẽdum que oĩa sunt in deo scꝫ pulchrũ bonum honestũ simile vtile et delectabile. Primũ igitur quod mouet ad diligẽdum est pulchrum. Dionysi. Omnia bonũ ꝛ pulchrũ desiderant. In christo aũt est summa pulchritudo: ꝛ ideo summe est diligendꝰ. Sapientie nono. Cãdor est eñ lucis eterne ꝛ speculuꝫ sine macula: imago bonitatis illius vbi tria dicuntur scꝫ ꝙ sit candor lucis eterne, speculum puritatis ꝛ imago diuine bonitatis. In christo quidẽ sunt tres substantie scilicet caro anima ꝛ deitas. Caro eñ eius fuit candida ꝛ lucida qz de purissimis sanguinibꝰ virginis generata. Anima eius fuit ad dei imaginem creata: ꝛ omni bonitate repleta. Deitas fuit speculũ sine macula qz in christo relucent omnia ꝛ preterita ꝛ presentia ꝛ futura: ꝛ verba ꝛ facta ꝛ corda. de ista pulchritudine dei dicit Aug. in lib. de libero. arbitrio. Tanta est pulchritudo iustitie: tãta iocunditas lucis eterne: ꝛ si non liceret in eo amplꝰ viuere ꝙ vnius diei hora: propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delicijs ꝛ circũfluẽtia bonoꝝ tẽporalium recte meritoqꝫ contẽnerẽtur. Secũdũ qd mouet ad diligẽdũ est bonitas sicut patet in supiori authoritate. Diony. In deo aũt est summa bonitas ꝛ iõ summe diligendus. Augu. de ciui. dei. Cũ ista nõ diligantur: nisi qz bona sunt, pudeat illis inherẽdo non amare bonũ ipsum vñ bona sunt. De culꝰ bonitate dicit Damascenꝰ. Bonꝰ ꝛ oĩ bonus ꝛ sup bonus dñs totus ens bonitas ꝓpter supabundãtes diuitias sue bonitatis nõ sustinuit solũ esse qd bonum est scdm suã ꝑsonã naturã a nullo participatã. Ista auctoritas est cũ diligentia exponenda, Qd sanctus est bonus: sꝫ nõ oĩ bonꝰ. i.

ex ol parte bon⁹,qꝛ multos habet defect⁹, Angelus est bon⁹ ꝛ ol bon⁹ sed non super bon⁹ qꝛ habet super se bonitatē diuinā. Hō autē ꝛ angeli licet sint boni,non tñ sunt summa bonitas qꝛ nō hñt bonitatē essentialē:sed accidentalē:qꝛ pñt eā perdere:ꝛ tñ hō remanebit hō:ꝛ angelus remanebit angel⁹:sicut patet in malis angelis:Bonitas autem sic est in deo essentialis:qꝛ sicut ignis non potest perdere suum calorem,sic nec deus suam bonitatem:qꝛ igitur deus sic est bonus:ꝛ bonū est sui cōmunicatiuū: ideo suam bonitatem creaturis participauit quibusdam dans esse alijs viuere,alijs sentire alijs intelligere. Tertiū quod mouet ad diligendum est honestum. Est enim honestum quod sua vi attrahit ꝛ sua delectatione nos allicit. In deo autem est summa honestas:ꝛ ideo summe est diligēdus. Sap. vij. Innumerabilis honestas per manus illius. Est enim in deo summa delectatio que nos allicit, ps. Delectatiões in dextera tua vsqꝫ in finē. Et honestas in eo est vis que nos attrahit non voluntatem cogendo sed alliciēdo. Jo. vij. Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eū. Et sup hoc ponuntur tria exempla. Na fm Augu. Quis trahitur ad ostensionem virge vel rami viridis,sic anima attrahi debet desiderio diuine visionis. Juxta illud. ps. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuum ꝛc. Puer attrahit ad ostensionem nucis,sic anima attrahi debet ad promissionem glorie celestis que intus habet dulcedinem visionis diuine sed extra durum corticem penitentie. Matth. iiij. penitentiam agite ecce cortex exterior. Appropinquabit enim regnum celorum. ecce nucleus interior. Palliparius trahit emptorem ad emendum per pellium extēsionem non cogēdo sed alliciendo. Sic ꝛ de⁹ trahit animam ostendendo celum stellatū tanqꝫ pellem variam ꝛ depictam. ps. Extendens celum sicut pellem. Quartum qđ mouet ad diligendum est similitudo. Eccl. xiij Omne animal diligit sibi simile. Inter christum ꝛ nos triplex similitudo consideratur: xps enim factus est nobis similis rōne assumpte carnis Phil. ij. In similitudinē hoim factus ꝛc. Nos debem⁹ ei esse similes ratione imitatiōis. Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Ipse vero ꝛ nos sumus similes rōne imaginis sed tamen differēter qꝛ:sicut glo. dicit sup Coll. Qui est imago dei inuisibilis. Aliter imago regis est in nummo:aliter in filio. Nos sumus nummus,christus vero fili⁹. Quintum quod mouet nos ad diligendū est vtile ꝛc. Homo enim sepe amicum diligit propter vtilitatē quā habere se credit. Xps igitur tanqꝫ verus amicus est diligēdus:quia ab ipso vtilitatem recipimus in vita ꝛ in morte,ꝛ post mortem. Nam in vita dilectores suos ditat spiritualibus diuitijs Prouerb. viij. In vijs iustitie ambulo in medio semitarum iudicij vt ditem diligētes:me ꝛ thesauros eoꝝ repleā. in morte custodit ab insidijs hostis ps. Custodit dominus omnes diligentes se. ꝛc. Post mortem suscipit in gloria patris. Eccl. j. Secūdum datum suum. id est secundum qđ decet eum. dare prebet illam. i. celestem gloriam diligentibus se. Sextū quod mouet ad diligēdum est delectabile. Naturaliter enim homo rem diligit in qua anim⁹ delectabiliter conquiescit. In deo autē est summa delectatio ideo est summe diligendus. In presenti enim vita delectatiōis sanctorum quas habent in deo hñt imperfectionem:admixtionem:ꝛ interruptionem. hoc signatum est. iij. Regum. xvij. vbi dicitur qꝫ deus pascebat helyā mittens ei carnes mane ꝛ vespere tamen bibebat de torrēte. Tandē illam refectionē deus sibi subtraxit ita qꝫ vix modicum panis ꝛ aque potuit habere. Habent igitur spirituales cōsolationes. sanctorum imperfectionem:quod notatur per hoc qꝫ illa refectio non fiebat in meridie sꝫ mane ꝛ vespere. In meridie quidem est perfectio lucis ꝛ caloris. ꝛ significat refectionē beatorum qui sunt in plena luce cogitationis ꝛ pleno calore amoris. In mane autem ꝛ vespere est lux ꝛ calor sed imperfecte,ꝛ significat refectionē sanctorum in via qui habent imperfectam cognitionem ꝛ imperfectum amorem. j. Cor. xiij. Cum venerit quod perfectū est euacuabitur quod ex parte est. Secūdo cōsolationes sanctorum habēt admixtionē: quia sepe admiscentur:vel a corporis corruptione,vel a diaboli tētatione,vel a mūdi persecutione:hoc significatur p hoc qꝫ

d bebat de torrente. Esaie.j.vinum tuum mixtum est aqua. Tertio consolatiões sanctorum habent interruptionem quia sepe ab eis subtrahuntur vel vt amplius humilientur vel vt feruenti⁹ desiderentur vel vt cautius conseruentur. hoc significatur per hoc q deus istum cibum helye subtraxit. Dicto de dilectione dei dicendum est de dilectione proximi. Circa quod notanduz q Augu in lib.l.homel.inquirens que sit ista dilectio: de qua dictum est Diliges proximum tuum sicut te. Quatuor dilectiões distinguit. Prima est carnalis que est inter virum et vxorem. et ista licet sit licita tamen de se non est meritoria: quia et in brutis animalibus inuenitur. Passeres inquit coniugia habent: nidos faciunt: oua confouent pullos nutriũt. Quãuis autez ista de se non sit meritoria potest tñ fieri meritoria: quando scilicet vir diligit vxorez: qr bona est vel vt bona sit: tunc enim nõ diligit vxorem, vt vxorẽ sed deum diligit in vxore: et tunc reducitur ad illud preceptũ. Diliges proximum tuum. &c.i.ad gratiam in presenti et gloriam in futuro. Ephe.v. Uiri diligite vxores vestras sicut christus dilexit ecclesiam. Secunda est dilectio naturalis qua pater diligit filium: et ista licet sit licita tamen de se non est meritoria. Unde subdit. Aug. pro magno laudaturus sum in homine: quod video in tigride: serpẽtes et lupi amant filios suos. Nõ est laudãd⁹ qui amat filios: sed detestandus qui non amat. Si filios amas serpentibus compararis si nõ amas a serpentib⁹ vinceris. Potest autem hec dilectio fieri meritoria quãdo scz pater filiũ diligit: qr bonus est vel vt bonus sit. Tũc enim nõ diligit filium vt filiũ: sed deũ diligit in filio. Et tunc reducitur ad istud preceptũ. Diliges proximũ tuũ &c. Ad Ephe.v. Uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros sed educate illos in disciplina et timore domini. Tertia est dilectio socialis siue consuetudinis que cõtrahitur ex ɔsuetudine cohabitandi colloquẽdi, et conuersandi: que licet sit licita, tamen non est meritoria: qr est etiam inter animalia. Unde subdit Augu. Duo qui manducant insimul desiderant se videre ad aliã diem precedit vnus festinat alter vix regitur a sessore: et tandiu impetu suo se prouocat donec ad amicũ perueniat. Cũq peruenerit quasi in loco suo requiescit. Quãuis autem ista dilectio de se non sit meritoria potest tamen fieri meritoria quãdo scz quis diligit amicũ: qr bonus est vel vt bonus sit. Tunc enim nõ diligit amicum vt amicum: sed deum diligit in amico: et tunc talis dilectio reducitur ad preceptũ de dilectione pximi. De tali amico dicitur. Ecclesia.vj. Amicus fidelis medicamentũ vite et immortalitatis qui metuunt dominũ inueniunt illum. Quarta est dilectio rationis qua quis diligit alium propter fidez et veritatem et bonitatem: et ista non potest esse inter animalia que ratione carent qr nõ diligunt alia animalia pter bonitatẽ et veritatem. et ista dilectio est meritoria. de qua datum est preceptum diliges proximũ tuuz sicut teipsum. Tullius. Nihil est virtute amabilius nihil quod magis alliciat ad diligendam cum pter veritatem et probitatem etiam eos quos nũq viderimus diligamus. Idez. Tanta vis probitatis vt etiam eã in his quos nunq vidimus vel quod maius est in hoste diligamus.

¶ Sermo tertius vnde supra.

In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet et pphet: &c. Oia diuina pcepta q p decalogũ sunt accepta in his duobus preceptis depẽdẽt scz in dilectione dei et proximi. Ipsa enim decẽ precepta in duabus tabulis moysi fuerunt cõscripta. Sed in prima tabula fuerunt cõscripta tria prima que pertinẽt ad dilectionẽ dei. In secũda tabula fuerunt scripta septem reliqua que pertinent ad dilectionez proximi. Primum preceptum est. Non habebis deos alienos. et istud pertinet ad patrẽ qui tanq fontale principium totius deitatis est principaliter adorãdus. Gentiles enĩ olim faciũ bãt deos alienos .i. quedã simulachra in quibus demones habitant et responsa dabant sed tamẽ sapientes inter eos ea deridebãt et ɔtẽnebãt. Unde dicit Amb. in lib. de virginib⁹. Cũ intrasset dyonisius tẽplũ iouis amictũ aureum quo ei⁹ operiebat simulachrũ detrahi iussit et imponi laneũ: et dixit aurũ hyeme est frigidũ: estate onerosum: deo aũt lanuz sic irrid

fit:vt nec on⁹ ferre posset nec frigus portare. Itẽ cũ esculapij vidisset barbam aureã cum apollo pater ei⁹ non haberet tolli imperauit incõgruum esse appellans vt filius barbam habebat quã pater non haberet, item simulachris tenẽtibus pateras aureas ademit allegans se accipere debere quod dij darẽt. Et subdit Ambro. Ita ludibrio habiti sunt vt neq; iupiter vestem suam defendere potuerit nec barbam esculapius: nec apollo pubescere adhuc ceperit: nec omnes qui dicuntur dij trahere potuerũt pateras quas tenebant. Refert etiã Aug. in libro de vera religiõe q; Socrates a populo fuit occisus qr noluit idola adorare: dicebat enim q; potius adoraret canes qui erãt opus nature q̃ idola q̃ erant op⁹ hoim. Multi aũt hodie sunt qui faciũt sibi deos alienos. Nã sicut dr Augu. Hoc ab hole p deo colit̃ qd̃ pre ceteris diligit̃. Supbus ergo p deo suo habet supbiã. luxuriosus luxuriã auarus auariciã. Roma. j. Mutauerũt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ volucrũ z quadrupedũ z serpẽtũ. Per volucrẽ supbia intelligit̃: q̃ semp i altũ volat. Per q̃drupedẽ luxuria q̃ p corpus explet̃ qd̃ quattuor elemẽtis ꝯponit̃. Per serpẽtẽ auaricia q̃ semp terrenis incũbit. Quis aũt q̃libet istoꝝ triũ habeat suũ deum specialẽ: nihilominus etiam habẽt deum cõem .s. beelzebub qui dicitur deus muscarum musca em̃ inquantũ est volatilis signat supbiã que sup alios volat: inquãtũ est immũda signat luxuriã, inquãtũ est pũgitiua signat auariciã que mentẽ diuersis sollicitudinibus pungit: ideo diuicie spine vocant̃. Scđz p̃ceptũ est. Nõ assumes nomẽ dei tui inuanũ: z istud ptinet ad filiũ qui est nomẽ pr̃is. Inuanũ aũt nomẽ dei assumũt q̃ iurãt p nihilo z friuola vl̃ q̃ iurat falsum vel q̃ iurat q̃d iniquũ. Talis iniuriã facit deo z sibi z pximo. deo quidẽ qr cũ iurãre al q̃d nihil sit quã ei⁹ testimoniũ inuocare, qui falsum iurat supponit q; de⁹ mẽdaciũ diligat: cũ tñ dicat̃ i ps. Perdes omnes qui loquũtur mẽdaciũ. Facit etiã iniuriam sibi: quia iudicio dei puniendũ se obligat. Nihil enim est aliud dicere p deũ ita est: nisi deus me condẽnet si non est ita. facit iniuriã proximo: qui a p falsam iurationem ipsum decipit z defraudat. Refert Augu, in quodam sermone q; cum quidam negaret pecuniã creditori iuramentum ex ipso creditor exegit. In ipsa autem nocte ad iudicium rapt⁹ audiuit iudicem sibi dicentẽ: quare puocasti hoiem ad iurandũ quẽ sciebas falsum iuraturũ respõdit, quia negauit mihi pecuniam. Et iudex melius erat vt pecuniã tuã perderes q̃ animã eius falsa iuratiõe perimeres. prostratus igitur tam grauiter verberatus est: vt in dorso vigilantis plagaꝝ vestigia apparerent. Tertium est vt diẽ sabbati sanctifices. Istud refertur ad spiritũ sanctũ i quo requies vera habet̃. Contra istud p̃ceptũ facit qui causa cupiditatis in die sabbati opus seruile facit. vel aliquod peccatũ cõmittit vel opera mie dimittit: quia a bonis operibus nõ est vacandum. Notandũ est autẽ q; triplex est sabbatũ. Primũ est sabbatum tẽporis: scz dies septimus quẽ de⁹ voluit obseruari in memoriã q; oia in sex diebus creauit z in septima a nouis creaturis condendis requieuit. Exodi. xx. Sex diebus fecit deus celũ z terrã mare z omnia que in eis sunt. z requieuit in die septimo. Secundũ est sabbatum pectoris z mẽtis: quod nõ habetur nisi in deo. sicut ei im res nõ requiescit nisi in loco ꝓprio. sic nec anima requiescit nisi in deo qui est loc⁹ anime. ps. Esto mihi in deum protectorẽ z in lo. zc. Joã. xvi. Hec locutus sum vobis vt in me pacem habeatis: in mundo pressurã habebitis. Tertium est sabbatũ eternitatis. Esa. lxvi. Erit sabbatũ ex sabbato: qr de requie mentis homo puenit ad requiẽ eternitatis. Eiusdẽ. lviij. Uocaberis sabbatũ delicatũ plus est dicere, do cibũ delicatum q̃ bonũ vel sapidũ. Primum igitur sabbatũ. s. quies tẽporis est bonum. Scđz scz quies pectoris est sapidũ. ps. Gustate z videte qm̃ suauis est dñs. Tertium scilicet eternitatis est delicatũ. Job. xxij. Tũc super omnipotentẽ delicijs affluces. Positis preceptis prime tabule que pertinent ad dilectionẽ dei sequunt̃ p̃cepta scđe tabule q̃ ptinẽt ad dilectionẽ pximi. Ad dilectionẽ proximi pertinet sibi benefacere z ab offensis cauere, Debemus autẽ principaliter bñfacere his q̃ nobis magis ꝯiuncti sunt: scz patri z matri. Et ideo quartum p̃ceptũ est. Honora prẽm z matrẽ. Et intel

ligitur iste honor nõ tantũ in verbo vel signo sz etiã i obsequio. Debem⁹ aũt ipsos honorare: qz ab ipsis recipim⁹ esse nutrimentũ ⁊ documentũ: qz vero ab ipsis recipimus esse: debemus eis magnã reuerentiam. Eccli. vij. Honora patrẽ tuũ ⁊ gemitus patris tue ne obliuiscaris. Memento qm̃ nisi p illos nat⁹ nõ fuisses. Qz ab ipsis habuimus nutrimentũ: debemus eis magnã dil:gẽtiã vt sicut nutrierũt nos in iuuentute sic ⁊ nos nutriam⁹ eos in senectute. Eccli. iij. Fili suscipe senectutẽ patris tui ⁊c. Quia ab eis habemus disciplinã et documentũ: debem⁹ eis magnam obediẽtiam. Ephe. vi. Filij obedite parẽtib⁹ vestris in dño hoc iustum est. Quintũ est. Nõ occides. ad dilectionẽ em̃ p̃ximi pertinet vt dictũ est: nõ t m̃ bñfacere sed etiã ab offensis cauere: offensa aũt põt fieri facto. verbo vel volũtate. Facto aũt vel i ppria psona vel in cõiũcta. vel in reb⁹. offensa in ppria psona phibet, cũ dr. Nõ occides qꝛ homicidiũ aliqñ fit in corde per odiũ ptz j. Johã. iij. Qui odit fratrẽ suũ homicida est. Aliqñ ore p malũ ꝯsiliũ vel ṽbũ detractoriũ. ps. Filij hominũ dẽtes eoꝝ arma ⁊ sagitte ⁊c. Aliqñ ope: ⁊ istud est triplex. Quidã em̃ occidũt corpus tantũ: ⁊ ista occisio nõ est timẽda maxime qñ ppter iustitiam sustinetur. Matth. x. Nolite timere eos qui occidũt corp⁹ ⁊c. Aliqui occidũt animã tm̃ qñ scz eã ad pctm̃ trahũt. Unde dicit̃ de diabolo. Joh. viij. Ille erat homicida ab initio. ex quo. s. primos parentes ad peccatũ traxit. Alij occidũt vtrũqꝫ. ⁊ hoc põt fieri in duobus casib⁹. Unusqñ qs pcurat abortiuũ qz tũc puer ⁊ i corpore ⁊ in aĩa morit̃. Alius qñ qs interficit seipsum vel aliũ in pctõ mortali existentẽ. Sextũ est. Nõ mechaberis. vbi phibet̃ offensa in persona ꝯiũcta. Est aũt adulteriũ graue pctm̃ in viro ⁊ muliere: tũ qz vterqꝫ cõtẽnit dei p̃ceptũ: tũ qz vterqꝫ cõmittit furtuz. Nã sicut dr. j. Cor. vij. Mulier sui corporis potestatẽ nõ habet sz vir: ⁊ ecõuerso. Qui ergo corpus suũ alteri tribuit furtum cõmittit. sicut seruus furtũ cõmitteret qui alteri dño se daret: tũ qz vterqꝫ facit cõtra dei sacramẽtũ. Nã sicut dic̃ Ephe. v. vbi agitur de matrimonio sic dicit. Sacramẽtũ hoc magnũ est: ego aũt dico in christo ⁊ in ecclesia. Significat em̃ vnionẽ nature diuine cũ humana que inseparabilis est qui igitur carnẽ suam diuidit sacramẽto incarnatiõis dei iniuriã facit. Per hoc autẽ qd dicit̃. Nõ mechaberis prohibet̃ omnis carnalis corruptio preter eaz que est matrimonij. Septimũ est. Non furaberis. vbi prohibetur offensa in rebus. Per furtum intelligitur omne malum ablatũ siue occulte accipiẽdo siue violẽter rapiẽdo: siue fraudẽ in mercatõibus cõmittendo siue mercedẽ debitam non soluẽdo. est em̃ furtuz graue peccatũ. primo respectu dei qz bona talia nimiũ execratur. Eccli. xxxiiij. Qui offert sacrificium ex substãtia pauperũ: quasi qui victimat filiũ in conspectu pris. Scdo respectu p̃ximi qz hoc est quasi homicidium cõmittere. Ibidem. Panis egẽtiũ vita pauperis est: q defraudat illũ homo sanguinis est. Tertio respectu sui. De ceteris em̃ peccatis homo cito penitet. sicut de homicidio cessante ira: ⁊ de fornicatione cessante cõcupiscẽtia. De furto autẽ ⁊ si homo aliquãdo peniteat tamẽ vix satisfacit. Octauũ est. Nõ loqueris aduersum p̃ximũ tuuz falsum testimoniũ. vbi prohibet̃ offensa in verbo. Testis autem falsus tres offẽdit. Sicut dicit Isido. de summo bono dicẽs testis falsidicus tribus psonis est obnoxius. Primo deo quẽ periurando contemnit. Secũdo iudici quẽ mentiendo fallit. Postremo innocenti quẽ falso testimonio ledit. Nonũ est. Nõ cõcupisces rẽ p̃ximi tui. In isto autẽ precepto ⁊ in sequenti prohibetur offensa in volũtate. Cupiditas igitur phibet̃. Primo qz est radix ⁊ causa oĩs mali. j. Timo. vj. Radix omnium maloꝝ ẽ cupiditas. Eiusdẽ. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentatiões ⁊ laqueos diaboli ⁊ desideria multa ⁊ inutilia ⁊ nociua. Secundo qz turbat quieteꝫ anime: ideo diuitie spinis ꝯparãtur. Aug. Diuitias inuenisti, requiẽ pdidisti. Cũ vigilas de his cogitas cũ dormis latrones somnias in die solicitus, in nocte pauid⁹ ⁊ semp mẽdic⁹. Tertio qz facit diuitias esse inutiles possessori: nihil enĩz ex his habet nisi qz eas custodit ⁊ cernit. Eccli. xiiij. Uiro cupido ⁊ tenaci sine ratione est substãtia ⁊c. Ecclesia. v. Quid prodest possessori nisi q oculis cernit diuitias suas. Decimum est.

mum est. Nō cōcupisces vxorē primi tui. Cōcupiscētia aūt carnalis tres h3 grad⁹. Un⁹ est put ē i corde male cōsciētie. Mat. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdā eā iam mechat⁹ est eā i corde suo. Scds put est in ore ꝟba carnalia ꝓferēte. Ephe.iiij. Ois ſmo mal⁹ ex ore vr̄o nō ꝓcedat. Uñ poete olim fingētes carmina amatoria expellebant de ciuitatib⁹. Tertius prout est in opere malā cōcupiscētiā ꝑficiēte. Rom. vj. Nō regnet pctm̄ i vestro mortali corpore: vt obediatis cōcupiscētijs eius. Est igitur sensus. Nō ꝯcupisces vxorē primi tui. id est nō ꝯcupisces eā in corde: nec eā per verba amatoria solicitabis ore nec cōcupiscentiam tuam complebis opere.

¶ Dñica.xix post festū trini. Sermo.j.

Ascendēs ies⁹ in naniculā trāsfretauit: ⁊ venit in ciuitatē suā: ⁊ ecce offerebāt ei paraliticū ⁊c. Mat. ix. Deus oia elemēta creauerat mūda: s3 ex vsu habitātiū facta sūt immunda: s3 xp̄s ea mundauit. Terra facta est imūda ex infusione sanguinis inocētis: s3 xp̄s hāc mūdauit qñ.xxxiij. ānis sup eā iuit. Aer fact⁹ est imūd⁹ ex fumo icēsoꝝ imolato idolis. Sed xp̄s hūc mūdauit qñ nō sub tecto: s3 ad aerē pati voluit: ⁊ qñ ꝑ aera i celū ascēdit. Ignis fact⁹ est imund⁹ ex idoleꝝ hostijs crematis. Sed hūc xp̄s mūdauit quādo spiritū sanctū i specie ign3 misit. Aqua facta est imunda ex nephādis hostijs ablutis. S3 xp̄s hāc mundauit qñ i iordane baptizat⁹ fuit: ⁊ qñ ꝑ mare ambulauit: sicut hodie legiṫ cū dr̄. Ascēdens ies⁹ i nauiculā ⁊c. Per hāc nauē religio siue penitentia intelligiṫ: quā tūc iesus ascēdit qñ aliquis sue salutis auid⁹ penitentiā assumit: ideo diciṫ. Ascēdēs ies⁹ in nauiculā. Hec penitētia duo bona facit. Unū, q2 i ciuitatē celestē deducit iō sequiṫ. Et venit i ciuitatē suam. Aliud q2 infirmū ad sanitatē reducit qd̄ significaṫ i paralitico curato. Circa primū quatuor sūt vidēda. Primū quare ꝑ nauē religio intelligiṫ. Scd̄o q̄ sint vēti qbus ista nauis ipelliṫ. Tertio q̄d sit faciēdū qñ tēpestas tētatiōis iminet. Quarto quid ꝑ mare significaṫ. Circa primū notandū ꝙ religio ꝑ nauem intelligiṫ ꝓpter tria vota: sc3 paupertatis. Castitatis ⁊ obedientie. In naui q̄dem nō reqriṫ cibus vel pot⁹ delicatus s3 necessari⁹ nec lata mensa: s3 arcta. Quia in religiōe nō debēt ēē delicata: sed necessaria: nō lata s3 arcta: ⁊ hoc referṫ ad votū paupertatis. Et quo (m̄ paupertatē vouim⁹: tantū necessaria ⁊ arcta qrere debem⁹. j. Timo. vlti. habentes alimēta ⁊ q̄b⁹ tegamur his ꝯtēti sim⁹. Mat. vij. Arcta est via q̄ ducit ad vitā. Secūdo in naui sunt oēs gubernatori obediētes ⁊ licet sit aliqs ibi magn⁹: nō tamē dedignatur ad eius pedes sedere sic ⁊ in religione debēt oēs esse obediētes prelato. Et si est ibi aliqs magn⁹ gñe vel sciētia: nō d3 designari ꝑlato subijci. Heb. xiij. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Ecclesiasti. iij. Quanto magnus es humilia te in omnib⁹. Et istud pertinet ad votū obediētie. Tertio nauis si est vacua vacillat si nimis onusta submergiṫ: si moderate stabilitur. Sic ⁊ si quis carnē suā in nullo macerat efficiṫ lasciua, si nimis macerat efficitur infirma, si debito modo ē anime vtilis ⁊ ratiōi subiecta. Hugo. Qui carnē suā supra modu3 affligit ciuē suum occidit. Si plusꝗ̄ expedit alimēt3 reficit hostē nutrit. Sic ergo ē nutriēda vt seruiat: ⁊ sic domāda vt nō supbiat ⁊ illō spectat ad votū castitatis, q̄ tūc seruaṫ qñ caro maceraṫ. Circa ſm notādū ꝙ istā nauē quatuor vēti tētationū impellūt. Nā q̄sdā religiosos exagitat vana gloria: ⁊ iste est vent⁹ q̄ flat ab oriēte. habēt eīn vanā gloriā. Aut q2 sunt orti de magno genere. Aut quia habēt lumen magne sciētie. Quosdā exagitat carnalis ꝯcupiscētia: ⁊ iste est ventus qui flat ab occidēte. i. a carne q̄ quotidie tēdit ad occasum. Quosdā exagitat auaritia: ⁊ iste vētus q̄ flat a meridie. s. auster terrene ꝓsperitatis. Quosdā exagitat accidia: ⁊ iste est vēt⁹ q̄ flat a septētrione. s. aqlo frigiditatis. i. accidie ⁊ torporis. De his quatuor vētis dr̄. Danie. vij. Uidebā i visiōe nocte ⁊ ecce q̄tuor vēti pugnabāt i mari magno. Circa tertiū notādū ꝙ iminēte tēpestate tētatiōis quatuor facere debet. Primo debet onus proijcere: sc3 onus cupiditatis ⁊ peccatorū. Heb. xij. Deponētes omne pōdus ⁊ circunstās nos peccatū ⁊c. vñ diciṫ Jone. j. Miserūt vasa que erant in naui in

mare vt alleuiaret ab eis. Secundo velū elationis debet deponere ꝛ in imo humilitatis debet edere qꝛ venti celsa exagitāt ꝛ infima nō inquietāt. Unde dicit Chryso. ꝙ rami qui in alto sunt sepe a ventis frāguntur qui autē sunt in imo: securi consistunt. Tertio anchoram spei debet in deum figere. Heb. vj. Cōfugimus ad tenendā ꝓpositā spē quā sicut anchorā habemus tutā ꝛ firmā. Quarto ad deū ꝛ ad sanctos dꝫ refugere. Sicut legit̄ Mat. viij. cap. Cūqꝫ nauicula fluctib⁹ operiret̄ dixerūt discipuli xp̄o. Dn̄e salua nos perim⁹. Circa quartum sciēdum est ꝙ ꝑ mare significat̄ mundus triplici de causa. Primo ꝓpter inquietudinē. Esaie. lvij. impij quasi mare feruēs qd̄ quiescere nō pōt. Contingit eīn sepe ꝙ in religione vbi debēt esse aque siloe q̄ vadunt cū silētio: vt dr̄. Esa. viij. Ibi inuenitur mare qꝛ vbi debet esse silētiū ibi inuenitur tumultus litigantium: vbi debet esse trāquillitas ibi est animositas tales nō viuunt more hominū sꝫ ferarū. Fere eīn ad inuicē pugnāt: aut ꝓpter cibū: aut ꝓpter domiciliū aut qn̄ ad libidinē cōsitant̄. Sic multi religiosi litigāt aut ꝓpter cibum: qꝛ nō delicate nutriūtur: aut ꝓpter locū: qꝛ. s. in magnis monasterijs nō collocātur aut ꝓpter libidinē dominādi: qꝛ ad magnas abbatias nō promouentur. Scd̄o dr̄ mare ꝓpter insatiabilitatē. Nā sicut dr̄. Eccli. j. Oīa flumina intrāt in mare: ꝛ mare nō redūdat. Tria sunt flumina infernalia q̄ hoc mare intrāt. De quib⁹ dr̄. j. Ioh. ij. Oē qd̄ est in mūdo aut est ꝯcupiscētia carnis aut concupiscētia oculorū aut superbia vite. Sed ista flumina mundū nō satiāt: qꝛ nec cōcupiscētia carnis satiat̄ delitijs: nec cōcupiscentia oculorū diuitijs: nec superbia vite honoribus vanis. Tertio mūd⁹ dicit̄ mare ꝓpter amaritudinē habet enim in se multas amaritudines. Nā diuitie delitie ꝛ honores hoīb⁹ mundanis vident̄ dulcia: sꝫ in veritate sunt amara. Sicut eīn pisces nō sentiūt amaritudinē maris qꝛ ibi sunt nutriti: sic nec homines mūdani sētiūt horū amaritudinē qꝛ sunt talib⁹ assueti. Dat etiā mundus sanctis viris multas amaritudines: que tn̄ in eis dulcorātur per diuinas cōsolationes. ps. Secūdum multitudinem doloꝝ meorū ꝛc. Tribus nāqꝫ modis possunt fieri dulces aque marine. Aut radijs solaribus in nubib⁹ eleuate. Aut ꝑ venas i terre viscerib⁹ depurate. Aut per poros subtiles in cereis vas ingresse: quia secundū philosophū. Si fiat vas cereum ꝛ in mari ponat̄: aque que per poros ingrediuntur dulces reddūtur. Similiter in sanctis viris tribulationes dulcorant̄. Primo ex cōtēplatione celestis glorie. Quando eīn celestē gloriam cōtemplantur: tūc in nubes quodāmodo eleuant̄ ꝛ ex tali cōtemplatione leuigant̄ pene. Grego. consideratio premij minuit vim flagelli. Scd̄o ex recordatiōe mortis ꝓprie. Quicūqꝫ eīn quis habet in memoria ꝙ cito erit sub terra ꝯtēnit oīa mūdana tā ꝓspera q̄ aduersa. Hier. Facile ꝯtēnit oīa q̄ se semꝑ cogitat moriturꝰ. Tertio ex meditatiōe passionis dn̄ice. xp̄s eīn est tanq̄ vas cereū. ps. factū est cor meū tanq̄ cera liquescēs. Pori sunt eius vulnera: in que nostre tribulationes misse dulces reddant̄. Grego. Si xp̄i passio ad memoriā reducit̄: nihil est adeo durū qd̄ nō equo aīo toleret̄. Scd̄o ponit̄ bonū qd̄ assequat̄ ex naui penitētie, qꝛ i celestē patriā nos inducit: ideo dicit. Et venit in ciuitatē suam. literaliter ciuitas ista xp̄i fuit capharnaū: sicut dr̄ Matth. ij. Nā scd̄m Chryso. xp̄s habuit tres ciuitates. Una est i qua fuit nat⁹. s. Bethleē. Scd̄a in qua fuit nutrit⁹. s. Nazareth. Tertia in qua fuit cōuersat⁹. s. capharnaū. Spūalr̄ autem ciuitas ista nr̄a est ciuitas celestis q̄ nostra erit iure ciuitatis ꝑpetue habitationis ꝛ filiatiōis. De⁹ eīn facit nos ibi suos cōciues ꝛ ꝑpetuos habitatores ꝛ filios siue heredes: ꝛ de his nob̄ facit instrm̄. Apo. iij. Scribā sup eū nomē dei mei. i. s̄m Glo. hoc nomē ꝙ est eternū. Et nomē ciuitatis noue Hierl̄m. i. s̄m Glo. hoc nomē ꝙ est ciuis: ꝛ nomē meū nouū: qd̄ est fili⁹. Dꝫ aūt ifra. xiiij. Habebāt nomē ei⁹ nomē patris ei⁹ scriptū in frontib⁹ suis. Sācti igit̄ in frōtib⁹ suis hec tria nomina scripta habebūt scꝫ ciuis: eternus, ꝛ filius. Dato eīn ꝑ impossibile ꝙ de⁹ alicui sancto diceret. s. Egredere d̄ ciuitate mea: qꝛ peregrin⁹ es. Rn̄deret. Ecce dn̄e me in ea scripsisti: qꝛ ciuis sum. Si iterū diceret. Si ciuis es mane in ciuitate mea ꝑ ānos mille: ꝛ postea egredere. Rn̄deret. Ecce dn̄e: qꝛ scripsisti ꝙ

eternus sum. Si iterū diceret. Mane ergo
in ciuitate tanq̄ ciuis ⁊ eterni⁹ ad curiā tuā
⁊ secreta mea non venias. Rñderet. Ecce
dñe: q2 scripsistis q̄ filius vester sum. Ter
tio ponit aliud bonū qd̄ a naui penitētie
assequimur: q2 ab omni infirmitate libera
mur: qd̄ notat in curatione paralytici. Est
aūt paralysis morb⁹ q̄ mēbra reddit mo
lia ⁊ dissoluta ⁊ dissipata: ⁊ iō paralyticus
significat voluptuosos ⁊ delicijs assuetos.
De q̄b⁹ dr. Prouer.xviij. Qui mollis ⁊ dis-
solut⁹ est in ope suo frater est sua opa dissi
pātis. Differētia est inter ista tria q̄ ponit
Salomō. Molle dissolutū: ⁊ dissipatū. Nā
molle est qd̄ cedit oī duro. Dissolutū est q̄
nullo vīculo est colligatū. Dissipatū est q̄
totaliter est cōfractū. Sicut patz i vase cō-
fracto. Tales igit̄ sūt molles q̄ oī duro ⁊
tētationi cedūt. Mat.xiij. Facta autem tri
bulatiōe ⁊ persecutiōe ꝓpter ꝟbū cōtinuo
scandalizant. Tales igit̄ nō sunt aliq̄ vin
culo timoris vel amoris ligati iō sunt im-
mūdi. Nume.xix. Uas qd̄ nō habet opcu-
lum nec ligaturam immūdum erit. Tales
etiam sunt confracti: quia nullum bonum
ꝓpositū retinere possunt. Ecclesia.xx. Cor
fatui quasi vas cōfractū ⁊ omnem sapien
tiam nō tenebit. Sanatur autē ille paraly
ticus quādo ille qui erat mollis ad cedē-
dum efficitur durus ad resistendū. ps. Fa
ctum est cor meum tanq̄ cera liquescens
ecce q̄ mollis ad cedendum. Aruit tanq̄
testa virt⁹ mea ecce quā durus postea ad
resistendum: quādo ille qui nō erat colli-
gatus postmodū fortiter cū deo ligatur
vinculo amoris. Col.iij. Sup omnia hec
charitatē habētes quod est vinculum per
fectionis ⁊ vinculum timoris: quia sicut di
citur. Ecclesiasti.xxvij. Nisi in timore dñi
tenueris te instanter: scito subuertetur do
mus tua. Quādo ille q̄ erat tāq̄ vas cōfra
ctū: postmodū efficit̄ vas solidū ⁊ precio
sum Eccle.l. Quasi vas auri solidū. orna-
tū omni lapide precioso. ¶ Sermo.ij.

Offerebāt ei pa
ralyticū iacētē in lecto: ⁊ vi
dēs iesus fidē illoꝝ ⁊c. Mira
cula q̄ fecit xp̄s aliq̄b⁹ fue-
rūt occasio infirmitatis spi-
ritualis: sicut phariseis q̄ dicebant. Johā.
ix. Nō est hic hō a deo q̄ sabbatū nō custo
dit: ⁊ sicut scribis illis q̄ dixerūt hic blas-
phemat. Aliq̄b⁹ fuerūt cā sanitatis: ⁊ hoc
tripliciter. Uel sanitatis corporalis tm̄ si-
cut ceco nato a mūdo in p̄ncipio. Joh.ix.
Ille aūt dixit: q2 ꝓpheta est. Gl. adhuc im
mūdus est i corde: q2 nūdum dei filiū ꝯfi-
tet̄. Aliq̄b⁹ sanitatis spūalis q̄ tm̄ sicut illis
q̄ ad hec miracula ꝯuertebant̄ sicut istis tur
bis de q̄b⁹ dr. Uidētes eū turbe timuerūt
⁊c. Aliq̄b⁹ sanitatis corporalis ⁊ spūalis:
sicut isti paralitico quē dñs i corpore ⁊ n.ē
te sanauit. Circa istud aūt miraculū pon̄
tur quinq̄ differentie ꝑsonarū. Primo ꝑso
ne offerēt.ū in q̄bus fuit magna fidei ꝯstā-
tia. vñ dr. Offerebāt ei paralyticū: ⁊ vidēs
iesus fidē illoꝝ ⁊c. Ex quo patet q̄ merito
fidei illorū xp̄s hunc sanauit. Glo. Quan
tū valet apud deū fides ꝓpria: apud illū
sic valuit fides aliena vt intus ⁊ extra sa-
naret hominē. Per orationes em̄ sanctoꝝ
de⁹ sepe dat p̄mā gratiā pctōri. dūmodo
quatuor i se habeat q̄ ponit Dyonisius in
septē libris ecclesiastice hierarchie dicēs.
Dico aūt q̄ vtiles sunt orationes sanctoꝝ
scōm hunc modū. Si aliquis sancta desi-
derās dona ⁊ ad participationē ipsoꝝ ha
bitū scīm habēs sicut ꝓprie cognitor pra-
uitatis veniēs ad aliquem sanctorū viro-
rum: rogat i p̄m fieri susceptorē ⁊ cohorta
torē: cōsequitur oīa que petit diuinissima
dona. Primū igit̄ ē desideriū rei habēde:
ideo dicit si aliq̄s sancta desiderās dona.
De⁹ em̄ nō dat dona sua negligēti: sz desi
derāti. ps. Desideriū pauperū exaudiuit
dñs. Sap.vij. preoccupāt q̄ se ꝯcupiscūt.
⁊c. Scōm est imunitas culpe: ⁊ ideo dicit
sanctū habitū habēs.i. mundū affectū ge
rēs: si em̄ in actu vl̄ ꝓposito peccādi essent
viri sctī ꝓ eo obtinere nō possent. Hie.xv.
Si steterint moyses ⁊ samuel corā me: nō
est aīa mea ad populū istū. Pctm̄ em̄ pos
nit obstaculū ne oratiōes ad dīum possint
ascēdere. Tren.iij. Opposuisti nubem ti-
bi ne transeat oratio. Facit elōgationē ne
de⁹ possit audire. Esaie.lix. Nō ē aggra-
uata auris eius vt nō exaudiat: sz iniq̄ta-
tes vr̄e diuiserūt iter vos ⁊ deū vestrū: po
nit velamē ne possit eas videre. Unde se-
quitur: ⁊ pctā vr̄a absconderunt faciē ei⁹
a vobis ne exaudiret. Tertiū ē recognitio

prauitatis ꝓprie. Unde dicit͂ sicut ꝓprie co=
gnitor prauitatis. Legitur.iiij.Reg.ij. q
cū heliseꝰ pallio helie aquas iordanis ꝑ
cussisset nō sūt diuise:qꝛ de suo merito cō
fidere videt͂. Sz postq̄ magistri meritū
iplorauit dicēs, vbi est deꝰ helie:statī di
uise sunt aq̄. Quartū est postulatio rei di=
gne:ideo subdit. consequit͂ oia q̄ petit: ꝛ
si petit diuinissima dona: fuerūt eñ q̄ petie
rūt terrenā ꝛ repulsi sunt. Jaco.iiij. Peti=
tis ꝛ nō accipitis. eo q male petatis. Alij
petierūt carnalia ꝛ puniti sūt. Nume.xj.
Quis dabit nobis ad vescēdū carnes. Et
pon͂ ibi punitio ipa. Alij petierūt subli=
mia: ꝛ reprehensi sunt sicut filij zebedei, vt
ꝑz. Matt.xx. Scḋo ponit͂ ꝑsona infirmi:
in q̄ fuit magna miseria, qꝛ erat ꝑalyticꝰ.
Causat͂ ꝑalysis qn̄qȝ ex frigiditate ꝯstrin
gēte: qn̄qȝ ex hūore oppilāte qn̄qȝ ex vulne
re neruos incidēte. Ex his eñ ipedit͂ trāsi
tus spirituū ad istrumēta sensuū: ꝛ fit ꝑri
uatio sensꝰ ꝛ motꝰ. Aia ergo auari ꝑaly=
sim incurrit ex nimia frigiditate. Est eñ sic
ꝯgelata q nullā sentit fraternā charitatē.
Matth.xxiiij. Abūdabit iniq̄tas: ꝛ refri=
gescet charitas multorū. Aia luxuriosi pa
lisim incurrit ex nimia hūiditate q̄ gn̄at ex
nimietate cibi ꝛ potꝰ. De cibo dr̄. Ezech.
xvj. Hec fuit iniq̄tas sodome sororis tue:
saturitas panis: ꝛ abūdātia. De potu dr̄.
Ephe. v. Nolite inebriari vino in q̄ est lu=
xuria. Aia supbi ꝑalysim incurrit ex incisio
ne ꝛ separatiōe. superbia eñ separat aiam
a deo. Et ideo spūssctūs ad cor eiꝰ trāsire
non potest. Eccli.x. Initiū superbie hois
apostare a deo: qm̄ ab eo q̄ fecit illū reces
sit cor eiꝰ. Tertio ponit͂ ꝑsone scribarū i
q̄bꝰ fuit cogitatio temeraria dicētes itra
se: hic blasphemat. Tribꝰ aūt modis bla
sphemia i deū cōmittit͂. Primo qn̄ deo ne=
gat͂ qḋ sibi cōuenit. Secūdo qn̄ sibi attri=
buit͂: qḋ ei non conuenit. Tertio qn̄ id: qḋ
dei est aliquis sibi attribuit. Et qꝛ scribe
xp̄m deū nō credebāt: ideo ipm̄ blasphema
re dicebāt q remissionē pcti qḋ est solius
dei sibi attribuebat. Contra istā tertiam
speciē faciūt supbi: q̄ sibi attribuūt gloriā
que est ꝓpria dei. Esai.xlv.ij. Gloriā meā
alteri nō dabo. Faciūt iracūdi q̄ sibi attri
buūt vindictā: q̄ est ꝓpria dei. Roma.xij.
Mihi vindictā: ꝛ ego retribuā. Faciūt q̄=
dā temerarie: qui volūt de alioꝝ cordibꝰ
iudicare, cū hoc sit ꝓpriū dei. j. Cori. iiij.
Nolite añ tp̄s iudicare ꝛc. Quarto ponit͂
ꝑsona xp̄i i q̄ apparuit magna mia sapia
ꝛ potētia. Mia i hoc q dixit. Remittunt͂
tibi pctā. Nā sicut dr̄ itra potestate hȝ fi=
lius hois i terra: dimittēdi pctā. Et bn̄ di
xit i terra: nō sup nec itra terrā. Remissio
eñ ista nō hȝ locū sup terrā. i. i celo: qꝛ ibi
nulla sunt pctā: nec hȝ locū itra terrā. i. in
inferno, qꝛ ibi sunt pctā ꝑpetua. hȝ aūt lo
cū i terra. i. i mūdo: qꝛ ibi sunt pctā remis
sibilia. Scḋo apparuit eiꝰ sapiētia in hoc
q eoꝝ cogitatiōes vidit: ꝛ i hoc q tā sa=
piēter eos ꝯfutauit dicēs, q̄d est faciliꝰ di
cere. Dimittunt͂ tibi pctā ꝛc. Jsta aūt ꝯpa
ratio pōt fieri respectu opantis: ꝛ sic ambo
sunt ibi eq̄ facilia. Uel respectu opis: ꝛ sic
remittere pctā est difficiliꝰ: qꝛ scḋm Aug.
Maiꝰ est deo ipiū: piū facere q̄ celū ꝛ ter
rā creare: qꝛ deꝰ hȝ ibi resistētiā, scȝ volū
tatē prauā. Jn creatiōe aūt nihil resistens
habuit. Uel pōt fieri respectu nr̄e cogni=
tiōis: ꝛ sic faciliꝰ ē pctā dimittere q̄ hoiem
sanare: qꝛ illud nō videmꝰ: istud aūt vidē
tes miramur. Chry. Quāto aia corpe po
tior est, tāto curatio aie plꝰ est q̄ corpis: sȝ
qꝛ illud occultū est addit qḋ manifestū est.
Uel pōt intelligi respectu locutiōis ac si
dicat: eque facile est dicere. Remittunt͂ tibi
pctā: vel dicere. Surge ꝛ ambula: si ergo
videritis q ad meū dicere. Surge ꝛ am=
bula: sequit͂ curatio corporis credatis ad
meū dicere. Remittunt͂ tibi pctā: sed q̄ cu=
ratio mētis qḋ aūt subdit͂: vt aūt sciatis.
ꝛc. Tripliciter pōt exponi. Primo vt cōiun=
gat imediate ad illud qḋ sequit͂ tolle le=
ctū tuū: sub hoc sensu. Ut sciatis qm̄ filiꝰ
hois ꝛc. q aūt interponit͂ tūc ait paraly=
tico sit verbū euāgeliste: tūc postq̄ scȝ ꝯ=
siderat ad eis. q̄d est faciliꝰ dicere: ꝛc. Se=
cūdo vt fiat suppletio i hūc modū. Ut aūt
sciatis qm̄ filiꝰ hois ꝛc. Dicto faciā vt sur
gat. Postea subdit euāgelista: tūc ait pa=
ralytico. ꝛc. Tertio vt sit ṽbū euāgeliste
ad nos. vt aūt vos posteri sciatis qm̄ filiꝰ
hois hȝ potestatē i terra dimittēdi pctā:
tūc ait ꝑalytico ꝛc. Tertio appuit eiꝰ po=
tētia i hoc q dr̄. Surge, tolle grabatū tuū.
Tria incōmoda iste patiebat͂. Nō eñ sta=
re poterat totis viribꝰ resolutꝰ erat ꝛ iace=

dere nõ valebat. Sz verbũ xp̄i tãte fuit potẽtie q̄ sibi dedit robur ad stãdũ: iõ dixit surge fortitudinẽ ad quẽ on⁹ portãdũ iõ dixit tolle grabatũ tuũ: ⁊ facultatẽ ad ambulãdũ, iõ dixit. Et vade in domũ tuã. Moralr lect⁹ peccõris est ip̄m pctm̄ i quo male delectãdo qescit. Tũc ergo surgit: qñ pctm̄ deserit. ps. Surgite postq̄ sedes̄itis ⁊c. Tũc lectũ portat qñ pctm̄ qđ sibi erat quieti: ⁊ delectatiõi incipit esse dolori ⁊ oneri. ps. Lauabo p̄ singulas noctes lectũ meũ ⁊c. Tunc ergo in domũ suã vadit: qñ in celũ meditatiõe p̄git: vel qñ sciẽtiã suã discutit, vel qñ vtilitatẽ sui corporis qđ dom⁹ est aīe ↄ̄spicit. Quinto ponitur turbe in qb⁹ fuit laudatio diuina. Uñ dr̄: videntes aũt turbe timuerũt. Iħs trib⁹ de causis miracula faciebat. Prio p̄pter illorũ circa q̄s hec faciebat vtilitatẽ: q2 eos i corpe ⁊ aīa cu abat. Scđo p̄pter alioꝝ cõuersionẽ: q2 mlti videntes xp̄i miracula cõuertebant̄. Tertio pp̄ dei gloriã ⁊ honorẽ sicut dr̄. Jo.ix. Neq̄ hic peccauit, neq̄ parentes ei⁹: s3 vt manifestent̄ opa dei i illo. Ista triplex causa ponit̄: nã iste paralytic⁹ in corpore: ⁊ i aīa fuit curat⁹. Turbe fidẽ christi receperũt: ⁊ deum glorificauerũt.

